

Del Libro de la Compañia de Jesus de Granada

COMMENTARIORVM R-6053

IN SACROSANCTA
Iesu Christi Euangelia


TOMVS SEPTIMVS,

Qui inscribitur de Parabolis Domini.

AVTHORE P. MAGISTRO ALFONSO
Calmerone e Societate I E S V.

Nunc primùm in lucem editus.

Anno



1597.

UNIVERSITATIS
GRANADA

CVM PRIVILEGIO,
Madridi Apud Ludouicum Sanchez.



Del collegio de la Compañia de Jesus de Granada

COMMENTARIORVM R-6053

IN SACROSANCTA
Iesu Christi Euangelia


TOMVS SEPTIMVS,

Qui inscribitur de Parabolis Domini.

*AVTHORE P. MAGISTRO ALFONSO
Salmerone è Societate I E S V.*

Nunc primùm in lucem editus.

Anno



1597.

CVM PRIVILEGIO,
Madriti, Apud Ludouicum Sanchez.



T A S S A.

YO Christoual Nuñez de Leon, escriuano de camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fe, que auendosi visto por los Señores del, vn libro intitulado De parabolis Domini nostri Iesu Christi, compuesto por el P. Alonso Salmeron de la Compañia de Iesus, q̄ cō licēcia de los dichos Señores hizo imprimir el P. Gaspar de Pedrosa, Procurador general della, tassarō cada pliego de los del dicho libro ē papel a tres marauēdis. Y mandaron que antes que se venda, se imprima en la primera hoja de cada vno dellos este testimonio de tassa. Y para que dello conste, de mandamiento de los dichos Señores del Consejo de su Magestad, y de pedimiento del dicho Gaspar de Pedrosa, di esta fe, en la villa de Madrid, a venticinco dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y nouenta y siete años.

Christoual Nuñez
de Leon.

E R R A T A.

Página. 12. columna. 2. línea. 17. Quinto, diga, Quarto. 26. 2. 34. vsq; , vtq; . 34. 2. 41. tæ spinas, to spinas. 36. 2. 45. angolia. napsia. 40. 1. antep. vs. vs. 44. 1. 51. iacturam, iacturam. 26. 2. 15. multas, multos. y lin. 52. Euangelicum, Euangelium. 51. 2. 2. 26. opum, operum. 67. 1. 20. viuam, vuam. 77. 1. 15. molinibus, monilibus. 100. 2. vltim. iniuriam, in iniuriam. 104. 2. 24. lentia, lentiam. 105. 1. 43. collato, collocato. 113. 2. 4. esse a- esse ani- 118. 1. 1. iunguntur, inunguntur. 124. 1. 6. me, & as, meas. 124. 2. 20. agendum, age dum. 129. 2. 15. vinit, vincit. 136. 1. 50. re bona posita, bona reposita. 157. 1. 48. dispresit, disperfit. 160. 2. 18. vobis, nobis. 177. 2. pen. Mananę, Mannæ. 180. 2. 6. magia, magis. 181. 1. 9. parentem, parentum. 229. 1. 1. est locus, tioni est locus. 231. 2. 2. ~~ειναι~~. ~~γειναι~~. 232. 2. 18. vbi quis, vbi quies. 250. 2. 36. id, id est. 256. 2. 6. possimus, pessimus. 282. 1. 12. ginta faciunt, ginta, triginta faciunt. 289. 2. 25. dissolutionis, dissolutioris. 298. 1. antep. otiosi, occisi. 304. 1. 25. tui, cui. 319. 2. 3. saluti, salui. 326. 1. 49. ite: item. 345. 215. ~~ειλαρις~~. ~~ειλαρις~~. 345. 2. 26. esset, esse.

Iuan Vazquez
del Marmol.

Suma del Priuilegio.

ESTE septimo tomo de las Parabolas de los santos Euangelios, que escriuio el padre Maestro Alonso Salmeron, de la Compañia de Iesus, tiene priuilegio concedido por su Magestad por diez años, como parece por su original, que es despachado por Christoual Nuñez de Leon, escriuano de Camara. Su fecha a doze de Iulio, de mil y quinientos y nouenta y siete años.

Licencia del Prouincial.

Ludouicus de Guzman Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Toletana, do facultatem, vt imprimatur liber De Parabolis Domini nostri, quem composuit P. Alfonsus Salmeron, vnus de primis Patribus Societatis Iesu: quia iam discussus est, & approbatus à viris doctis, & grauibus nostræ Societatis. In cuius rei fidem has literas dedi meo nomine subscriptas, & mei officij sigillo munitas. Mantuæ sexto Kalendas Februarij 1597.
Ludouicus de Guzman.

APROVACION.

HAEC Explanatio parabolarum, quæ in sacro Euangelio continentur, edita à præstantissimo viro Alfonso Salmeron, Societatis Iesu, nulla in re aduersatur Catholicæ Fidei, quin potius ea eruditione & pietate referta est, vt ad mores hominum formãdos, & sacrae Fidei dogmata stabilienda sit valde proficua, & dignissima quæ in publicam vtilitatem typis mädetur. Ita censeo, Madriti, sexto Kalendas Iunij 1597.

*Petrus Lopez de Montoya
Doctör Theologus.*


**P A T R I N O S T R O C L A V -
D I O A Q V Æ V I V Æ, P R Æ P O S I T O**
Generali Societatis IESV, Bartholomæus Perez, eiusdē Societatis Theologus, ac minimus filius, eam, quæ in Christo est, precatur felicitatem.



L F O N S I Salmeronis opera, pietatis iuxta atq; doctrinae plena, incredibili cura, & infinito propè studio quondam elaborata, & ingenio singulari polita atq; perfecta, à tineis & blattis vindicata te autore atque impulsore, Pater venerande, nūc primū & liberam lucem, & hominum conspectum intuentur: & quæ abs te hoc beneficium consequuta sunt, eadem rursus ad te redeunt, vt & gratias habeant non minus piæ, quam sollicitæ benignitati tuæ, cui acceptum omninò referunt quòd sint, & quòd viuāt: & si quid adhuc superest ad vitam & dignitatem, id verò per te obtineant, à quo quidquid recentis habent ornamentis profectum esse totum agnoscunt. Accident tibi, credo, non iniucunda; tūm quòd ab eo edita, qui ad Societatem Iesu instituendam (cui tu Generalis Præpositus, cum bonorum omnium lætitia & approbatione, singulari Dei prouidētia præes) Igna-

tij socius è decē primis vnus fuit; tūm quòd illum propter eximia merita, & amasti dum viueret, & vita iam functum, ac præcipua quadam obseruantia coluisti. Accedit hūc, quòd illa tuæ fidei atque tutelæ ab autore suo iam ante commissa, nunc fide, mandatis prælo libris, egregiè liberata, in te nō minùs fidei, quàm liberali patrono suo libenter acquiescunt. Neque ego interim mediocrem fructum consequutus existimabor, cui tu ex Vrbe in Hispaniam decedenti in mandatis hoc primum ac præcipuum dedisti, si auctū aliqua ex parte, & excusum reddidero eidē, à quo acceperam Salmeronis opus: quod tūm suo pte merito commendatum; tūm tuo nomine & commendatione posteritati probatum iri confido. Amplectere igitur hunc librum, qui ex tuo profectus antè complexu, in tuum se sinum atque clientelam postliminio dat: vt & alijs, qui latent adhuc in tenebris, ad bene sperandum certum aliquod signum ostendas, quòd propediem tuo quoq; beneficio viuent; & studium meum satis ad nauandam fedulam & constantem operam reliquis euulgandis incitatum, tua beneuolentia ac benedictione incendas quotidie magis, & inflammes. Vale.

BARTHOLOMÆVS
Perez, Societatis Iesu Theologus,
benigno Lectori Salutem.



AL F O N S V S Salmeron, candidè Lector, cuius hic labor recens nunc in lucem prodit, Toletinatus est. Is Pater vnus fuit ex primis socijs B. Ignaty Loyola felicissima recordationis, quiq; illi adiuuenti multum attulit in cōstituenda Societate: tūm propter sanctitatem vitæ; tūm propter singularem doctrinam, quæ in eo mirè eluxit. Italiam totā per annos ferme quadraginta suis concionibus illustrauit. In Germania Scripturam sacram interpretatus est incredibili ac reconditarerum omnium cognitione. Grauisissima negotia, Apostolica sedis nomine, ubique administrauit. Demum sacrosancto Concilio Tridentino interfuit; vt eiusdem sedis Theologus, quoties celebratum illud est sub Pontificibus Paulo III. Iulio item III. ac Pio III. Cumq; maiorem vitæ partem in huiusmodi res summa cum laude insumpsisset, Neapolim iam senior ad scribendum secessit; vt qui minus propter aetatem prodesse concionibus Christianæ Reipublicæ poterat, scribendo certè prodesset. Ibi per otium conscripsit volumina, quæ tibi, Lector, sequens pagina indicabit, omni eruditione plena, ac tali digna viro. Quorū operum hic in primis tomus, qui est de Parabolis Domini, quæ in Euangelijs referuntur, exit in cōspectum hominum; non q; hic princeps sit, & initium cæterorum; sed q; ab ipsius scriptoris manibus perfectus magis ad nos effluxerit. Hunc reliqui suo ordine consequentur: quorum primus sanctissimi huius ac doctissimi viri vitæ latius, ac labores cōtinebit, quos

passus est pro Catholica religione. quos nunc ne penè quidem attigimus. Ac, ut de me loquar, causamq; aperiam, cur mihi hoc muneris sit demandatum, & impositum onus, inde hoc contigit, ex quo diuini numinis beneficio hunc virum Neapoli (ubi tum Theologiam profitebar) mirum in modum colui, magnaq; ex illius familiaritate & consuetudine emolumenta percepi. Quo sanè tempore mecum, tametsi indigno, venerabundus senex, me ut doceret, studia sua communicauit ac participem laborum fecit. Deinde alia quoque accedit ratio. Nam cum ego illius morti, seu vita potius felicissima, qua tum inchoabat, unus è multis interessem, operam illi meam, diligentiamq; promisi, ut illius scripta à me tandem ederentur, qua tanto & Dei zelo, & animarum commodo iam diu ipse elaborasset. Nunc igitur, ut & promissis stem, & Ecclesiam hoc nouo munere luculenti scriptoris cumulem, hoc onus libenter subij. nouo. insuper reuerèdi admodum patris Claudij Aquæuiua, nostri Præpositi Generals, imperio astrictus. Ha sunt, benignissime Lector, causæ, propter quas laboris huius prouintiam ego unus præ cæteris Societatis sustinui, quem opto, & Deo gratum, & tibi utilem fore. Reliqua viri huius facta videbis in primo illius operum tomo, qui post hunc, autore Deo, atque auspice, lucem intuebitur.

Catalogus operum Patris Salmeronis.

IN EVANGELIA LIBRI XII.

- P** R I M V S continet Prolegomena in totam Scripturam.
Secundus est in cap. i. sancti Ioannis potissimum, seu de Incarnatione.
Tertius est de Infantia & pueritia Christi Domini Saluatoris.
Quartus historiam Euangelicam complectitur.
Quintus explanationem Sermonis Domini in monte.
Sextus est de Miraculis.
Septimus de Parabolis.
Octauus de Disputationibus Domini.
Nonus de Sermone Domini in Canà, sed primò de sacrosancta Eucharistia.
Decimus de Passione & morte Domini.
Vndecimus de Resurrectione, & Ascensione Domini.
Duodecimus Acta Apostolorum comprehendit.

IN PAVLVM ET CANONICAS Epistolas libri IX.

- P** R I M U S liber in Prolegomenis consumetur.
Secundus, tertius, & quartus, in Epistolam ad Romanos.
Quintus in Epistolam ad Corinthios vtramque.
Sextus in Epistolam ad Galatas, Ephesios, Philippenfes, Thessalonicenses.
Septimus vtramque ad Timotheum explanat, ad Titum, & Philemonem.
Octauus Epistolam ad Hebræos.
Nonus in septem Canonicas, & Apocalypsim.

TRACTATVVM HVIVS LIBRI INDEX.

- T**RACTATVS PRIMVS, Explicans quid sit proprie, & nomine, & re, Parabola; & quomodo differat ab Historia, ab Exemplo, Apologo, Pro uerbio, Allegoria, & Metaphora, pagina 1.
- Tract. II. In quo agitur, quibus de causis Dominus noster Iesus Christus parabolis frequenter uti voluerit, pag. 10.
- Tract. III. De ratione venandi sensum germanum, & literalem in parabolis, pag. 18.
- Tract. IIII. In parabolam seminantis in quatuor partes terræ: de qua Matth. cap. 13. Marc. 4. & Luca 8. habetur, pag. 25.
- Tract. V. In eandem primam parabolam seminantis, & seminis in quatuor partes terræ decidentis. pag. 31.
- Tract. VI. In parabolam zizaniorum: quam solus Matthæus proponit, cap. 13. pag. 37.
- Tract. VII. In parabolam seminis iacti, & crescentis dum homo nescit: de qua solus Marcus cap. 4. loquitur, pag. 46.
- Tract. VIII. De parabola grani sinapis, quæ habetur Matth. 13. Marc. 4. & Luc. 13. pag. 51.
- Tract. IX. De parabola fermenti, quæ habetur Matthæ. 13. & Luc. 13. pag. 57.
- Tract. X. De parabola Theauri absconditi in agro: quæ habetur tantum Matth. 13. pag. 63.
- Tract. XI. De parabola negotiatoris, quærētis bonas margaritas: & habetur tantum Matth. 13. pag. 70.
- Tract. XII. De parabola sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quæ solum habetur Matth. 13. pag. 78.
- Tract. XIII. De parabola Regis ponentis rationem cum seruis suis; quæ tantum habetur Matth. 18. pag. 84.
- Tract. XIIIII. De parabola veri pastoris, per ostium intratis, & non aliunde; & de ouibus: quæ tantum habetur Ioan. 10. pag. 93.
- Tract. XV. Super eandem parabolam veri pastoris, intrantis per ostium, & non ascendentis aliunde. Ioan. 10. pag. 104.
- Tract. XVI. De parabola hominis descendens ab Hierusalē in Hiericho; & incidentis in latrones: quæ habetur tantum apud Lucam cap. 10. pag. 114.

INDEX TRACTATVVM.


- Tract. XVII. De parabola amici accommodato petentis tres panes; de qua tantum habetur apud Lucam, cap. 11. pag. 125.
- Tract. XVIII. De parabola hominis diuitis, cuius ager uberes fructus afferebat: de qua tantum est sermo Luc. 12. pag. 131.
- Tract. XIX. De parabola: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & c. de qua Luc. 12. tantum. pag. 139.
- Tract. XX. In parabolam illam: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore, tritici mensuram? Et habetur Luc. 12. Matthe. 24. & Marc. 13. pag. 146.
- Tract. XXI. De parabola habentis arborem fici plantatam in vinea sua; & quærentis fructum in illa, & non inuenientis: de qua solus Lucas cap. 13. pag. 153.
- Tract. XXII. De parabola illa: Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, & c. de qua tantum Lucas 14. pag. 159.
- Tract. XXIII. In parabolam illam: Homo quidam fecit cenam magnam; & vocauit multos: de qua solus Lucas cap. 14. pag. 167.
- Tract. XXIII. In parabolam volentis turrim edificare, non prius computatis sumptibus necessarijs; & Regis ituri ad committendum bellum contra alium Regem, & non prius serio cogitantis an possit illi occurrere, & c. & de sale: quæ habetur tantummodo apud Lucam, cap. 14. pag. 179.
- Tract. XXV. In parabolam pastoris, habentis cetum oves, & vnus ex illis perditæ: & habetur Matth. 18. & Luc. 15. pag. 188.
- Tract. XXVI. In parabolam mulieris decem drachmas habentis; & vnam illarum amissam inuenientis: quæ habetur tantum apud Lucam cap. 16. pag. 197.
- Tract. XXVII. In parabolam hominis habentis duos filios, quorum iunior suæ substantiæ portione à patre petita, & accepta, abiit in regionem longinquam, & c. de qua solus Lucas cap. 15. pag. 203.
- Tract. XXVIII. In eandem parabolam adolescentioris filij ad patrem reuertentis: à quo magno gaudio, & solenni conuiuio exceptus est. Luc. 15. pag. 215.
- Tract. XXIX. In parabolam de villico iniquitatis: & habetur solummodo apud Lucam 16. pag. 224.
- Tract. XXX. In parabolam illam: Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem oves, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, & recumbe, & c. cuius Lucas solus cap. 17. meminit. pag. 238.

INDEX TRACTATVVM.

- Tract. XXXI. In parabolam illam: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur: vidua autem quedam erat, &c. quam Lucas solus commemorat cap. 18. pag. 246.
- Tract. XXXII. In parabolam illam: Duo homines ascendeant in templum vt orarent: vnus Phariseus, & alter Publicanus: & habetur tantummodo apud Lucam cap. 18. pag. 254.
- Tract. XXXIII. In parabolam vineæ, & operariorum ad eam colendam, sub mercede denarij conductorum: & habetur tantum apud Mattheum cap. 20. pag. 268.
- Tract. XXXIII. In illa parabolam: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti, & habetur tantum Luc. 19. pag. 280.
- Tract. XXXV. In parabolam de duobus filijs a parente ad laborandum in vinea emisissis: quæ tantum narratur a Mattheo cap. 21. pag. 288.
- Tract. XXXVI. In parabolam illam: Homo erat paterfamilias qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim, et locauit eam agricolis: et peregre profectus est. Et habetur Matth. 21. Marc. 12. et Luc. 20. pag. 293.
- Tract. XXXVII. In parabolam illam: Simile factum est regnum celorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebant venire: quam solus Mattheus cap. 22. recenset: pag. 308.
- Tract. XXXVIII. In parabolam illam: Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso, & sponsæ. Et habetur solum in Matth. cap. 25. pag. 320.
- Tract. XXXIX. In parabolam talentorum: quæ habetur tantum apud Mattheum cap. 25. pag. 331.
- Tract. XL. In parabolam pastoris, ouium, & hædorum: & habetur tantum Matth. 25. pag. 341.
- Tract. XLI. In eandem parabolam pastoris, ouium, & hædorum. pag. 348.
- Tract. XLII. Et postremus, in quo parabola distinguntur, & quomodo singulis diebus Quadragesimæ applicari valeant, exponitur pag. 360.

FINIS.

COM-



AD LECTOREM Candidum Præfatio.

I
Deus quæ ratione a nobis cognoscatur.



Duplex de Deo Theologia, negas seu mystica, & affirmans seu rationalis.

VANQVAM DEVS Benedictus pro nature sue magnitudine, & sublimitate, & vt in se est, incomprehensibilis, & ineffabilis existat: tamen vt ad creaturas se extendit, & notus est, & humano ore enūtiari potest, vt Scripturæ tradunt. Atq; hinc duplex consurgit Theologia Deum cognoscendi, & nominandi, altera quidem negans, quam & Mysticam vocant: altera affirmans, quam Rationalem appellare possumus. Nam vt Deus in se ipso existit, omnia de Deo negare possumus, vt autem omnibus se communicat, omnia rursus de eo affirmamus. Nā ob eam causam Scripturæ infinitum, immensum, immortalē, incomprehensum, inenarrabilem, inuisibilem, in tenebris delitescentem, lucem inaccessibilem habitantem celebrat, vt eum per ablationem cognoscere, atque laudare nos doceat. Hinc Damascenus rectè ait: *Infinita igitur diuinitas, & incomprehensibilis: & hoc solum eius comprehensibile, infinitas, & incomprehensibilitas.* Sic ille, ex Gregorij Nazianzeni sermone de Natali. Rursus eum vt supremum ens, & vnum, & summum bonum, & pulchrum, & sapientem, & instum, & misericordem, & omnibus modis perfectum nobis commendat, vt per affirmationem, & positionem agno-

Coloss. 1.
Psalm. 17.
1. Timot. 6.
Damascen.
lib. 1. cap.
4. in fine.
Gregor. Nazianze.

†† scamus,

scamus, & celebremus. De qua duplici Theologia hæc scripsit Dionysius cap. 1. De Diui. nominib. circa finem. *Itaq; supersubstantiale illud diuinum (quicquid tandem id est) supremæ bonitatis substantia eximia, neq; ut verbum, aut virtutem, neq; ut sensum, aut vitam, aut substantiam laudare licet vlli ex his, qui excellentis omnem veritatem veritatis amatores sunt, sed ut ab habitu omni, motu, vita, imaginatione, opinatione, nomine, sermone, mente, intelligentia, substantia, statu, sede, vnione, sine, infinitate, & his (quæ sunt) omnibus eminentissimè exceptam. Quoniam verò ut bonitatis subsistentia ipso esse suo est omnium subsistentium causa, boni authorem summæ diuinitatis providentiam ex omnibus creatis laudare conueniēt. Circa ipsam enim, & ipsius causa sunt omnia, ipsaq; est ante omnia, & in ipsa cuncta consistunt, atq; eo ipso quod est, vniuersa producta sunt, atq; subsistunt, ipsamq; desiderant omnia. Spiritualia quidem, & rationalia scienter; his autem inferiora sensibilter, alia verò vitalis ratione motus, aut per substantialem, habitualem vè aptitudinem. Ista deniq; non ignorantes Theologi, ipsam & ut earentem nomine, & ex omni nomine celebrant.*

D. Dionys.

Nomina vt Deo conueniant, Dionysio teste.

2

Hactenus ille magnus in Ecclesia Theologus, docēs, vt in se ipso est, nullum nomē Deo competere: vt verò est creator, & prouisor omnium, omnia nomina de illo affirmari.

Idem.

3

Quid diuina alig, eodē teste Dionysio.

Porro negantis huius Theologiæ methodum tradit in Epist. 5. ad Dorotheum: *Caligo, inquit, diuina est inaccessibleis lux, in qua inhabitare dicitur Deus. Et quidem cum sit illa inuisibilis propter eximiam, & quæ substantiæ supereminet claritatem, eademq; inaccessibleis pro immensa ex se manantis supersubstantialis luminis copia: ad hanc pertingit, eaq; absorbetur quisquis Deum nosse, ac videre meruerit, eoq; ipso quod neq; videt, neque cognoscit, illi qui visionem omnem, cognitionemque transcendit, familiarius iungitur, hoc ipsum noscens, quod post ea omnia est, quæ in sensum atque intelligentiam cadunt, & cum Propheta pronuntians: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Sic ille. Quòd verò hæc Theologia negans, via sit quædam Deum cognoscendi, atque laudandi, per omnium quæ menti nostræ occurrere possunt, ablationem, vt facit sculptor ex marmore, vel ligno, superfluas auferens partes, quo pulchritudinem velut latitatem proferat, donec sta-*

1. Timot. 6.

Prou. 15.

Prou. 138.

tua

Negans Theologia, seu mystica, qualis sit.

tua omnibus suis numeris absoluatur, docet idem in cap. 2. de Mystica Theologia, his verbis: *Ad hanc nos perlucidam, liquidissimamq; caliginem admitti oramus, & per visus, scientiaque priuationem videre, ac scire eum, qui aspectum, scientiamque transcendit. Et hoc ipsum non videre, & non scire, est veraciter videre, ac scire, & eum etiam, qui substantia superior est, supersubstantialiter ex omnium quæ sunt ablatione celebrare, veluti qui nativam effigiem ex quavis materia faciunt, omnia tollentes quæ impedire possint liquidum latentis decoris intuitum, ipsamque in se ipsa pulchritudinem occultam sola sublacione pandentes. Adde Clementem libr. 5. Strom. paullo à medio. Si ergo ablatis omnibus quæ adsunt corporibus, & ijs quæ dicuntur incorporea, nos ipsos proiecerimus ad Christi magnitudinem, & deinde in vastitatem, immensitatemq; sanctitate processerimus, ad intelligentiā omnipotentis vtiq; processerimus, non quod est, sed quod non est, cognoscentes. Vidēs ergo vt hi duo Patres negantem Theologiam assimilent sculptori, qui demendo, & auferendo facit statuam. Affirmatē verò comparare merito possumus pictori, qui addendo colores, & superimponendo, imaginem pulchram effingit.*

Idem Dionys.

Clemens Alexandr.

Affirmans Theologia cui similis.

4

Doctores negatiue de Deo cum loquuntur, quò tendere videantur.

Verum cum Theologi à Deo adimunt omnia, etiam quæ perfectionem sine limitatione aliqua significant, vt ens, bonum, iustum, perfectum, nequaquam putare debemus intelligere negationem, quasi nihil sit Deus, vel penitus absq; vlla bonitate, iustitia, & perfectione: absit, sed potius auferentes ab eo limitatam, finitamq; creaturarum perfectionem (qualem penè solam cognoscimus) quandam immensam, ac penitus infinitam in Deo esse præcogitamus, per quam illis omnibus excellere dicimus. Quòd etiam ipsemet explicat Dionysius, dicens, *Angelos supremam Dei lucem, vt quæ ineffabiliter emineat omnibus, proprie, ac decentissimè omnium ablatione concelebrare. Idem & de tenebris, & caligine ait: Hæc autem per eminentiā, & non per priuationē dicta accipe, & verè prorsus enuntia. Et Damascenus eodem modo interpretatur: De Deo tamen (inquit) quid est secundum substantiam, dicere impossibile. Conuenientiusq; de Deo longe est, per omnium ablationem facere sermonem. Nam nihil eorum quæ sunt, est: non ut non ens, sed ut omnia entia*

Dionys. libro de Diuin. nominib. cap. 1. paullo à medio.

Idem. Damascen. lib. 1. De fide orthodox. cap. 4. prope finem.

supereminens, & super ipsum esse, ens. Et infra: Sunt etiam & nonnulla affirmatiua de Deo dicta, vim superexcellens negationis preferentia: ut cum tenebras de Deo dicimus, non tenebras intelligimus, sed quod non lux: quippe qui superexcellit lucem. Et lucem dicimus, quia non est tenebra. Sic ille.

Porro Theologia affirmans est, per quam ad cognoscendum Deum assurgimus, ex ratione, & ex creaturis varias perfectiones illi adscribendo, secundum varios mentis conceptus varia nomina illi applicando, per que veluti indicia quædam utrunque eum cognoscimus, ut pastores in Euangelio Luce, ex signis per Angelum ad se datis Verbum incarnatum, & in Bethlehem natum agnouerunt. Perfecta vero Dei cognitio sicuti est, patrie seruat in premium danda. Hæc affirmans Theologia duplex est, altera Naturalis, quam in Metaphysicis libris tradit Aristoteles, quam ipse ultramundanam Philosophiam, & Theologiam vocare voluit: qua perfectiones omnes in creaturis inuentas Deo tribuit: de qua Apostolus: Inuisibilia enim ipsius, & creatura mundi, per ea que facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Alia supernaturalis est, diuinitus Prophetis, & Apostolis reuelata, & in Scripturis, & Ecclesie Patribus contenta. Et de hac Dionysius edidit libros Hierotoposeon, & libros de vtraque Hierarchia, celesti siue Angelica, & Ecclesiastica, & libros de Diuinis nominibus: & hæc aliquo modo imperfecta est, cum per eam Deum perfecte cognoscere non audeamus. Ait enim Basiliius lib. aduer. Eunomium, Vnum quidem nomen inueniri non potest, quod totam naturam Dei complexum sufficiat satis edere: plura vero, & varia in sua qualibet significatione, et si tenuem omnino, atque pusillam, ad totius nobis tamen sufficientem significationem congerunt. Earum igitur, que de Deo dicuntur nomina, hæc quidem que insunt, illa vero que non insunt Deo, significant: nam ex his duobus, negatione videlicet eorum que absunt, & eorum que insunt confessione, quasi quidam character Dei nobis imprimitur. Sic ille, docens nos pluribus uti nominibus, quia nullum per se totum explicat, nec omnia, sed modicam quandam eius cognitionem præbet.

Psal. 17.

Luc. 2. 1. Ioann. 3. & 1. Cor. 13

ROM. 1. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

Basil. lib. 1. aduer. Eunomium. nom. paullò ante med. 1. in 2. ter medium circiter, & finem.

Theologia affirmans quid sit.

Dei perfecta cognitio vbi tantum non bis seruetur.

Affirmans Theologia duplex, Naturalis, & supernaturalis, & quid sint.

Natum nomen totam Dei naturam exprimit, aut comprehendit.

Et

Et cum Basiliius ait, quædam negari de Deo; non mysticam Theologiam, sed affirmatiuam, in qua tolluntur omnia, quæ imperfectionem aliquam significant, intelligit. Et Bernard. lib. De considerat. ad Eugenium docet, infinitam simplicitatem Dei omnia continentem, causam esse tot affirmationum de Deo, dicens: Quid est Deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quid inquis? Tenemus te quaternitatis (quam abominatus es) professorem? Minime. Abominatus sum, & abominor. Visus sum protulisse plura, sed vnum est. Vnus Deus signatus est pro captu nostro, non pro suo statu. Diuisus est hic, non ille. Voces diuersæ, semita multe, sed vnum per eas significatur, vnus queritur; non diuisiones substantiæ in quaternario isto expressæ sunt; non dimensiones, quales in corporibus intuemur; non distinctio personalis, qualem in Trinitate adoramus; non numerus proprietatum, qualem personis ipsis inesse fatemur, etsi non aliud à personis. Alioquin hoc singulum horum video quod quatuor simul, hæc quatuor ipsa quod singulum est. Nobis autem, quia non possumus cum Deo simplicitate contendere, dum contendimus apprehendere vnum, occurrit veluti quadruplicatum. Facit hoc speculum, & ænigma, per quod solum interim videre datur. Cum autem videbimus faciem ad faciem, videbimus sicuti est. Nec enim iam tunc fragilis acies mentis nostræ quantumlibet vehementer intendens, aliquatenus resiliet, disiliet vè in suam pluralitatem. Colliget se magis, adunabit, confirmabitque vnitati illius, vel potius vnitati illi, ut vna vni facies respondeat faciei.

Illud etiam diligenter expende, affirmationes omnes de Deo cum eminentia quadam, & excellentia, quæ infinitatem attingat, esse accipiendas. Ita enim Dionysius capit. 4. De diuin. nominib. affirmat his verbis: Si autem super omnia quæ sunt, est (ut est profectò summum illud bonum) eius quod est informe: forma formans est, idque in seipso solo, & eius quod substantiam non habet, substantiæ excellentia est, quodque vitam desiderat, eminentissima vita: & quod mente non nititur, suprema sapientia est. Et Hilar. lib. de Trinit. Sermo autem Dei, etsi ad opinionem religiose intelligentiæ proficit, tamen plus significationis introspectus sensu continet, quam exceptus auditu. Boëtius libro de Trinit. Nam cum dicimus, Deus, substantiam quidem

Bernard. li bro 5. De consid. sub finem.

Ephes. 3.

i. Cor. 13. Ibidem, & i. Ioan. 3.

Dionys. De diu. nominib. par. 1. sub initiu.

Hilar. lib. 1. de Trinit. Boët. lib. 1. De Trinit. c. 6. & 7. circa finem operis.

Deus quid secundum Bernardum.

Quæ non sint in Deo.

6

Affirmationes omnes de Deo quæ admodum accipiendæ sint

†† 3 signifi-

AD LECTOREM

significare videmus, sed eam quæ sit ultra substantiam. Cum vero Iustus, qualitatem quidem, sed non accidentem, sed eam quæ sit substantia, sed ultra substantiam. Et Cyrillus lib. 7. Thefaurorum asserit, nomina de Deo potius dici, quam de creaturis, quia perfectio per nomen significata altius Deo conuenit, quam creaturis, licet modus noster concipiendi, & imponendi nomina, aptius creaturis accommodetur significandis.

Et comparatio has duas inter se Theologias, perpeditum, negatam, siue auferentem à vilioribus & inferioribus ascendere ad nobiliora, donec in beato silentio desinat; Affirmatam vero, ac ponentem è contrario, quia laus à perfectiori est inchoanda. Hinc Dionysius cap. 2. de mystica Theologia: Oportet autem, ut reor, ablationes, ac contrapositiones collaudare; illas enim à primis inchoantes, & per media ad extrema descendentes ponebamus: hic autem ab extremis ad prima gradibus factis ascendentes, omnia tollimus, ut ignorantiam illam velamine amoto noscimus. Et rursus cap. 3. in fine: Sed fortassis inquiras, cur à primo positiones diuinas inchoare pergentes, diuinam ablationem ab extremis inchoamus? Ob id scilicet, quod cum id ponamus, quod super omnem positionem est, eius rei significatam affirmationem oportuit ponere, quæ sibi propinquior sit; cum vero id tollimus, quod omni ablationi eminent; ab ijs quæ magis ab eo distant, auferre. An vero non magis est vita, & bonitas, quam aer, & lapis? Et magis non crapulatur, & non furit, quam non dicitur, & non intelligitur? Quod si ultra quæras, quæ nam sit via potior agnoscendi Deum, atque sublimior? Dicendum est, quod simpliciter affirmatiua præcellit: tum quia negatiua per se perfecta non est, sed potius infinitam positionem ponit. Est enim affirmatio potior negatione, ut dicitur in Analyticis, quia negatio reducitur ad affirmationem, sicut potentia in actum: actus autem prior est potentia, ut habetur lib. 9. Metaphys. Tum quia in cælo, ubi est perfectissima Dei cognitio, non opus est negationibus, sed quisque cognoscit Deum sicuti est. Tum denique, quia Deus per affirmationem se ipsum agnoscit, non per negationem. Vnde & Nazianze. lib. Theolog. Qui aliena, inquit, per abnegationem recenset, et interrim quid rei sit, tacet, is perinde facit, ac si quis bis quinque quantum conficiant, interrogatus, responderet, neque duo esse, neque tria, neque quatuor, neque quinque, neque viginti, neque triginta, neque aliqua, ut sum-

matim

Nomina de Deo potius dici, quæ de creaturis, Cyrillus affirmat.

7. Negatam Theologia cum affirmante comparatur.

De negante Theologia Dionysius, quam de affirmante differat prius, eodem auctore.

Vtramque ex prædictis Deum cognoscendi ratio alteri antecellat.

Nazianzeni simile perelegans.

Cyril. e. 3. tom. II.

D. Dionys.

Idem.

Arist.

Idem. 1. Cor. 13. 1. Ioan. 3.

Nazian. lib. 2. Theolog. mediū intus & initium.

PRÆFATIO.

matim dicam, ex ijs quæ sunt citra, vel ultra denarium; verum decem esse non diceret: hic, inquam, nequaquam sciscitantis mentem in questione proposita vacillantem firmaret. Quandoquidem rei essentia expressa, quæ ab eadem aliena sunt, declarare, multo est leuius, et breuius, quam ex eorum, quæ non inhaerent, enumeratione, ipsam essentiam demonstrare. Et Cyril. lib. Thesau. Quod autem ab eo quod est, quæ ab eo quod non est, commodius Deum nominamus, inde perspicuum erit: nam si quis ineffabilem, incomprehensibilemque, illam naturam Deum appellabit, recte ab eo nominauit quod est. Nam cum Deum dixit, illam naturam significauit. Siquis autem ab eo quod non est, ipsam significet, innocentem vel indeprauatam appellans naturam, verè quidem dicit, sed non omnino Deum significauit. Nam homines quoque, indeprauati & innocentes dicuntur; Angelos etiam sanctos tales esse credimus. Sic ille. Quia tamè nos verbis à creaturis desumptis, & eas potius significantibus utimur, securior est via negatiua, quæ etiam magis ad Deum, prout in se est, vadit, quam nostræ affirmationes: ob idque Dionysius dixit, cognitionem per negationes esse augustissimam, & affirmationes de Deo minus congruere. Magis etiam Deum honorat, qui cognoscit, Deum cognitione nostra minimè cognosci posse, vel comprehendi, ob infinitatem suam. Quæ licet ita sint, tamen quia mystica, & negatiua Theologia puritate potius mentis, & precandi studio est obtinenda; ideo eam silentio venerabimur: quæ enim summa sunt, silentio honorari volunt: ut Clemens lib. 1. Recognitionum docet.

Ceterum via, qua per affirmationem Deum cognoscimus, diuiditur ab eodem Dionysio Epist. ad Titum, dicente: Opera pretium est animaduertere, duplicem esse Theologorum traditionem, arcanam alteram, ac mysticam; alteram vero manifestam, atque notiosem: et alteram quidem significatiuam, ac perficientem; alteram vero sapientiae studiosam, ac demonstratiuam. Hæc ille, per arcanam, intelligens symbolicam, quæ de Deo aliquid per tropum affirmat. De qua cap. 3. Mystice Theologie ait: In significatiua autem Theologia, quæ nam sint à sensibilibus ad diuina deductæ appellationes, quæ formæ diuinæ, quæ diuinæ figuræ, quæ membra, et instrumenta, quæ diuina loca, qui ornatus, qui furores, quæ tristitia, et ira, quæ ebrietates et crapula, quæ iuramenta, et quæ maledictiones, qui somni, et quæ euigilationes, et si quæ aliæ significantis figuratiua, sacratius fictæ formationes exprimentur. Hæc ille.

Porro

Negatam Dei cognitio quid in se contineat excellentiæ.

Summa quæque; (ait Romanus Clemens) volunt silentio honorari.

8

Duplex Theologorum traditio.

Cyril. lib. 1. Thesau. cap. 2. prope initium to. 2. initio.

Dionys.

Dionys. Epist. 9 circa princip.

Idem.

AD LECTOREM

9 Per tropos & symbola in Scripturis diuina cur nobis tradatur.

Proprietate de Deo dicantur.

In Deo negationes quid ponat, quid affirmationes.

Aduersus idolorum cultores.

10 Dionysij Arcopagite encomium.

Porro Scriptura frequenter ad diuina declaranda, tropos, & symbola usurpat: vel quia nos diuina, vt in se sunt, capere non poteramus, & præstat vel crassa Minerua intelligere, quam penitus ignorare: vel quod ipsa diuina cum omnia excedant, aliter accipi, & apprehendi à nobis nequeunt: vel denique vt improbis, & indignis abscondantur, pijs verò, & studiosis detur occasio perferendi ea, vt sic sibi meritum comparent in labore quem adhibent, & in precibus quas fundunt ad Deum, vt Deus aperiat illis mentem ad eas intelligendas, & inuenta dulcius sapiant. Vnde cap. 2. Cœlestis hierarchiæ docet multis verbis Deum figuratè, & per tropos nobis loqui voluisse, vt nobis sese attemperet, & capacitati nostræ, & cōueniētiore esse metaphoras à rebus vilioribus & dissimilioribus sumptas. Propriè autem de Deo dicuntur, quæ perfectionem aliquam innuunt, nulla aliqua limitatione adiuncta, vt sunt, ens, bonum, pulchrum, perfectum Hinc Anselmus in Profologion doctè dixit: *Quicquid simpliciter loquendo melius est adesse, quam desse, hoc conuenit Deo cum excellentia penitus infinita: imò consubstantialiter est idem ipse, cui ait Psalmista: Tu autem idem ipse es.* Hæc Anselmus, qui tribuit Deo perfectiones, sed cum excellentia infinita, & cum identitate essentiæ, siue substantiæ. Et vt negationes in Deo non sunt puræ, sed eminentiam quandam infinitam ponunt in eo præexistere, & tantum finitam, limitatamque perfectionem à Deo auferunt: ita affirmationes non dicunt finitam perfectionem in Deo, sic enim falsæ essent, sed prorsus immensam. Et ita fit, vt affirmationes negationibus non opponantur, sed Deo in omnino coincidunt, vt testis est Dionysius, in idololatrias dicens cap. 1. de Mystica Theologia: *Quid de illis dicemus, qui longè imperitiores, supremam illam omnium causam ex infimis quoq; creaturis effingunt, nihilq; hanc excellere fictis ab se impijs, varijsq; sculptilibus autumant? cum debuerint potius ipsi omnium causæ, omnes etiam rerum applicare, atq; affirmare positiones, relictusq; de ea illas omnes (vt quæ super omnia sit) negare, neq; arbitrari negationes aduersari affirmationibus, sed longè prius ipsam supra priuationes esse, quæ super omnem & ablationem, & positionem est. Hactenus de his sit dictum.*

Idem operis initio.

B. Anselm. cap. 5.

Psal. 101. et Heb. 1.

Dionys.

Iam attende. Dionysius Arcopagita, in Platónica, & Peri-

patetica

P RÆ F A T I O

Tres libros potissimum de Deo scripsit Dionysius.

Quibus Deum nominibus scriptura diuina compellet, ac celebret.

Parabolæ Euangelicæ ad quam Theologiam pertinent.

Qualis sit Domini nostri Iesu Christi doctrina.

patetica Philosophia instructissimus, sed, quod longè maius est, Apostoli Pauli discipulus, & Christianæ Theologiæ facili princeps, inter alios doctissimos suos tractatus, tres potissimum edidit libros, quorum primum inscripsit De Diuinis nominibus, in quo ea tantum nomina, quæ perfectionem aliquam, & excellentiam continent, Deo conuenire demonstrat, qualia sunt ens, bonum, pulchrum, perfectum, & similia. Secundum verò conscripsit de Mystica Theologia, in quo nullum nomen Deo propriè conuenire posse tradidit, & perfectius cognosci Deum per negantem, quam affirmantem Theologiam, ostendit. Tertium librū de symbolica Theologia composuit, in quo omnia nomina, quęcunq; illa existant, Deo attribui posse, ex Scripturis sacris demonstrauit. Nulla enim creatura est, quæ proprietatem aliquam non habeat, in qua Deum referat, & designet: atq; ita innumera penè nomina Deus habet. Nam & cœlum, & Sol, & lux, & stella, & ignis, & aqua dicitur. Assimilatur etiam plantis, & arboribus, vnde scriptum est: *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma, &c.* Dantur etiam illi in hac Theologia nomina animalium: dicitur enim aquila, turtur, serpens, agnus, leo, & deniq; omnium creaturarum nomina Deus induere solet, vt se nobis per symbola metaphoricè explicet, atq; declaret. In Theologia igitur affirmante, quam in primo libro conscripsit Dionysius, paucis tantum nominibus Deus nuncupari potest: in negante verò, seu mystica Theologia, nomen habet nullum, sed silentio tantum honoratur: in symbolica verò Theologia, quæ responsum iniuria intercidit, omnium creaturarum vocibus, quibus adhibetur & delineatur: atq; ad hanc symbolicam Theologiam maxime spectant Parabolæ Euangelicæ, in quibus Deus multas rerum species, & hominum similitudines quasi alter Proteus, propter nos induit. Et nunc quidem comparatur homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, aut ponenti rationem cum seruis suis, aut ueniendi in bellum, cum viginti milibus, nunc verò patrifamilias, nunc agricolæ, nunc pastoris, nunc piscatoris, nunc negotiatoris, nunc feneratoris, & alijs per multis, quibus se Christus assimilare voluit, vt iam non tantum vocibus, quam rebus ipsis, ad eruditionem nostram, sed ipsius representare voluerit. Est enim præclare, atq; adu-

Act. 17.

Eccl. 24.

Matth. 22.

Supra 18.

Luc. 14.

Matth. 13.

& alijs.

Infrà 21.

Ioan. 10.

Matth. 13.

Ibidem.

Infr. 24. et

Luc. 19. &

seq.

signi

admira-

ADLECTOREM

admirabilis Domini nostri Iesu Christi doctrina, multisq; & illis quidem singularibus, proprietatibus à Spiritu sancto exornata, & illustrata existit. Atq; illud in primis magnū ei adfert ornamentum; quod nō tantum verbis mortuis, aut vocibus mutis, sed etiam factis ipsis viuis, efficaciterq; clamantibus nobiscum loquitur, quo à nobis magis intelligi, atq; comprehendi possit; fortiusq; proinde nobis persuadere valeat. Habet enim, præter externum literę corticem, intus delitescentem, & suavissimè nos pascentem, atq; oblectantem spiritum. Nam, vt Christus externa humanitate latentem gestabat Diuinitatem, & nos præter corpoream hanc molem, spiritu, siue animo constamus, vt per assueta nobis & familiaria nos instrueret: ita in Euangelicis verbis, & in Sacramentis Noui Testamenti, externum quiddā quasi corpus apparere voluit; & intus diuinam quandam virtutem, & fructum spiritualement, quasi animum, cōtineri, nobisq; exhiberi disposuit. Vt enim homines vocibus, & nominibus, quasi literis quibusdam, sua animorum sensa, & cogitationes exprimere solent; ita Deo proprium est, non tantum verbis, & scripturis, sed etiam rebus ipsis, & gestis, quasi alphabeto quodam res Diuinas, & Euangelicas representare.

Quod si quisquam contendat, hoc idem Veteri Testamento commune esse cum Euangelio: nā & illic magna est symbolorum silua, & latissimus allegotiarum campus, in quo veteres Patres magna cum iocunditate interdum spatiantur: non inficiabor: sed hoc ipsum ad gloriam Noui Testamenti spectare asseram. Nam cum veteris Testamenti Scripturę ad Euangelium referantur, Euangelicę doctrinę nō minus spiritali, quā literali sensu nos pascat: propterea magna cum Dei arte, & sapientia factum est, vt Verus Instru-
mentum, quod totum symbolum quoddam erat Noui, nō tantum rudiore literę sensu, quā etia allegorico, & mystico constaret. Habet igitur doctrina Christi, quod verbis, & factis nos instruit: habet, quod & hæc doctrina non tantū apertis, & disertis verbis prædita sit, sed etiam vmbriis & figuris Veteris Testamenti sit adumbrata. Rursus & aliam sibi vendicat Euangelica sapientia dignitatem: nam ita est à Spiritu sancto contexta, & cōcinnata, vt & rudes & simplices fructulectionis eius non deficiantur, & magna, & excelsa

II
Noui supra
Vetis Instru-
mentum di-
gnitas, & ex-
cellentia, ex
quibus per-
cipi possit.

Euangelium
duplici sen-
su nos pas-
cit.

Heb. 10.

Heb. 10.

Heb. 10.

ingenia,

PRÆFATIO.

Gregorij de
Scriptura di-
uina dictum
elegans.

Quare Chri-
stus parabo-
las vsurpauit.

12

Quæ Domi-
ni parabolę
hoc volumi-
ne non fue-
runt narra-
te.

ingenia, difficilia multa, & obscura, in quibus exerceri, & de-
sudare valeat, inueniāt: quia neq; semper aperta est, nec sem-
per obscura, sed in ea potest & agnus natari, & elephas sub-
mergi, vt Magnus dixit Gregorius. Et vt causa, quę a Philo-
sophis vocatur vniuersalis, diuersos effectus pro varietate ma-
terię operatur: Sol enim & cerā liquefacit, & gelu, rursusq;
lutū indurat: ad hūc modū eadē Christi doctrina, & facilis
est, & accessibilis paruulis, & difficilis est, atq; velata mētibus
superbis, & ingenijs multū sibi tribuētibus. Ad hoc ergo præ-
stādū Dñs parabolis multis vsus est, quibus sæpè res inuolue-
bat, atq; regebat, ne omnibus, potissimum verò inimicis suis,
peruicax, & manifeste essent. Proinde Dñs rogatus ab Apосто-
lis, illas omnes parabolis seorsim differebat, atq; elucidabat.

Hic igitur septimus liber nobis instituitur, in quo parabo-
las omnes Euangelicas interpretari, Deo bene fauete, prop-
nimus, imitati consiliū antiquorū Patrū. Nā vel Oecumenio
teste in Epistolā priorē ad Timotheū, B. Basilius integrū in
Parabolis Dñi interpretadas edidit volumē: tū vt cū simul
tractatur, & exponuntur, vna cōmentarius alterius fiat, & ex-
plicatio. Nā singulariter hoc nouo dicēdi genere & Parabo-
las ad singula quęq; explicada adhibēdi, Dñs magnis de caus-
sis maximè est delectatus. Illud tamē hic admonendū puta-
mus, vt, dū pollicemur omniū Parabolarū interpretationē,
nemo admiretur, si quasdam in historię vitæ Domini nostri,
vel disputationum eius libris exposuerimus: nam ita con-
iunctæ erant ipsi historiæ, vel disputationi, vt inde diuel-
li minimè possent. Hinc est, quod parabolam duorum de-
bitorum vnus sceneratoris, nos apud Lucam inter historica
pertractauerimus: & Parabolā, *Nō quod intrat in os, coinquinat
homine, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat homine*, apud Mat-
thæū inter Disputationes habitas cū scribis, & Phariseis, cō-
sultò exposuerimus: fortassis enim parabola nō est, sed pro-
prius, & simplex sermo, vt B. Hieronymus, atq; alij annota-
rūt, etsi Apóstolis visa sit parabola: sicut & illud: *Nūquid pos-
sunt filij nuptiarū quandiu spōsus cū illis est, ieiunare?* & *Nemo mit-
tit vinū nouū in vtres veteres*, & illas Parabolis, quas teste B.
Mareo, Dñs dixit, quando sanato surdo, & muto, & expulso
dæmone, probauit se virtute Beelzebub minimè expulisse
demoniū. Nā cōuocatis eis, in parabolis dicebat illis; Quo-

Marc. 4.

Oecumen.

Luc. 7.

Tract. lib.
quarti.

Matth. 15.
Lib. 8. tra-
ctat.

B. Hierony.
in Matthe.
15. cap. to-
mo 9. ini-
tio.

modo

AD LECTOREM PRÆFATIO.

modo potest Satanus Satanam eicere? Marc. 4. quæ in libro disputationum exponuntur. Quædam etiam sunt, quæ speciem quidam aliquam habent parabolæ, & parabolæ interdum à quibusdam dicuntur: at parabolæ eius generis non sunt, quales hoc libro tractamus. Non enim quævis similitudo continu parabola est. Nam Dominus parabolis uti cœpit à loco Matth. 13. Sunt ergo aliæ similitudines quædam, et si parabolis non dissimiles; ut illud apud Matthæum: *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo; & illud: Omnis qui audit verba mea hæc, & nō facit ea; similis erit virò stulto, qui edificauit domū suā super arenam: quā Gregorius Nazianzenus in Carmine de Parabolis quatuor Euangelistarū primo loco recēset. Rursus; Cui simile æstimabo generationē istā? similis est pueris sedētib; in foro. Et illud apud Ioan. Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnē palmitē in me nō ferentē fructū, tollet eū. Et iterū: Mulier cū parit, tristitiā habet; quia venit hora eius: cū autē pepererit puerū, iā nō meminit pressuræ propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Propterea hæc, & his similia, si quæ alia sunt, alijs in locis cōmodius sunt à nobis interpretata, atq; exposita. At quæ dicitur diuitis Epulonis, & Lazari parabola, quoniā nos eā pro mera historīa habemus, & solidis, ut existimo rationibus cōprobamus, meritò ab hoc volumine exclusa, & in librū historiarū reiecta est, etiamsi magnam speciem parabolæ præferre videatur: quemadmodū illa Pharisæi, & Publicani vera narratio esse videtur, quia Publicanus descēdit iustificatus præ Pharisæo: tamē quia parabola à Domino nuncupata est, inter Parabolas à nobis cōnumeratur, & exponitur. His ergo dēptis, reliquas omnes ordine temporis quo à Domino sunt dictæ, semoto, enarrabimus. Deinde illud est submonendū, Parabolas vix posse tractari, nisi explicato earū scopo, vel cōclusionē, & proinde opus est aliquādo quædā historica prædētia, vel subsequētia, ut melius expendantur, differere. Est autem tractatio hæc de parabolis Domini, voluptatis, & iocunditatis plena, & naturæ nostræ maximè consona, dulcissimè enim sapiunt nobis diuina, quando sensibilibus similitudinibus & exemplis explicantur atque vestiuntur. Proinde, prudens lector, attentè legito; & laborem nostrum boni consulito.*

Marc. 2.
Luc. 5.
Tract.

Matth. 7.
Infra 7.
Gregor. Nazianz. circa finem operis.
Infra 11.
Ioann. 15.

Infra 16.

Luc. 16.

Infra 15.

Utilis, imò necessaria parabolas interpretandi ratio.

COM-



LIBRI SEPTIMI

TRACTATUS PRIMVS,

Explicans quid sit propriè, & nomine, & re, Parabola; & quomodo differat ab Historia, ab Exemplo, Apologo, Prouerbio, Allegoria, & Metaphora.

I
Parabola nomine tenus quid sit.




VONIAM De Parabolis nobis sermo instituitur, non erit ab re ab huius vocis germana significatione, & ratione, iuxta

Parabola unde dicta.

Quintil. lib. 5. c. 9. paullo à medio.

Cic. lib. 1. de Inuent. Matth. 24.

In eos, qui vocem Parabolæ à Latino fonte deriuari contēdunt:



Sapientum sententiam, principium dicendi sumere. Est igitur parabola, neq; Hebræa, neque Latina vox, sed Græca tantum, & à Græcis ad Latinos, ut pleræque aliæ, deriuata, atque in eorum vsum accepta. Significat autem comparisonem, siue collationem, à verbo Græco παραβάλλω quod est conferre, siue comparare. Hinc Quintilianus inquit: Parabola, quam Cicero vocat Collationem, longius res quæ comparantur, repetere solet: ut, Tam fortiter apud Hippōnē fecit Scipio, quam apud Vticam fecit Cato. Et in Euangelio: Sicut in diebus Noë, ita erit et aduentus Filij hominis. Quare audiēdi non sunt, qui à lingua Latina huius vocis etymologiam petendā sentiunt. Inter quos quidam scribit, Parabolam dictam, quod facilem ori parat bolum, ut capiatur, & digeratur quod dicitur. Vel rursus,

inquit parabola dicitur, quasi parans vela: quia tegit, & velat, remque ipsam propterea obscuram reddit: ob quem finem à Christo inuenta, & excogitata est. Sed profectò ab omni ratione alienum est, vocis alicuius etymologiam à lingua peregrina petere, ut non semel docet Hieronymus: sed cuiusuis vocabuli ratio ex propria, & natia lingua inuestiganda est, nisi quis velit desperare. Dicitur autē parabolæ in lingua Hebræa פָּרָבּוֹלָה à verbo פָּרָבּוֹל, quod inter alia significat, assimilare, & comparare denotat: unde liber Prouerborum Salomonis Hebræicè dicitur פָּרָבּוֹל מִשְׁלֵי, id est, Similitudines, siue Parabolæ. Quamquā Septuaginta interpretes Græce παραβολα interpretati sunt, & Latinus interpres eos imitatus, Prouerbia: Syriaca verò lingua, quia mutat elementum P in M parabolam vocat מֵתָל & מֵתָל מֵתָל, & mothol, & מֵתָל & מֵתָל מֵתָל, & methalo, & mathelo; in pluri verò מֵתָלִין & מֵתָלִין, mathlin, & mathlin. B. Hieronymus, linguarū pertissimus, admonet, magis vocem Hebræam parabolam, quam prouerbum significare: nam

Simò de Cas. sta libr. 6. initio.

B. Hieron. in lib. quæstionum in Genesim. Cuiusuis vocabuli ratio vnde sumenda sit.

Parabolæ Hebræis vnde dictæ.

Παραβολαί Græcè quid.

B. Hieron. in Prouerbijs. c. 1. si tamē illa cōmētaria eius sint.

prouerbiū propriè apud Hebræos alio nomine vocatur, népe, פתח חכמה ab acumine: quòd prouerbia acutum aliquid, & scitum continere solcant. Et profectò, si rectè rem expendas, omne prouerbiū aliquā tacitam similitudinē cōtinet, vt postea dicemus.

Esti autem Parabola, & similitudo, synonyma esse videantur, similitudo tamen generalior est, Parabola magis est specialis, vt Origenes in Matthæū annotauit. Edisserens enim illa verba Marci: Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabola comparabimus illud? scribit: Ex hoc siquidem demonstratum est, discrimen esse inter similitudinem & parabolam, id est, collationem. Videtur igitur similitudo esse generalis, parabola verò specialis. Fortassis & similitudo, cum vox sit maxime generalis, ad parabolam, vt complectitur in se speciem parabolam, sic & similitudinem speciem cognominem voce generali. Hæc ille, asserens non nunquam speciei deesse speciale vocabulū, ac tunc eam generis nomine designari. Videtur ergo, quòd omnis parabola sit similitudo; non autem omnis similitudo parabola: Nam parabola in Euangelio nunquam sumitur nisi inducèdo personā ratione præditam, vel negocium cū ratione confectum, vt comparatur ad personam spiritualem, vel ad spirituale & rationale negocium. Quemadmodū Nathan propheta pulchra quadam & eleganti parabola Dauidem Regē est aggressus, nempe diuitis illius habētis oues & boues plurimos, qui, vt amico suo ad se diuertenti cōuiuuiū exhiberet, à vicino paupe ouem vnicam habēte clam illam abstulit, ex qua cibos preparauit amico suo: vt tradit I I. liber Regum. Si similitudo verò non tantum actus rationabiles comprehendit, sed etiam ad res sensu præditas, vel sensu etiam destitutas comparationem facit. Hinc Sali, Luci, Lucernæ, Ciuitati in monte positæ, Stellæ, & Lápadi comparantur Apostoli. Imò quidam interdū comparantur Leoni, Lupo, Vulpi, Serpenti, Oui, Boui, Agno, & Colūbæ; iuxta illud: Intrinsicus autem sunt

lupi rapaces: Dicit vulpi illi: Et, Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

Frequenter tamen similitudo pro parabola, & parabola pro similitudine vsurpari consuevit, & voces confunduntur, & vna pro altera in Scripturis ponitur. Quemadmodum ad Hebræ. cū dicitur: Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & vniuersum offereret, in quo suscepit repromissiones, ac subdit: Arbitrans quia, & à morte suscitare potens est Deus: vnde eum & in parabolam accepit: vbi etiā verti poterat: In similitudinem, vel in typum adduxit: nam accepit eum vt similitudinem gestatē Filij Dei, cuius humanitas immolata est, & manente viua, & immortalī, Diuinitate; Humanitate verò post triduum à morte ad vitam reuocanda. Cum etiam apud Matthæum, & Marcum dicitur: Ab arbore autē fici discite parabolam, eque potuisset verti, Discite similitudinem, vt habet Lucas: quia illa fici figura potius est similitudo, quàm parabola.

Interdum verò verbū Græcum parabolæ interpret vertit similitudinē, vbi etiam posset retineri vox Græca. Vnde apud Lucā scribitur, Iesum dixisse per similitudinem; vbi Græcè dicitur, per parabolam. Nam Matthæus eandem historiam narrans, inquit: Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. Nam quæadmodū genus speciem continet sub se, licet nō solam, & species continet totam rationē generis: ita istæ voces nō sine causa in Scripturis confunduntur. Hinc frequenter in principio parabolæ dicitur consuevit: Simile est regnum cælorū; vel, Regnum Dei assimilatum est; vel, Regnū Dei comparatur, &c. Interdū deniq; parabolam rectè vertit voce generica similitudinis, quemadmodum apud Lucam, quando ait: Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcū ducere? vbi Græcè habetur: Dicebat illis parabolam.

Præter hanc generalem significationem, vox parabolæ in Scripturis interdum vsurpatur in malam partem;

3 Vbi Parabola voce similitudinis clarius verti potuisset ab interprete. Heb. 11. Gen. 22. Sup. 21.

Isaac Christi typus, quælis.

Mat. 24. Mar. 13. Luc. 21.

Vbi è cōtrario similitudo per parabolam aptius poterat conuertere. Luc. 8. Mat. 13.

Luc. 6.

4 Parabolæ alia in Scripturis acceptio.

Psal. 68.

Fieri in parabola quod. Aug. in Psal. 68. concio. 1. circa finē, tom. 8.

Sapient. 5.

2. Paral. 2.

Tradere in parabolam, & in exemplū, & Latine traducere, idē esse.

Hierem. 24.

Habac. 2.

5 Parabolæ significatus alter.

Num. 23. Infra. 24. Iob. 27.

vt significet exemplum punitionis Diuine, vel similitudinem improprij: quemadmodum apud Dauidem dicitur: Et posui vestimentum meum cilicium; & factus sum illis in parabolam. Quod versus præcedens declarat: Et operui in ieiunio animam meam; & factus est in opprobrium mihi. Idem est ergo dicere, in parabolam, ac dicere, factus sum illis in opprobrium; siue in irrisionem, nam, vt B. Augustinus in eo loco docet, Parabola dicitur, quando datur similitudo de aliquo, quando de illo male dicitur: verbi gratia. Pereat, quomodo ille; parabola est, id est cōparatio, & similitudo maledicti. Hæc Augustinus. In hunc sensum dixit Salomon: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improprij: vbi Græcè dicitur, In parabolam improprij. & ita frequenter accipitur in Prophetis: nam lib. Paralip. 2. ait Dominus, Euellā vos de terrā mea, quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificauī nomini meo, projiciā à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis. Perinde ergo est tradere in parabolam, ac tradere in exemplum; Porro tradere in aliorum exemplum, eleganter Latine, traducere, & Græcè παραδειγματισθαι dicitur consuevit. Et in Hieremia clarius explicatur modus ille dicendi: Et dabo eos, inquit, in vexationē, afflictionemq; omnibus regnis terræ, in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbiū in vniuersis locis, ad quæ eieci eos. Et Habacuc ita comminatur: Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelā enigmatū eius, & dicitur, Væ ei, qui multiplicat non sua? &c.

Præter hanc parabolæ acceptio-nem vsurpatur interdum pro narratione obscura, & eleganti, siue pro ænigmatico sermone: ita vt interdum vbi nulla est similitudo, vel comparatio, siue sit sermo Poëticis metaphoris, aut figuratis Rhetorum locutionibus depictus, & phaleratus, parabola dicitur. Hinc Balaam dicitur Quater assumpta parabola locutus, id est, obscure, & inuolutè. Et Iob assumens parabolam suam, dixit: Viuit Deus (qui ab-

stulit iudicium meum, &c.) Et Dominus Isaiæ præcipit, dicens: Sumes parabolam istam contra Regem Babylonis: vbi vocat parabolam, audentiores figuræ, & hyperboles, quibus instar Poëtarum ludit Vates. Ezechiel quoque proponit parabolam Aquilæ grandis magnarum alarum, quam etiam ænigmata vocat. Idem inferius scribit: Et dixi: A, a, a, Domine Deus: ipsi dicunt de me, Nunquid per parabolas loquitur iste? id est, per obscuros ænigmaticos sermones; nam propter hæc excusabant se non intelligere vaticinia, quæ loquebatur. De hoc genere parabolæ, id est, obscuri & elegantis sermonis, dixit Salomon in Prouerbijs: Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola: siue, vt iuxta Hebræicam litteram legitur, Inæquales fuerunt tibi claudus, & parabola in ore stultorum. id est: Quemadmodum in claudus tibie sunt inæquales, & vna alteri non respondet, ita in ore stulti parabola & grauis sententia. Rursus in Prouerbijs, Parabola, interpretatio, verba sapientum, & anigmata, pro eodem accipiuntur. Idē ferè in Ecclesiastico ait Sapiens: Ex ore stulti reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo: quo in loco parabola (hoc est, sapiens, sed obscurus sermo) extra tempus dicta reprobatur: quemadmodum in priori, quòd moribus, & vitæ loquentis non respondeat.

Isti autē tres significatus non sunt equiuoci, neq; à se inuicè longè disiuncti, sed per analogiā quandā deducti: propria enim & germana significatio vocis parabolæ est similitudo; siue cōparatio, sed in secūdo significatu similitudini exemplū punitionis diuine, vel improprium humanum adiūgit, in tertio verò significatu similitudini addit sapientiam & obscuritatem. Neque mirum esse debet, si similitudines & rem ipsam inuoluant, & rursus illam eandem explicent; nam inuoluant, quandiu non sunt interpretatæ, & declaratæ: explicant, vbi sunt expostitæ atq; patefactæ.

His de voce ipsa præmissis, iam ratio, siue diffinitio ipsius tradenda

Isa. 14.

Ezech. 12. Ibidem.

Infra. 20.

Prou. 26.

Quid illud Salomonis: Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.

Prouer. 1. Eccles. 20.

6 Quales parabolæ acceptio-nes prædictæ sint.

Quomodo similitudo reuoluant & inuoluant, atq; explicet.

2 Quod similitudo latius patet, quàm parabola. Mar. 4. Origen. in Matt. cap. 13. tom. 11. in initio.

Parabolæ p similitudine, & è contrario, in Scripturis frequens acceptio.

2. Reg. 12.

Similitudo ad quæ duo se extendat: Matt. 5. Ibidem. Ibidem. Matt. 7. Luc. 13. Matt. 10.

Parabola scilicet rem, quid Clem. Alexand. libr. Strom. 6. in ter mediū, & sine. to. 2.

Hierony. in Marci. c. 4. initio fere, tomo. 9.

Donat. Grammat.

Parabola de finitio explicatur.

Eius prima conditio. Secunda.

Tertia.

Matth. 13. Ioan. 12. Infra. 16. Luc. 13. Infra. 15. Ibidem.

est, secundum quam accipitur in Evangelica doctrina. Clemens Alexandrinus lib. Strom. Est enim, inquit, parabola res eiusmodi oratio ab aliquo, non proprio quidem, sed quod est simile proprio, ad id quod est verum & proprium, deducens eum qui intelligit. Aut, ut dicunt aliqui, distinctio, que per alia, et que proprie dicuntur, ostendit cum efficacia. Et Hieronymus in Marcum (si tamen eius sunt illi commentarij) in hunc modum illam definit: Parabola est natura discrepantium rerum, sub aliqua similitudine facta comparatio, &c. Quod sententię Donati accedit, dicentis: Parabola est rerum genere dissimilium comparatio. Greci vero ita definiunt: Παράβολη, ἢ παραβολή, ἢ παραβολή, ἢ παραβολή, ἢ παραβολή. Hoc est: Parabola est similitudinaria quedam comparatio, ad evidentiam eorum, que subiecta sunt, inducta, siue si quis velit vnam ex omnibus conflare definitionem, in hunc modum dicit: Parabola est rerum, siue verarum, siue verisimilium, ad aliud significandum appositae, & artificiosa narratio. vbi in primis loco generis narratio ponitur, ut continet sub se similitudinem, siue comparationem, & tacitam, vel apertam collationem. Dicitur secundò appositae, & artificiosa narratio: quia etsi exemplum sensibile, vel similitudo proposita planè sit cõficta, & ingenio hominum excogitata, nõ tamè debet esse à ratione, vel probabilitate aliena, ita ut absurdum, vel impossibile tale quid contigisse aliquando, vel contingere posse existimemus. Dicitur tertio, rerum verarum, vel verisimilium: quia ad rationem parabolæ nihil refert, quòd exemplum ad aliud significandum adductum, aliquando acciderit, siue non. Nam illud quod dicitur de grano sinapis, & illud: Nisi granum frumeti cadens in terram mortuum fuerit, & rursus id; Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius; & illud de fermento, quod acceptum mulier, abscondit in farinae satura; atq; illud de pastore quærente centesimam ouem perditam; itemq; de muliere quærente decimam drachmam amissam, rationi minimè repug-

nat, aut veritati, aliquando contigisse, aut etiam nunc contingere posse, cù sint vulgaræ similitudines, ex rebus ipsis quæ quotidie contingunt, assumptæ. Vltimo loco dicitur, rerum verarum, aut verisimilium ad aliud significandum appositae, & artificiosa narratio: quòd loco differentię dicitur, & rationem veram parabolæ exprimit. Nam si propter se tantum illa assumere rentur, & narrarentur, illa nõ parabolæ, sed historiæ ratione complerent. Sed hæc est differentia inter parabolæ hominũ ingenio excogitatas, & inter illas, quæ in Prophetis, & Euangelicis literis traditæ sunt, quòd illæ sensibilibus similitudinibus consistunt ad humana negotia explicanda, vel persuadenda: quæ verò Scripturis commendatæ sunt, ut res sensibiles ad explicanda mysteria regni Dei, & hominibus persuadenda assumuntur. Quare cum dicit Donatus: Parabola est rerum genere dissimilium comparatio: vel, ut Hieronymus, natura discrepantium rerum sub aliqua similitudine facta comparatio: intellige, eam definitionem tam ad humanas res, quàm ad diuinas extendi. Cæterum in hominũ parabolis res externæ assumuntur ad explicandum: quæ cum ratione & mente fiunt negotia: in illis verò diuinis vsurpatur comparationes sensibiles ad significanda spiritua lia mysteria Euangelij, & quæ supra naturam sunt, quæ planè genere, & natura discrepant à sensibilibus. Et hæc tenus quid nomine, & re sit parabolæ: iam quomodò differat ab historia, apologo, & reliquis, cõsiderandũ est. Differt igitur parabola ab historia, nã est narratio rei gestæ: parabola verò, rei fictę, & cõpositę. Hinc Iustinus lib. Responsum ad Orthodoxos, Parabola, inquit, oratio est rei fictę, ad eã quæ futura est, similitudinem cõplectens: Historia verò, commemoratio rei factę expositionem cõtinens. Hinc Damascenus in sermone de his qui in fine hinc migrarunt, prope finem, tractas de Diuitis Epulonis, & Lazari narratione, quæ habetur Luc. 16. Ne quis, inquit, dicat, quòd parabola sit, propterea minus satis cõprobatum quod propositũ fuerat,

Quarta ac potest.

8

Humanæ parabolæ à Diuinis quid differant.

Donat. Grammat.

Hieron. loco præcitato.

9

Parabola ab Historia quomodo distinguitur. Historia quid. Iustin. martyr lib. quæstion. & respons. ad Orthodoxos. tom. 3. B. Damasc. inter operis mediũ, & finem.

Cum res fictæ, & arte cõpositæ mendacia sint, quæ ad docendam veritatem valent. Augusti. q. 41. initio, tom. 4. Fictio quando mendaciũ, teste Augustino.

Idem ibid.

Matth. 21.

Luc. 24.

Horatius in Arte.

IO Ab Exemplo in quo differat. Exemplũ Grecè, παράδειγμα.

fuerat, sciãt, diuinã Saluatoris nostri parabolã rerũ esse existentũ sicut in eis contenta sunt, & demonstrata. Sic ille. Quòd etsi verũ sit respectu illius exempli quòd historia est, nõ parabola, in vniuersum tamè falsum est, parabolæ omnes rerum esse existentium. Quòd si obiecias, res eiusmodi fictas, & artificiose compositas mendacia esse, & mendacia non esse accommodata, siue apta ad docendã veritatem Euangelicã, huius dubitationis solutione accipiamus ab Augustino, qui lib. 2. Quæstionum Euangelicã ita inquit: Non omne quod fingimus, mendacium est, sed quãdo id fingimus, quòd nihil significat, tunc est mendaciũ. Cum autè fictio nostra refertur ad aliquã significationem, non est mendaciũ, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiã ab ipso Domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundũ vsitatũ intellectũ nõ subsistit veritas in talibus dictis. Et infra: Sicut autem dicta, ita etiã facta finguntur sine mendacio ad aliquam rẽ significandam. Vnde est etiã illud eiusdem Domini, quòd in fici arbore quæsui fructum eo tẽpore, quo illa poma nondũ essent. Nõ enim dubiũ est, illam inquisitionem non fuisse veram: quivis enim hominum sciret, si non diuinitate, vel tempore poma illam arborem nõ habere. Fictio igitur, quæ ad aliquã veritatem refertur, figura est; quæ non refertur, mendaciũ est. Sic & Christus fingit se longius ire apud Lucã, &c. Hæc Augustinus, docens, non omnẽ fictione, siue dicto, siue facto compositam, esse mendaciũ, sed illã, quæ ad aliud significandũ non refertur: vnde vel fabulæ ad docendũ accommodatæ non sunt mendacia, multo minus parabolæ. Et Horatius prudenter atmonuit: Ficta voluptatis gratia sint proxima veris: quanto magis ficta docendĩ gratia, probabilia; ac verosimilia esse debent? Eadẽ ratione differt ab Exemplo, quòd Grecis παράδειγμα dicitur: Nam Exemplum pars est historiæ, dum rẽ aliquã vt rectè factã, alterius rei gestę similitudine defendimus: vel rẽ male factã alterius pessimi criminis exem-

plo demonstramus: vt Dominus qui Apostolos accusatos quòd in Sabbato vellerent spicas, exemplo Dauidis tueretur, qui quando esuriit, panes Propositionis comedit. Iudæos item nolentes audire verbum Dei, Niuitarum Ionam Prophetã audientũ exemplo, & Reginẽ Aultri, quæ venit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis, conuicit, & confutauit. Atque ob hanc causam narratio Diuitis Epulonis, & Lazari, quæ exemplũ à Patribus dicitur, ad historiam, non ad parabolam est referenda. Differt tertio parabola ab Apologo, siue fabula, quòd hæc sit rerũ, neque verarũ, neque verisimilium ad significandũ narratio: nam in Apologo rationis discursus, affectus, & voces hominũ animantibus sensu rationis carentibus tribuntur: quòd veritate, & verisimilitudine caret. Dicitur porò ἀπόλογος Græcè, eã oratio, à qua prius, & verus sensus alij sententiæ accommodaretur, & quòd ab illo in hanc proficisceretur: idcirco ἀπό & λόγος simul coniunxerunt. Apologi autem etsi vim magnam persuadendi habent, & plurimum oblectent, ac illis frequenter vsi fuerint sapientes huius mundi, tũ Philosophi, tũ Poætæ, & Oratores, illisque plerumque persuaserint populis quæ volebant: CHRISTVS tamè, virtus, & sapientia Dei, illis nunquã vti voluit: tũ vt distingueret Christianã philosophiam à mundi sapientia, quæ Apologis & cõmendata, & illustrata satis videtur: tũ, ne autoritate verbi Evangelici, muta animalia sensũ rationis donati viderentur: quòd offenderet Iudæos rudes, & fabularũ amatoris. Nã nec inter Philosophos defuerunt, qui non tantum animalibus, sed etiã plantis, & stirpibus ratione tribuebant: Tũ denique ne propter cõfictos sensus, affectus, & linguã hominũ in multis animalibus, mysteria Euangelica per fabulas representata, in suspitione falsitatis aliquo modo venire possent. Imò, quòd maius est, in Veteri Testamento Prophetæ Apologis vsi non sunt, neque vniquã ibi animalibus lingua humana tribuitur,

Matth. 12. 1. Reg. 21. Matth. 12. Ionæ. 3. Luc. 11. 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. Luc. 16. e. & seq. II Parabolę ab Apologo discrimẽ quod sit. Apologos Græcè quid, & vnde dicatur. Apologi au dloris profanis cur tã familiares extiterint. Quare Christus apologis minimè vsi voluerit. 1. Cor. 1. 1. Timo. 1. & infra. 4. & Tit. 1. Britos animalites non modo, sed etiam plantas ac stirpes vt ratione, quidam Philosophi putauerunt. Apologis Prophetæ non vsi vti.

Gen. 3. nisi quod per Serpentem locutus est Satanas ad seducendū primos parentes: & per asinā miraculo loquutus est Dominus ad ariolū Balaā, vt increparet eū. Sed hæc historica fuerunt, nō conficta, aut fabulosa.

Num. 22. **2. Petr. 2.** **Iud. 9.** **12**
Libri Iudicū elegans Apologus.
 Ne tamē quid dissimulare videar; in libro Iudicū proponitur apologus, nō quidē animalīū, sed, quod minus, & inferius est, arborū, siue plantarū, quo exinde erroris ansa minus accipi posset. *Ierunt, inquit, ligna, vt vngerēt super se Regem: dixeruntq; oliuæ, Impera nobis. Quæ respondit; Nunquid possum deserere pinguedinem meā, quæ & diu vtūtur, & homines, & venire, vt inter ligna promouear? Dixeruntq; ligna ad arborē ficū: Veni, & super nos regnū accipe. Quæ respōdit eis: Nunquid possum deserere dulcedinē meam, fructusq; suauissimos, & ire, vt inter cetera ligna promouear? Locutaq; sunt ligna ad vitē; Veni, & impera nobis. Quæ respondit eis: Nunquid possum deserere vinum meū, quod letificat Deū, & homines, & inter ligna cetera promoueri? Dixerūt quæ omnia ligna ad rhamnum, Veni, & impera super nos, & quæ sequūtur. Sed hic apologus potius est humanus, quā diuin⁹, quia propositus nō à Deo, vel vllō Propheta, sed a Ioathā filio Hierobaal, ad significandū, iustos, & sanctos viros in oliua, ficu, & vite adūbratos, nō facillē finire se promoueri ad honores & officia alios gubernādi; ad quæ tamen impij & reprobī, re præsentati in rhamno, propēsi sunt, illaq; magnopere affectant. Sed, vt habet Prouerbiū, vna hirundo nō facit Ver.; & tam in Nouo, quā in Veteri Testamēto, parabolārū vsus est frequentissimus. Proinde meritō reprehendendus venit hoc loco Erasmus, quod parabolās Euangelicas, interdū fabulās vocauerit. Sed ille accusatus eo nomine, patrociniū sibi inde quaesuit, quod fabula apud Latinos aliquando in bonā partē pro re gesta, & passim diulgata accipiatur. Sed certē non propterea euadit, quia rarus eius vocis est vsus in illa significatio ne, & plerunq; pro re ficta, & ingenio hominū excogitata vsurpari solet: atque hinc AEsopi fabulæ, & aliorū pro-*

Psal. 103.

Sancti viri in oliua, ficu, ac vite, impij vero in rhamno cur adumbrati sint.

Confor mūdi Erasmi parabolās Euangelicas interdū fabulās cur ausus est appellare.

Fabula pro historia ferē nūquam accipitur.

Fabula ferē quid significet

dierunt, hinc & tragœdiæ, & comœdiæ omnes, fabulæ appellantur. Vnde Comicus dixit:

Pact eum primum animū ad scribendū appulit, Id sibi negotij credidit solum dari, Populo vt placerent quas fecisset fabulas.

Et Horatius in Poëtica:

Neue minor, neue sit quinto productior æu Fabula quæ posci vult, & spectata reponi.

Quamquā autē in comœdijs, & tragœdijs plurima fingātur, quæ nō rarō solēt accidere: quia tamē ad delectandū tantū auditores, & ad risum excitandū, sub spe mercedis tēporariæ ab auctore proponebātur, meritō fabulæ sunt appellatæ, quæ ad tā vilē finē spectarēt. At verò quæ in Scripturis fingūtur, quoniā ad finē humanū nō pertinet, sed à Deo per Prophetas, siue ab ipso Domino Iesu Christo ad erudiendū de regno Dei, & ad inflāmandum, & rapiendū affectū ad diuinā, hoc est ad fidē, ad pœnitentiā, ad charitatē, & veritatē ipsam amplectēdam tendunt, meritō factū est, vt nō fabularū nomine, sed parabolārū venirent: nā vt parabolæ in Scripturis cōmendantur, & ad earū studiū homines Dei verbo excitantur; ita fabulæ reprobantur, & ab earū studio homines auocantur, tanquā familiares poëtis, qui mēdacia, & fictiones confectātur iuxta nominis sui rationē; vt meritō quidam ex eis scripserit,

Pictoribus atq; poëtis Quilibet audens semper fuit aqua potestas.

Hinc David dixit: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed nō vt lextur: vbi fabulas legi diuinæ repugnare ostendit. Paulus quoq; veritati fabulās opponit, dū ait: Et à veritate quidē auditū auertent, ad fabulās autē cōuertētur. B. Petrus Apostolorū princeps dū de trāsformatione Domini loquitur, se fabulās nō sequūtū fuisse ostēdit, dū ait: Non enim indoctas (siue vt Græcè dicitur, οἰσιπλοῦς, hoc est, arte cōpositas, siue doctas, vt creditur noster vertisse interpres, & legit Hieronymus in. 3. Caput Epistolæ ad Gal. initio, & producit Ciceronē Græcos appellāntem ingenitā leuitatē, & eruditam vanitatē) fabulās secuti, notā fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentia: sed speculatores*

Terent. in Prolog. Andria.

Horatius in Arte.

Tragœdiæ, & comœdiæ cur fabulæ sint appellatæ.

Quæ in scripturis fingūtur, parabolarum nomine, non fabularū cur veniant.

Eccles. 39. ibidem.

Horat. ibidem initio. Psal. 118.

2. Tim. 4.

2. Petr. 1. Matth. 12.

Indoctas, siue doctas fabulās, apud Petrus, quid.

B. Hieron. tom. 9.

1. Tim. 1.

Infra. 4.

Idem B. Hierony. tom. 5. circa finem.

Fabula à fādo dicta.

Iuuenal. satyra. 1. Orige. tom. 1. initio. Genes. 19. Euseb. cap. 21. sub initium. Clem. Alex. tom. 1. Hieron. tom. 9.

Iudic. 13. 14. & 15. Sāpſon, Sol uerus, interpretatur. Idem Epist. 34. sub finē tom. 1. ante medium.

Didymus Alexandrinus ab Antonio reprehēlus, quod cœcitatem suam ægrē ferret.

Antonij Abbatissimī auctorem dictū.

facti illius magnitudinis. Rursus Paul⁹ à studio fabularū auocat, dū ait: *Sicut rogauī te, vt remaneres Ephesi, cū irē in Mæcedoniā, vt denūciāres quibusdā, ne aliter docerēt; neq; intēderēt fabulis, & genealogijs interminatis. Et rursus: Ineptas, & aniles fabulās deuita. Atq; ita cōstat distinctio inter Parabolā, & Fabulā, & quare nomine fabulæ parabola nō veniat appellāda. Nō tamē dissimulādū est B. Hierony. in Procemio in Danielē vocasse Bellis, draconisq; fabulās, historias, quas Daniel in fine proponit: ob quā à Ruffino fuit accusatus. Sed Hieron. dictū suū tuetur vocis ambiguitate: nā fabula à fādo dicitur: & quicquid in vulgus spargi solet, siue verū, siue falsum, fabula dicitur. Vnde Iuuenalis. *It noua, nec tristis per cūctas fabula cœnas.* Origen. hom. 5. in Genes. loquēs de Loth, ait: *Post hæc iā refertur illa famosissima fabula, in qua scribitur filias eius (Loth, scilicet inebriati) arte furatas cōcubitū patris.* Euseb. quoq; lib. 3. Histor. Eccles. ex Clemētis Alexandr. sermone producit: *Audi inquit fabulā, & nō fabulā, sed rē gestā de Ioāne Apostolo, & memorijs omniū traditā.* Et Hieron. in Epist. ad Philem. *Longū est diuersa Iudicū gesta percurrere, & totā Sampſo fabulā ad veri Solis (hoc quippe nomē eius sonat) trahere sacramentū.* Et idē ad Casirutiū: *Et ne, inquit, veteres replicādo historias, loquū faciā, & excedā mēsurā epistolæ, breuē tibi fabulā referā, quæ infantia meæ tēporib⁹ accidit.* B. Antonius cū à sacto Athanasio, Alexandriæ Episcopo, propter confutationem hæreticorū in vrbe Alexandriā esset acutus; & isset ad eū Didymus, vir eruditissimus, captus oculis, inter ceteras sermocinationes, quas de Scripturis sanctis habebant, cū etus admiraretur ingenū, & acūm animi collaudaret, sciscitans ait: *Nū tristis es, quod oculis carnis careas? Cū ille pudore reticeret; secundo tertioq; interrogās, tandē elicit vt morem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius: Miror, ait, prudentem virum ei⁹ rei dolere dāno, quā formicæ, & culices habēt: & nō letari illius possessio ne, quā sacti soli, & Apostoli meruerūt.* Hæc ille, vocās historiā fabulā, sicut*

alio loco narrationes Sāpſonis, & Origenes rē gestā Loth famosissimā fabulam appellat. Et cū is, de quo verba facimus, incogitātibus nobis adest, soliti sum⁹ dicere, Lupus est in fabula, id est, colloquio & cōfabulatione nostra, etiāsi seria & vera tractemus.

Differt etiā quartō Parabola ab Allegoria, quatenus in Scripturis proprius vsus est allegoriarū: quia allegoria in re aliqua vera, & historica nititur, & inde ad alia significāda sensus allegoricus adducitur; proinde semper allegoria ponit sensum literalē, & historicū. At parabolicus sensus haud ponit similitudinem rei gestæ, quasi sic acciderit, sed quia sic accidisse fingitur, ad docendū: & idē sensus literalis parabola nō est is, quem prima facie voces significant; sed qui per res vocibus significatas designatur. Præterea, sensus allegoricus per historias Veteris Testamēti ad significāda mysteria Noui, quæ fide suscipiēda sunt, aut certa spe in cælo expectāda, aut vitæ nostræ actionibus cōprobāda, adhiberi consuevit. Et loquor nūc de allegoria in sua plenitudine, quatenus vocū est, & rerū: vocū quidē; vt est perpetua Metaphora totius orationis, ac non vnus tantū vocis, vel dictionis: rerū verò, in quātum per res quasdam corporeas alias spirituales, & nobiliores significat: & spirituales cōplectitur: nam ita illa voce interdū Patres veteres vtūtur, quāquam posteriores non absurde distinxerint inter Allegoriā, quæ tradit illa tantū, quæ fide credēda sunt, & Anagogiā, quæ præmia in cælo reposita à nobis sunt expectāda, & inter Tropologiā, quæ mores nostros virtutibus instruit, & format. Interdū etiā per facta, & gesta Christi, quæ credenda sunt, siue speranda, aut factis nostris exprimenda, pulchrē adūbrantur: vt Lib. 6. latē docuim⁹. Est enim, & ἀλληγορία oratio, in qua verbis vtimur à propria significatione conuersis ad aliud significādum: aut per res ipsas propriè significatas, nobiliores alias, & præstantiores intelligi volumus. Parabola verò non nititur historiæ, siue rei

13
Parabolæ ab Allegoriadis crimen.

Sensus literalis parabola quis.

Allegoriæ in Scripturis vsus qualis sit

Quemadmodum Allegoria, Anagogia, & Tropologia inter se distinguantur.

Libr. 6. de Miracul. Allegoria quid.

gesta, sed verisimili narrationi, ad ex-
primenda ad literam non tantum ea
que Noui, sed etiam ea, quae Veteris
Testamenti sunt, vt aperte docent
nonnullae parabole, sed praesertim illa
hominis descendens ab Hierusalem
in Hiericho, & incidentis in latrones,
qui fingitur vulneratus, & spoliatus
in via relictus: quem semimortuum
neque Leuita pertransiens, neque Sa-
cerdos, sed tantum Samaritanus qui-
dam illac iter faciens commiseratus est,
& sanandum in se recepit. Vbi lex Le-
uitae Moyfi, & sacrificium Sacerdotis
Aaron infirma ostenduntur ad homi-
nem iustificandum, & sanandum, quem
solus Iesus, in Samaritano representa-
tus, sanum & iustum efficere potuit.

Porro vera Allegoria, & cuius no-
men cum definitione congruit, est apud
Rhetores, figura aliud dicens, &
aliud intelligens simile. Cuius species
sunt, ἀπολογία, de qua supra dictum est;
& παραβολή, de qua infra dicetur, &
αἶνος & μῦθος. Est autem μῦθος, siue fa-
bula, oratio falsa, representans verita-
tem. Et distinguitur ab αἶνος, quod fa-
bula ad pueros, αἶνος ad viros diriga-
tur; quae non solum habet persuasio-
nem, sed exhortationem, siue παραινέσις.
Est autem αἶνος, dictum, non quale-
cunque, sed laude dignum, atque ad-
miratione: quod propter obscuritatem
solis sapientibus notum esset. Vnde
enigma, quod idem videtur esse cum
αἶνος, a verbo ἀνίστημι. Porro enigma,
est oratio obscura, rem notam, quam
significat, ambagibus tegens: qui etiam
gryphus dictus est. Differt quintò à
Prouerbio, siue adagio, quod Graecè
dicitur παροιμία ἀπὸ τοῦ μῦθου: quae vox
non tantum viam significat, vt si quis
tritum, & vulgare, sed etiam verbum
significat: vt sit parœmia παραβολή,
id est, praeter, vel iuxta primum ver-
bum, & ab eius sensu, veluti alterum
verbum, & sensus alter. Sicut prouer-
bium, non quasi porro verbum dicitur,
vt quidam docent, sed quod ip-
sum primum verbum pro alio ver-
bo, id est, sensu ponitur. Adagium
quasi circumagium, quod circum aga-
tur, teste Varro, passimque per ora
hominum obambulet, siue potius

quod è sua prima & propria signifi-
catione agatur ad aliud indicandum.
Definitur autem Prouerbiū, breue
quoddam, & celebre dictum, scita
quapiam nouitate in signe: vt sunt il-
la Augusti Caesaris proueria: Sat. ci-
to, si fat bene: & Bellum esse, annulo
aureo piscari: & Festina lente, & simi-
lia. Quanquam illa definitio prouer-
bij non satis apta esse videtur, nam
quadrat cuius scientiae propter cele-
britatem. Deinde parœmia definit ef-
se quod est, cum exuerit tempore no-
uitatem. Et quomodo, quæso, nouum
erit, quod tritum esse & peruulga-
tum oportet.

Verius ergo sic definitur: Prouer-
bium, est oratio vulgata, allegorica, si-
ue maui Latinè dicere, alludens, aut
innuens. Quoniam verò prouerbiū,
breue est, & proinde obscurum (sicut
& parabole, quas propterea Dominus
Apostolis, etsi longiores, explicabat,
quod obscurae essent) & plerumque ali-
quam similitudinem continet: idcirco
prouerbij ratio parabolae valde est
coniuncta: Imò omne prouerbiū
tacitam quandam includit similitudi-
nem; vt proinde omne prouerbiū
sit parabola, non contra, omnis para-
bola prouerbiū: & vnum pro altero
interdum ponitur. Vnde promiscuè
dicitur, Liber Prouerborum Salomo-
nis, & Liber Parabolarum: & promi-
scuè dicitur: Ponam te in parabolâ, &
ponam in prouerbiū; vt apud Hiero-
niam vidimus. Et cum Dominus ait:
Vtiq; dicitis mihi hanc parabolam: (sic
enim Graecè legitur, vbi nos similitu-
dinè habemus) Medice, cura te ipsum:
vbi parabola aperte pro prouerbio po-
nitur, vt doctè annotauit Theophyl-
scus. Quemadmodum apud Ezechielè,
vbi nos habemus: Quid est quod inter
vos parabolam vertitis in prouerbiū
istud in terra Israel, dicentes: Patres co-
mederunt vram acerbam, & dentes filio-
rum obstupescunt; iuxta Hebraeum di-
citur: Quid est quod inter vos parabolice
loquimini parabolas istas: vbi profe-
ctò parabola pro prouerbio sumitur:
nam potius formam prouerbij habet,
quam parabolae illud, Patres comedè-
runt vram acerbam, & dentes filiorum

15
Verior alte-
ra Prouerbij
definitio, af-
signatur.

Prouerbio
quàm affinis
parabola, at-
que coniu-
cta.

Hier. 24.
Luc. 24.

Theophyl.
in Lucam.
Ezech. 18.

Illud Eze-
chielis, Pa-
tres comede-
runt vram a-
cerbam, & den-
tes filiorum
obstupescet,
quid signifi-
cet.

Luc. 10.

Parabola Sa-
maritanæ al-
legoria, quâ
elegante co-
tinetur.

14
Vera Allego-
ria quid, &
quotuplex.

Mῦθος siue
fabula quid.

Αἶνος Gre-
cè quid.

A Enigma
vnde, & quid
sit.

Inter parabo-
lam, & prou-
erbiū, a si-
gnatur dif-
ferentia.

Prouerbiū
vnde suum
nomen acci-
piat.

Adagiū, cur
ita dictum.

Prouerbiū
quid.

Hieron. in
Ezech. lib.
6. initio.

Prouer. 10.

15
Vbi Prouer-
bium pro pa-
rabola posi-
tum fuerit.
Ioan. 16.

Ibidem.

Ibidem.

Theophyl.
in Ioannæ.

Suprà. 10.
Polydorus
Virgil.

obstupescunt; idem est ac si dixisset:
vt verit Chaldaeus Paraphrastes: Pa-
tres peccauerunt, & filij vapulant. Siue
potius dici potest prouerbiū para-
bolice, quia similitudinem quandam
in se complectitur. Et idcirco doctissi-
mè Hieronymus illum locum transtu-
lit: Quid est quod inter vos parabolam
vertitis in prouerbiū: quia si ex si-
militudine aliqua prouerbiū consti-
tuissent, quod Deus peccantibus pa-
rentibus, non parentes, sed filios pu-
niret: quod tamen falsum est. Nam
scribitur in Prouerborum libro: Si-
cut acetum dentes, & fumus oculus;
sic piger his, qui miserunt eum in via.
Ex quo perspicuum est non aliorum
dolerè dentes, & obstupescere, sed
eorum tantum, qui vram acerbam co-
mederunt.

Sicut ergo parabola ponitur pro
prouerbio, ita interdum prouerbiū pro
parabola vsurpatur. Vnde apud Ioan-
nem Dominus dixit: Hec in prouer-
bijs locutus sum vobis: venit hora, cum
iam non in prouerbijs loquar vobis,
sed palam de Patre annuntiabo vobis.
Et infra dicunt Apostoli; Ecce nunc
palam loqueris, & prouerbiū nullum
dicit. vbi prouerbia vocat Dominus,
obscurè dicta, vt illud; Modicum, &
iam non videbitis me: & iterum modi-
cum, & videbitis me: quia vadò ad Pa-
trem: ac rursus: Mulier cum parit, tristi-
tiam, & reliq. in quibus locis prouer-
bia videtur vsurpasse pro parabolis.
Et Theophylactus in illa verba: Hec
in prouerbijs locutus sum vobis, Parœ-
mia, inquit, est sermo oblique, & occulte,
ac per parabolam totum argumentū
ostendens, vt sermo de muliere pariète,
parabolam esse declarat. Et alibi: Hoc
prouerbiū dixit eis Iesus, pro, hanc pa-
rabolam, nempe: Amen, amen dico vobis,
qui non intrat per ostiū in ouile ouium,
sed ascendit aliunde, &c. Est autè la-
tissimus prouerborū campus in di-
uinis literis, quæ Nouū & Vetus Te-
stamentum complectuntur, ita vt Poly-
dorus Virgilius librum integrum se-
ptingentas, & eo amplius prouerbia-
les sententias ex canonicis scripturis
desumptas contexerit, earumque vsum
explicauerit ac declarauerit. Porro

sententia, quæ Graecè Γνώμη vocatur,
dictum est verum, & ab omnibus re-
ceptum, atq; probatum: quæ inter-
dum prouerbiū esse potest: quem-
admodum & apophthegma, quod sig-
nificat breue, scitè, ac argutè respon-
sum, vt scomma, false, & acutè in alios
dictum.

Differt postremò à metaphora,
quæ tantum in verbis consistit, ob
similitudinem aliquam vniū pro al-
tero verbum non sine quadam gra-
tia & venustate vsurpando. In meta-
phora verba transferuntur, vt id, The-
saurizas tibi iram. Thesaurizate the-
sauros in caelo, vbi & in bonū & in ma-
lū metaphora thesaurizandi vsurpatur.
Ita etiam metaphoricè dicitur, Nolite
proijcere margaritas vestras ante por-
cos: & in parabola verba non transfe-
ruatur, sed propriè sunt accipièda, &
per illa propriè accepta alia repræsen-
tada, vt, Simile est regnum caelorum the-
sauro abscondito in agro, aut homini ne-
gociatori, querenti bonas margaritas.
Parabola verò in rebus ipsis sita est.
Et in metaphora vnica tantum est lo-
cutio, quia nō est aliqua comparatio:
in parabola verò semper duplex est
sensus, & sensibilis, & intelligibilis,
ad quem sensibilis manu ducit. Ora-
tores, & Poetae metaphoricè vtuntur,
ad res ipsas sua natura viles & contē-
ptibiles exornandas & illustrandas;
Scriptura verò, quia de altissimis dis-
serit, ad res ipsas aliqua similitudine
explicandas, quæ nobis in se ipsis re-
conditæ sunt, & implicitæ. Gratia igitur
immensa Deo habendæ sunt, qui
vt se ipsum humanitate indutum à no-
bis spectari decreuit, ita Scripturas sa-
cras, & parabolis, & metaphoricis, quasi
pulchris quibusdam coloribus depic-
tas, & quasi luminibus quibusdam
nobis cognitissimas illustratas illas con-
scribi, & exhiberi nobis voluit, vt di-
uina Sacramenta intelligentes, progres-
sus magnos faciamus ad penitus in-
spiciendum ipsum Dominum Iesum
Christum, cui cum Patre, & Spiritu
sancto sempiternus honor, gloria, &
imperium reddatur ab omni creatu-
ra, in secula seculorum. Amen.

Γνώμη Græ-
cè quid, &
Apophthe-
gma signifi-
cet.

Scomma
quid.

16
Parabola à
Metaphora
in quo dis-
crepet.
Rom. 2.
Matth. 6.

Infra. 7.

Infra. 13.
Ibidem.

Metaphoræ
aliter ab Ora-
toribus, &
poëtis, aliter
in Scripturis
vsurpantur.

TRACTATUS II.

In quo agitur, quibus de causis Dominus noster Iesus Christus parabolis frequenter uti voluerit.

Ob rem Dominus Iesus in disseminanda doctrina Evangelica consulto fabulas & apologos non usurpauerit, praecedenti tractatu a nobis expositum est. Quod etiam parabola non debeant fabulae nuncupari, ut quidam sine ratione fecerunt, abunde ibidem demonstratum fuit. Iam hoc loco sermo tractandum est, magno diuinae sapientiae consilio factum, ut Evangelica philosophia non nisi sub parabolis & similitudinibus, quasi pulchris quibusdam, atque honestissimis, oculisque nostris delectantibus indumentis ornata traderetur. Et in primis ab extrinsecis causis aspiciamus, deinde penitiores, & magis intrinsecas rationes, & ab ipso Christo Domino in Euangelio adductas explicabimus.

Quod igitur Dominus frequenter parabolas usurpauerit, in primis factum est, quia illarum usus apud sapientissimos viros frequentissimus fuit: unde Xenophonus, & Plato parabolis abundant: Pythagorae Symbola circumferuntur, qualia sunt: Ambulandum per diuerticulum: Ignem gladio ne fodias: Hirundinem domi non permittas: A faba abstine, & pleraque alia, quibus ille singularia ad virtutem monita, atque incitamenta tradebat. Extant & Hieroglyphica sacerdotum Egyptiorum, & quae originem acceperunt a Mercurio Trismegisto, in quibus non tantum disciplina bonorum morum, & diuini cultus, sed etiam quae ad alias disciplinas, & communem hominum conuictum faciunt, Symbolis expli-

cantur. De quibus breuiter, & succincte scripsit antiquus auctor Horus, sed late, & fuscè nostro seculo Plerius Valerianus: quorum ut gustum aliquem tibi exhibeam, prudens Lector audi. Annum designabant sculptor serpente in circulum deflexo, cuius cauda in os ingrediebatur: nam ut serpens in se ipsum flectitur, ita annus in se ipsum conuertitur. Deum demorare volentes, sculpebant oculum circumiuncto baculo, ut Cyrillus in Iulianum docet, quod Dei sit cuncta perspicere ut oculus, & cuncta virtute sua sustinere, ut baculus, siue cunctos pro suis malefactis punire. Regem significat per apem sculptam, quae mel dulcem habet, & aculeum: quod regis munus sit clementiam, ut mel habere, & iustitiae aculeo quemque pro delictis suis debitis supplicijs plectere. In Scripturis etiam inuenimus insignis sapientiae viros illis frequenter usos fuisse: ut constat de Iob, Nathanae propheta, Esaias, Jeremia, Ezechiele, & ceteris prophetis: sed inter alios Salomon in illis inueniendis, & dissoluendis praestantissimus artifex extitit. Dicitur enim in III. Regum volumine: Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia. Iosephus etiam contra Apionem Grammaticum tradit, Hiram Regem Tyriorum, Davidis, & Salomonis amicū, problemata multa, & parabolas inter se inuicem dissoluedas proposuisse: sed in earum dissolutione praecelluisse Salomonem. Mos enim olim erat, ut eiusmodi enigmata & parabola in commune proponerentur, sub certo praemio reddendo ei, qui melius nodum dissoluisset. Quod constat factum fuisse in nuptijs Sampsonis, ubi proposuit problema: De comedente exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Moris igitur omnium sapientum erat, problematis, & parabolis uti. Siquidem ab artibus, & disciplinis, quas quisque consuetudine, & exercitatione bene notas, & comprehensas habet, comparationes & similitudines producere solet, quibus animi sui cogitationes, & sensa commodius & apertius expri-

Horus Scriptor vetus.

Picrius Valerianus non uis auctor. Eiusmodi hieroglyphica quae narrant illa.

Cyril. libr. 2. aduersus Iulianum, non procul ab initio, tom. 2.

Regis munus quod.

Sacri & diuini scriptores qui fuerint parabolis si Iob. 27.

2. Reg. 12. Esa. 4.

Ezech. 17.

3. Reg. 4.

Numerus parabolarum Salomonis quis & Carminum eiusdem.

Iose. lib. 1. contra Apionem Grammaticum, inter initium & medium.

Parabolarum apud Iudeos & enigmatum olim frequentissimus usus.

Iudic. 14.

Hieronymus tom. 6.

mere valeat. Hinc Hieronymus in cap. 1. Amos eleganter ait: Naturale est, ut omnes artifices suae artis loquantur exemplis, & unusquisque in quo studio finit etate, illius similitudinem proferat: verbi gratia, qui naua est & gubernator, tristitiam suam comparat tempestati: damnum, naufragium vocat; inimicos suos, ventos contrarios appellat. Rursum prosperitatem, & Letitiam, auram placidissimam, & secundos nominat ventos; tranquilla maria, & equora, campi similia. E regione miles quicquid dixerit, scutum, gladium, lorica, galeam, lanceam, arcum, sagittam, mortem, vulnus, & victoriam sonat: In ore philosophorum semper Socrates, & Plato, Xenophon, & Theophrastus, Zeno & Aristoteles, Stoici versantur, & Peripatetici. Oratores Lysiam & Hyperidem, Periclem, & Demosthenem, Gracchos, Catones, Tullios, & Hortensios, in caelum laudibus ferunt. Poetae, & Epici sunt, Homerum atque Virgilium: si Lyrici, Pindarum, & Flaccum crebro sermone coelebrant. Hoc Hieronymus sane pereleganter. Non igitur mirum est, si diuina sapientia, quae olim per Prophetas in parabolis luserat, carnis vestimento induta, mysteria regni caelorum sub inuolucris prouerbiorum tradere voluerit.

3 Secunda ratio. Psalm. 77. Matth. 13. Tertul. lib. 4. aduersus Marcio. in ter med. & initium.

Matt. 13.

B. Hieron. tom. 8.

Deinde nihil noui Dominus attulit, hoc docedi genere usurpato: quia iam olim per Prophetam praedictum fuerat, Dominum Iesum parabolis usurum. Unde Tertullianus libro aduersus Marcionem, Nec forma, inquit, sermonis in Christo noua, cum similitudines obijcit, cum quaestiones refutat: de septuagesimo septimo venit Psalmo: Aperiam, inquit, in parabola os meum, id est, similitudinem: eloquar problemata, id est, edisseram quaestiones. Haec ille ex Propheta, ubi nos legimus: Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio, siue, ut Mattheus vertit, Eructabo abscondita a constitutione mundi. Ad haec Psal. 48. Inclinabo in parabolam aurem meam; aperiam in psalterio propositionem meam; siue, ut LXX. habet, problema: ex Hebraeo uero vertit Hieronymus, & alij, enigma, id est, quaestionem obscuram, & multis ad-

soluendum difficilem. Tertio, delectatus est Dominus parabolis, quod ad bonos attinet, ob earum fructus, & utilitates. Inter quas primum locum habet, quod sit aptissimus, & accommodatus modus docendi simplicem populum, qui Scripturarum sacrarum testimonia, & ratiocinationum pondera & syllogismos non ita capere solet, quemadmodum similitudines, & parabolas, quae ex manifestis & sensibilibus ratiocinantur, & re ueluti praesentem oculis subiiciunt, ut potius spectari, quam audiri videatur. Est quoque modus nobis proprius ac congenitus: nam necesse est intelligentem phantasma ta speculari, id est, rerum species, & similitudines: & familiare nobis est, a sensibilibus ad intelligibilia cum delectatione assurgere, a carnalibus ad spiritualia, a terrenis ad caelestia, & ab humanis ad diuina. Hinc Hieronymus in Mattheum scribit: Familiare est Syris, & maxime Palaestinis, ad omnem sermonem suum parabolas iungere; ut quod per simplex praecipuum tenentur ab auditoribus non potest, per similitudinem, ex eplaque teneatur. Haec ille. Quod si forte obijcias; quomodo parabola erudiat, doceatque, cum Dominus per eam tegeat, & velare, & potius claudere mysteria regni Dei videatur, quam aperire? Respondeo, haec minime repugnare: integra enim parabola rem tegit, & claudit; fracta autem, & explicata rem aperit. Quemadmodum icon, siue imago depicta, si detecta sit, & nullo ueloculo inuoluta, docet, & declarat; tecta uero neutrum officium praestat: ita Dominus parabolis integris, & non expositis loquebatur ad populos, Apostolis uero seorsum, quasi ueloculo ablato, omnia diserebat & explicabat: qua explicatione adhibita, maxime erudiebatur de regno Dei, & mysteria eius patefiebant. Ita Aristoteles Alexandrum Magnum (ut fertur) dolentem de editione librorum suorum de physico auditu se inconsulto, cum consolatus est, libros eiusmodi, dicendo, editos esse, & non esse: propterea quod obscuri, & tecti scripti essent.

Alter fructus est, quod doctrina parabolis tradita, multis modis affe-

Tertia ratio.

Parabola quam variis usum praestet auditoribus.

Arist. libr. 3. de anima text. 39.

Hieron. in Matt. cap. 18. paullo a medio, tom. 9.

Syri, maxime Palaestini ad omnem sermonem suum parabolas cur iungerent, teste Hieronymo.

Quomodo parabola doceat, cum ea ad legenda mysteria regni Dei Dominus uteretur simile.

Marc. 4.

Aristoteles de physico auditu de suis libris iudicium.

4 II. fructus parabolarum.

Erasmus Rotterdamus.

Cur Dominus Iesus parabolis frequenter uti voluerit. Prima ratio.

Symbola Pythagorae quod tenderent.

AEgyptiorum hieroglyphica sacerdotum a quo primum inuenta, & quem ad finem.

Cur parabola maiorem quam metaphoram vim habeat obstandi.

Elegans Demosthenis apologus.

Matth. 21.

2. Reg. 12.

Tertius fructus

Stus nostros concutit, voluntatemq; nostram ad quodcunq; velit permo- uet, propter collationem sensibilium ad spiritualia: & magis delectat quam metaphora, & figurate locutiones in oratione. Cui rei exemplo esse potest apologus ille Demosthenis ad Athenienses propositus. Cum enim Philippus rex Macedonum illorum imperio insidias tendens, nihil ab Atheniensibus extorquere posset, scripsit Philippus, ut si in cæteris voluntati suæ morem gerere recusassent, saltem in hoc ei satisfacerent, ut Demosthenem, & quosdam alios primarios ciuitatis viros, qui ei maximè reclamabant, ad se transmitterent: hanc eius technam Demosthenes, in oratione ad populum habita, eiusmodi apologo detexit. Finxit enim bellum irreconciliabile & diuturnum inter oues & lupos olim extitisse, luposq; de reconcilianda pace legationem honestissimam ad pastores misisse, nempe ea se lege firmam pacem cum illis seruaturos, si canes omnes custodiam gregis deputatos, ab ipsis abiectos ad se transmitterent. Hac ille arte elusit dolum, & fregit omnes Philippi conatus. Christus etiam Dominus, quoties volebat, ut Iudei nescientes in se ipsos sententiam dicerent, per parabolas extorquebat. Nam in parabola proposita de vinea, ignorantibus quod Dominus tenderet, ad verbum Domini: *Quum ergo venerit Dominus vinea, quid faciet agricolis illis?* responderunt: *Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddet ei fructum temporibus suis.* Et tunc Dominus subiunxit: *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Ad eum modum Nathan cum proposuisset parabola Davidi, respondit David: *Vit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc.* Tunc dixit Nathan ad David: *Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem.* Vides igitur quantam vim habeant persuadendi parabola, ut vel ab hostibus extorqueant sententiam contra se ipsos.

Tertius fructus est, quia parabola fortissimè corroborant, & confirmant

memoriam. Nam ut species intelligibiles sensibilibus speciebus affixæ tenacius hærent memoriæ, & fidelius illis commissa retinent, ut constat ex his adiuuentis, quæ memoriæ locali seruiunt, & ex illis symbolis externis, quæ in recordatione alicuius rei adhibere soliti sumus: ita parabola, & si similitudines hunc usum nobis præstant, ut propter illas memoriam rerum spiritualium fidelius custodiamus. Etenim ut puella, quæ multitudinè pretiosarum margaritarum habet, valde anxiosa est, qua ratione vniuersas illas seruare queat, eas primò perforat, & filo forti simul colligat, & appendit collo, vel brachio: & iam secunda quod nulla ex eis perire possit, quiescit: simili ratione cum viri docti, & verbi Dei ministri multa pretiosa & præclara populo proponunt, ne aliquid eorum, quæ dixerunt, à memoria auditorum excidere possit, dare operam debent, ut proposita aliqua accommodata comparatione, seu similitudine, quasi filo forti gemmas connectente, illa omnia vinciant, atq; colligant. Ob hanc causam Dominus ut populo legis Dei obliuioso succurreret, fimbrias in vestibus gestare præcipiebat, ut diuinæ legis recordarentur: quod sensibilia mirum in modum conducant ad spiritualia in memoriam reuocanda.

Quartus fructus est, ad velanda, & tegenda diuina mysteria, atq; ita canibus, & porcis occultanda. Hæc autem ratio explicata est à Domino apud Matthæum, Marcum, ac Lucam, ubi dicitur: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.* Marcus verò inquit: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, ut videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant; ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata.* Matthæus verò sic habet. Et accedentes discipuli, dixerunt ei: *Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est da-*

Stus parabolarum.

Qualis parabolarum doctrina.

Verbi Dei ministri in docendo quid obseruare debeant.

Fimbriae Indicis, in fronte q; phylacteria cur gestanda mandata Domini.

Num. 15. Deute. 22.

Quartus fructus.

Matth. 7.

Infra. 13.

Marc. 4.

Luc. 8.

Isa. 6. Ioan. 12. Act. 28. Rom. 11.

Mar. 4. Luc. 8.

7 Quid Apostoli a Domino quaesierint: an, cur in parabolis loqueretur eis, ut Matthæus; an quemadmodum Marcus & Lucas voluerunt, quis esset parabola sensus.

tum. Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis; quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Ut adimpleatur in eis prophetia Isaia dicentis: *Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.* In cras fatum enim est cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & oculos suos clausurunt, ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanentur. Vestri autem beati oculi, quia vident, & aures vestrae, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & iusti cupierunt videre quae videtis, & non viderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. Hæc Matthæus. Marcus verò, & Lucas finitis his verbis, addunt similitudinem quandam: *Nemo autem Lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.* Hæc omnia dicta sunt à Domino, ut rationem redderet Apostolis, cur in parabolis loqueretur. Quæ omnia diligenter sunt hoc loco excutienda, atque explicanda, cum hic Tractatus hoc ipsum tractandum susceperit.

Primùm igitur apud Matthæum interrogant Apostoli, cur in parabolis loqueretur? Lucas verò, & Marcus referunt interrogasse quis esset sensus parabola. Sed hæc faciliè conciliantur, si dicamus Apostolos vtrumque interrogasse, & cur in parabolis loqueretur, & quis esset intellectus huius parabola. Deinde in reddenda responsione ad primam interrogationem perpende, Dominum non totam causam reddere, ob quam loqueretur in parabola.

lis, sed tantum quatenus attinebat ad reprobos, & malignos, qui erant in turba admitti: quod & ex textu ipso comprobatur. Non enim Discipuli quaesierunt, cur in parabolis loqueretur, sed quare in parabolis loquebatur eis; turbis scilicet, quæ Domino non credebant, quas à se Discipuli separabant. Ratio etiam idem persuadet: quia constat, plures à nobis adductas esse rationes, propter quas Dominus illis uti voluerit. Et certè quod attinet ad bonos, & fideles, quales erant Discipuli, Dominus parabolas vsurpabat, ut eorum animos desiderio discendi accenderet, ac mysteria regni Dei dulcius illorum mentibus instillaret. Quod verò ad non omnino malos, siue ad electos, nondum tamen vocatos, spectabat, proderant hæc similitudines, ut non intellectæ potius venerentur, quam intellectæ fastidirentur, quàm intellectæ fastidirentur. Quod ad reprobos verò turbæ permittos attinebat, quales erant Scribæ, & Pharisei; eadem causa vsus est parabolis, quam hic Dominus explicauit: quoniam videlicet indignis mysteria regni Dei celanda erant, & abscondenda.

Aduertendum est tertio, breuissimè Lucam, & Marcum se explicando, cur scilicet in parabolis ad populum loqueretur; videlicet, *ut videntes non videant; & audientes non intelligant.* Vbi ne videatur Dominus velle mortem peccatorum, aut ob id in parabolis loqui, ut non posset intelligi: quod repugnaret sanè bonitati suæ, & Scripturæ dicenti: *Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire;* particula illa, *ut*, secundum quosdam, non est accipienda per modum finis; siue causæ; non enim ob hanc causam Dominus loquebatur in parabolis, ut ipsi non intelligerent: sed accipienda est per modum consequentionis, siue sequelæ. Ex eo enim quod Christus obscurè, & in parabolis loquebatur, consequatur, ut illi videtes non viderent; & audientes non audirent.

8 Quomodo verum sit, Christi loquens in parabolis; ut videntes non videant, &c.

Primus sensus. Ezech. 18. & 33. 1. Tim. 2.

Psal. 50.

Rom. 5.

I. Cor. II.

Alter sensus. Mar. 4.

2. Tim. 2.

B. Aug. libro Quæst. Evang. secundum Mattheum Cap. 14. initio. tom. 4. In eum sensum quid obijci possit.

Matth. 12.

Et frequens est in alijs locis huius vsus coniunctionis in hac significatione. Ita enim dicitur: *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci; ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Et Paulus: *Lex subintravit ut abundaret delictum.* Et iterum: *Oportet hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* In quibus locis Ut, non causam, sed consequentiam rerum significat.

Alij verò causam designari volunt illa coniunctione; sed cum addit Marcus, *Ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata,* particulam, *Ne quando,* pro qua Græcè est *μήποτε*, capiunt pro, Si quando, ut accipitur in posteriori ad Timotheum: *Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati; ne quando Deus det illis penitentiam, ad cognoscendam veritatem,* pro, si quando, vel, si forè. *an* enim apud Græcos non semper est negantis, vel prohibentis, sed etiam dubitantis. Ut sit sensus: *Idèò Dominus in parabolis loquutus est quibusdam, ut non intelligerent mysteria regni Dei, & non intelligentes non crederent ad tempus, si quando vel hac ratione conuerterentur, & à sua incredulitate, & pertinaci obstinatione sanarentur.* Quem sensum B. Augustinus attingit libro Quæstionum Evangeliorum secundum Mattheum, Et quamquam hic sensus verus, & commodus sit; tamen B. Mattheus clarius loquens explicavit, particulam illam alia ratione per modum causæ intelligendam; ait enim: *Idèò in parabolis loquor eis; quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.* Id est: *Quia videntes videre nolunt; & audientes nolunt audire, sed repugnant, & externo Dei verbo, & agnitæ veritati, reluctanter, & inspirationi intus suadenti, renitentur.* Videntes enim signa, & tribuentes ea Beelzebub, non videbant; & audientes doctrinam Christi, & illam ut humanam, vel diabolicam, & legi Moyfi oppositam calumniantes, non audiebant; neque intelligebant, ut à

peccato sanari possent. Vnde Clemens Alexandr. libr. Stromatum: *Propterea, inquit Dominus, loquor eis in parabolis; quòd videntes non vident, & audientes non audiunt, & non intelligunt: non quòd eis Dominus præbeat ignorantem; sic enim sentire est nefarium; sed quòd eam quæ inerat, prophetice arguerit, & ea quæ dicebantur, non esse intellectu-ros indicarit.* Sic ille.

Quartò confirmat Dominus suum dictum sententia Isaiaë dicentis: *Auditu audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis.* *Incrassatum est enim cor populi huius.* Id est, voluntas pinguedine affectuum crassa effecta est, ut non possit verum lumen cernere. Et causam subiungit: *Et (pro quia) auribus grauius audierunt, & oculos suos clausurunt (nempe veritati Euangelicæ: vnde colligimus, crassitudinem eam cordis, & grauitatem aurium non esse naturæ, sed voluntatis, & arbitrij culpam, ut monet Hieronymus) Ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant & conuertantur, & sanem eos.* Id est, sic se gerunt, ac si hoc ipsum velint, quia planè sequitur, licet nolint. Nam sic soliti sumus de præcipitante corrente dicere, nempe velle eum impingere, vel cadere; id est, facere ea, vnde sequatur impactio, siue casus, quem ipse voluntate antecedente minimè vult. Sic etiam de infirmo ad mortem laborante, & præscriptis à Medico cibis non vtente, sed sanitati suæ contrarijs, verè dicimus: *Hic non vult sanari: hic mortem sibi ipsi, consciscere tentat.* Et ita, ut, causam reddat, & locus ex Isaia citatus ad hoc. *Propterea enim Dominus in parabolis loquebatur, ut impleretur Scriptura Prophetica de eorum excæcatione prænuuciata.*

Quòd si quis dicat, rationem allatam à Matthæo, repugnare cum re: tunc allata ab alijs duobus: aliud est enim, *Videntes non videant, & aliud, quia videntes non videt; dicendū est, verisimile esse, Dominū vtrūq; dixisse,*

Clem. Alex. lib. I. Strom. initio tom. II.

IO

Isa. 6. Quid sit illud Isaia: Incrassatum est cor populi huius.

Crassities cordis Iudæorū qualis, teste Hieronymo.

Hieron. in Matthæi 13. caput. tom. 9.

Exemplo illustratur hic locus.

II

Matthæi cū Marco, Luca quæ ijs in verbis, ut videntes non videant, conciliatio.

se, quo intelligeremus, partim ipsorum demerito, partim iustæ Diuinæ voluntati tribuendum, quod reprobis isti auditores à Christo minimè illuminarentur: idèò Mattheus vtramque rationem est complexus (si tamen illè diuersè fuerunt) illa sententia: *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.* Quia enim dixerat: *Vobis datum est nosse mysterium, regni cælorum, illis autem non est datum: quod à Diuinæ gratiæ dono pendere significaret mysteriorum regni Dei cognitionem, ne intelligeres donum libero arbitrio, id circò apte subiunxit illam sententiam, qua ostendit Diuinæ voluntatis dispositionem congruam ex parte ipsorum hominum, & quodammodò eos, qui mysteriorum intelligentia donantur, eam promereri: eos verò, qui ea non donantur, eam demeruisse.* Nam *habenti, & recto habitorum donorum vsu promerenti dabitur ut abundet: non habenti autem, nec habitis recte videnti, auferetur quod videtur habere.* Et idèò illis in parabolis sit Domini sermo: atque in hunc sensum vtitur Dominus hac prouerbiali sententia ex vulgo desumpta, & hoc loco, & Matth. 25. & Luc. 19.

12 B. Hieron. libr. 3. in Isaiam. tom. 5.

Diuinus sermo quid proprio sibi vè dicet.

Est autem testimonium Isaiaë citatum iuxta Septuaginta Interpretum versionem, sicut & Actuum vltim. & ex parte Ioannis. 12. & Romanorū. 11. nam iuxta Hebræam lectionem aliter habet, sic enim vertit Hieronymus: *Auditu audite, & nolite intelligere: & videte visu, & nolite cognoscere.* *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudet; ne forte videat oculis suis, & auribus audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanetur.* Quæ verba ob id mutata fuerunt à Septuaginta Interpretibus, ut quidam sentiunt, ne videretur Deus auctor esse malorum: cum tamen Diuini sermonis sit proprietas, ut mali alicuius iussio, vel im-

precatio nihil aliud sit quàm præmonitio mali à Deo irato permittendi. Sic enim dictum est Iudæis: *Soluite templum hoc: & Iudæ: Quod facis, fac citius.*

Quintò, subdit Dominus: *Vestri autem beati oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt.* Id est, quia videre, & audire desiderant, & ad videndum, & audiendum se præparant, & accommodant: quia tales apti estis, qui veritate Euangelica perfruamini. Felicius enim est mète, & corpore percipere Messiam, & mysteria regni Dei; quia plus illis permouemur, quàm sola mente, ut antiqui Prophetæ, & iusti, qui cupiebant veras Messie audire, & redde re voces. *Abraham, inquit Dominus, exultauit ut videret diem meum: & vidit, & gauisus est.* Beatius etiam fuit corpore & mente simul accipere mysteria Messie, quàm solis oculis, & auribus externis sine animo & mente percipere, ut increduli faciebant Iudæi. Idcirco Dominus discipulos suos non tantum cum reprobis comparat Iudæis, sed etiam cum Prophetis, cū Regibus, & iustis, & omnibus illis eos anteponebat: ut ita à Domino commendati, progressus maiores facerent in agnoscendis regni Dei mysterijs, quæ illi sua die erant pro illustranda Dei gloria, & multorum salute, per totum orbem disseminaturi.

Quod verò Dominus comminatur: *Ut videntes non videant,* intellige, vel semper, si ad cor non redeat: vel ad tempus, ut postea humiliati videre, & intelligere possint. Atque ita loqui parabolicè causa est, ut illi non videant: & nolle audire, causa est ut Christus vtatur parabolis tegetibus veritatem. Atque hic est apertus, & præclarus sensus horum verborum, quæ primo aspectu difficilia apparent: atque illis mirificè congruunt verba Domini apud Ioannem, cū de Pharisæis dixit Cæco nato: *In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.*

Iam meritò obijcies, Cur Dominus Iesus, sapientissimus magister, ita præ-

Ioan. 2. Infra. 13.

13 Quo beatiores fuerint Apostoli li Prophetis testimonio Christi.

Supra. 8.

Cur id Dominus testari voluerit.

Ea comminatio, ut videntes non videant, quatenus accipienda sit.

Ioan. 9.

14

Quare Dominus Iesus ita docuerit, atq; prædicauerit, uti ab auditoribus ne intelligeretur.

Mar. 4.

Mat. 5.6.7

Iudæi qui se insanabiles suo vitio red diderunt.

Matth. 7.

Mar. 4.

Christus Dominus Apollolos, & turbas non sine parabolis alloquens quædam modum egisse videatur.

dicauerit, ut intelligi ab auditoribus, & capi non vellet? cum is sit finis dicendi, ut quæ docemus, maximè cupiamus ab auditoribus intelligi. Dicendum est, expedientissimum fuisse, imò necessarium, Dominum in parabolis loqui, quia sic tantum poterant audire eum turbæ. Dicitur enim apud Marcum: *Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire. Sine parabola autem non loquebatur eis. Scorsum autem discipulis suis dicebat omnia.* Dominus enim ab initio manifeste cepit prædicare eis de regno Dei, ut testatur sermo Domini in Monte, doctrinæq; suam miraculis cepit confirmare neque turba simplex libenter Dominum audiens merebatur excitationem. Sed quia inter auditores quidam ex Iudæis præ invidia omnia calumniabantur, & ut anam haberent accusandi eum, obseruabant eius sermones, & opera; hinc factum est, ut Dominus videns eos insanabiles, indignosq; factos, qui apertè doctrinam Christi intelligerent, cepit parabolis veritatem Euangelicam velare. Non enim tulissent eum tam magnifica de se, suoq; verbo prædicantem, quia humanitate, & humilitate sua offendebantur: neq; Deum, neq; magnum illum nuncium proditurum ex tanta humilitate putabant: obstabantq; non tantum Iesu verbis, sed etiam Diuine inspirationi. Iesus ergo, ne sanctum daret canibus, aut margaritas proijceret ante porcos; & qui dictum esse volebat quod dicendum erat; & non volens offendere, quos sanare cupiebat; mysteria regni Dei parabolis prudentissimè texit: ut, & quæ dixit, non essent illis dicta, sed abscondita & celata; & tamen bonis essent apte, & sua uiter dicta, quia omnia aperiebat illis seorsum. Nam mysteria regni Dei simpliciter menti humanæ recõdita sunt, & incomprehensa, quanto magis, si te gantur parabolis? Ideò opus fuit, ut Christus parabolis aperiret Apostolis, & per illos alijs, qui cum fide, & humilitate ad amplectendum Messiam veniebant. Fecitq; Dominus cum Apostolis, & Iudæis eum calumnian-

tibus, quod pater familias cum filijs & canibus facere solet: nam carnes ossibus hærentes, & medullam filijs donat, canibus verò nuda proijcit ossa. Quod verò Matthæus, & Marcus addunt: *Et sine parabolis non loquebatur eis:* exponit Augustinus, quod in omni sermone ad turbas, immiscebat parabolis; aut, ut Chrysostomus enarrat, significare voluisse, Dominum tunc sine parabolis nihil locutum, quam alijs temporibus plerumq; sine parabolis doceret turbas. Quare quod infra dixit Matthæus, locutum esse Dominum in parabolis multa, non accipias idèd dici multa, quia non omnia, sed quia omnia multa erant. Ait autem Marcus: *vobis datum est nosse mysterium regni Dei.* Vobis nimirum credentibus, qui venistis domum, & cupidi estis interrogandi, sciendiq; & deniq; omnibus non abutentibus ex malitia eo quod habent. *Illis autem, qui foris sunt,* id est, extradomum fidei, qui veritatem non amant, nec ad eam capiendam se disponunt, *in parabolis omnia fiunt.* Et proinde Christus dixit, quantum opus fuit, & quantum poterant illi audire: & non dixit, quatenus illis non detegebat, neq; explicabat parabolis. Atque hæc eadem est causa, cur Prophetæ tot inuolucris verborum, tot parabolis, & similitudinibus prophetias inuoluerint suas: ut planè non filo Theſci in tanta Labyrintho, sed spiritu Dei duce opus sit ad illas Scripturas enucleandas atq; explicandas. Nam si apertè de Regibus, & populis sui seculi prophetassent, & de aduentu Messie, periculo mortis manifestè se exposuissent; & Reges, ac populus libros eorum, vel discerpere, vel comburere tentassent. Ideò Prophetæ illi sanctissimi, atq; sapientissimi testè, & sub metaphoris & figuris locuti sunt; ut & dicerent quæ dicenda erant de Messia, & populo illo, quæ tantum à bonis intelligebantur: & illis, qui carnales, & indigni erant, dicta non essent. Tertio explicandum est verbum illud Mathæi primo loco dictum, *Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum.*

Ibidem. Matt. 13. August. Chryf. in Matthæum hom. 46. tom. 2.

Quibus datum est nosse mysterium regni Dei.

Quibus verò in parabolis omnia fiunt.

Cur Prophetæ in suis ad populum uaticinijs atq; sermonibus obliuiscerent.

Apostolis nosse mysteria regni cœlorum cur datum, ceteris verò non item.

Illud: Qui habet, dabitur ei, & abundabit, quid significet.

Eucherius Lugdunen. libr. quest. Noui Test. In Marcu, initio. Theophyl. in Marcu, initio.

Hilar. Can. 13. in Matthæum, initio.

Aug. lib. 1. De Doct. Christiana, cap. 1. tom. 3. initio. Per habet, vel non habent, quid secundum Augustinum.

Quæ sint mysteria regni cœlorum, in explicatione primæ parabolæ patefiet. Quod hæc nosse datum sit Apostolis, ex Diuino amore potissimum est; deinde etiam ex eorum assensu, & dispositione, quod diuinis non reluctarentur, sed sitibundis animis cœlestia mysteria exciperent. Quod verò alijs non sit datum, ex eorum incredulitate, ac indispositis mentibus profectum est, qui donanti Deo inspirationem obstitébant, & dona Dei spuebant, & respuebant. Propterea sequitur: *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit.* Vult dicere: *Qui bene utitur Dei talentis, dignus est ut plura ei conferantur: qui autem habitis, malè utitur, dignus est ut illis spoliatur.* Quicumq; ergo ex malitia abutitur dono quod habet, vel naturæ, vel gratiæ, dignus est ut & ipso dono gratiæ spoliatur, & natura ipsa priuetur: quatenus ab eo tollitur, non quidem natura ipsa, vel ratio, sed ne natura bene uti possit, cum velit, qui noluit, cum potuit. Eucherius Lugdunensis in hæc verba aptè scribit: *Verbi gratia, inquit, ut si fidem habens, charitatem non habeat, etiam ipsa fide careat, quæ fortè habere videbatur.* Theophylactus in Marcum: *illi enim dabitur, qui alacer est, & diligens: ab eo autem qui segnus fuerit, ac ignauus, tolletur etiam quod videtur habere.* Propter ignauiam enim extinguitur etiam parua scintilla quam habet, sicut per alacritatem reacenditur. Hilarus in Matthæum: *Regni mysteria fides percipit. Hæc in quibus fuerit, proficiet, & incrementis profectus sui abundabit: in quibus verò non fuerit, etiam quod habent, auferretur ab eis.* Damnum scilicet legis ex fidei inopia declarat: *quam fidem Iudæi non habentes, legem quoq; quam habuerant, perdidit.* Hæc illi Patres. August. Lib. De Doct. Christiana, habentem intelligit eum; qui cum benignitate utitur eo quod accepit: unde eum qui non habet, rectè intelligimus, non eum, qui nihil accepit (omnes enim dona eius accepimus) sed qui quod accepit, non expendit in iustum usum, sed per ignauiam perire sinit. Habes ergo, hoc loco dicitur is, qui habet desiderium, & cona-

tum ad spiritualia, vel fidem, & deuotionem ad Christum: qui dignus est ut ei mysteria regni Dei reuelentur. Non habere autè dicitur, qui prædictis caret: à quo auferetur, quod videtur habere, quia vlla alia non dabitur alijs danda cognitio, Deo occurrète, quia non ediderit fructum in doctrina à Christo audita. Ita habentem brachia, aut crura paralytica, dicere cõsueuimus eum brachijs, & cruribus destitutum, eo quod illorum membrorum rectum usum non habeat. Dixit autè Dominus obscura, & non intellecta; ut Iudæi tunc, & postea Discipuli quærent; & sic futuri omnes erudirentur.

Quintò inspicieda est similitudo, quam Marcus & Lucas parabolæ seminantis iam interpretatæ adiecerunt. Ait quippe Marcus: *Nunquid venit Lucerna ut sub modio ponatur, aut sub lecto? non ne ut super candelabrum ponatur? Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, quod non veniat in palam. Si quis autem habet aures audiendi, audiat.* Hæc similitudo exposita est apud Matthæum de Apostolis, & ijs, qui locum eorum sustinent. Hic tamen videtur eò spectare; ut intelligant Apostoli, se illis non propterea parabolam priorem exposuisse, ut perpetuò illa celent, sed ut tuo tempore alijs aperiant. Quasi dicat; Fax est per me in vobis accensa, ut vestro ministerio discutiatur tenebras totius mundi. Nunc quidem multa celamus multitudinè, quoniam nondum est capax: & si esset, nondum venit tempus; quod ubi aduenerit, nihil est inter vos tam arcanum, & absconsum, quod non sit patefaciendum, & palam prædicandum. Nihil etiam est in Prophetis tam absconditum de me, quod non sit à vobis manifestandum, ac detegendum ad mundi utilitatè. Super candelabrum habituri estis Lucernam doctrinæ accensam, & suo tempore parabolis declaraturi; aut id ipsum, quod parabolis continetur. Sic ergo quod erat dicendum, cum id ferre nodum possent, ita dixit, ut cum declararetur, dictum fuisse sciret; ante declarationem verò pro non dicto haberetur.

17 Mar. 4. Luc. 8.

Quorsum hæc similitudo fuerit producta: Num quid venit Lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto? & reliq. Matth. 5. Lib. 5.

Nam potuisset aliquis aliquando obijcere: Non hoc vel illud dixit Iesus: quibus Apostoli aliqua parabola exposita satisfacere potuissent. Et ut illos excitet, subdit: *Si quis habet aures audiendi, audiat.* Quali dicat: Nemo si nat hæc verba sibi excidere, sed & det operam ut intelligat. Quod si nõ potest intelligere, veniat ad me, & ego illi explicabo. Et ne veritas intellecta, & in iniustitia malæ vitæ detenta illi noceat, det operam ut illa opere præstet: *Quia intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Præterea ne talenti absconditi crimen incurrat, caueat ne qui habet verbi Dei notitiam, metu aliquo mudi, aut carnis, ab illiº prædicatione cesset. Per vasis enim, & lecti nomina, carnem: per lucernam verò accensam, typicè verbum Dei intellige. Ac subdit Marcus: *Videte quid audiatis.* Id est, Curate ne frustra audieritis, nimirum ut non sitis tantum auditores verbi, sed etiam factores: nec tantum factores, sed etiam apud alios prædicatores. Non enim auditis humanas fabulas, sed cœlestem doctrinam per vniuersum orbem vestra opera diffundendam. Subiungitq;: *In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, & adjicietur vobis.* significat: Si vos, quæ auditis, absconderitis: & vobis alia alij abscondent, & ego tã auaris non multa tribuam. Nolite ergo esse parci, aut ignaui dispensatores doctrinæ, quam vobis impertio: largiter effundite, quandoquidem vestra liberalitas non diminuet, sed augebit quod habetis. Pecuniæ autem thesaurus exhauritur liberalitate: hic thesaurus cœlestis, quo benignius imperietur, hoc magis cumulabitur. Neque ut pauperior est qui largitur opes suas egentibus, ita indoctior est qui doctrinam Euangelicam quàm plurimis communicat. Vnde merito subiungit: *Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, aufertur ab eo.* Quod superius expositum est. Nam habetur apud Matthæum. 13. Capite. & in parabola de talentis, & apud Lucam: *Omni, inquit, cui multum datum est, multum quaeretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus*

petent ab eo. Et hætenus de quarto fructu dictum est.

Quintus verò fructus, quem Dominus ex parabolis elicit, est, & humilitatis, & diligentia. Cum enim parabolæ obscuræ sint, difficultatesque non paucas contineant, coguntur auditores, ut sensum earum percipiant, & humiliter & submisse de se sentire, & alios peritiores consulere, vel ad Deum per preces & supplicationes pro earum intelligentia occurrere, & cum Apostolis dicere, *Domine, edisere nobis hanc parabolam.* Et ita fructus humilitatis ex obscuritate parabolarum proficiscitur, atque adeo ex humilitate intelligentia ipsa. Nam ita dixit Dominus, *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis:* & alibi, *Vbi est humilitas, ibi & sapientia.* Deinde oritur etiam fructus studij, operæ, & diligentia in illis ponendæ. Nam, teste B. Augustino, *Obscura & difficilia in scripturis magna ingenia exercent, & somnum oscitantiamque discutiunt, ut ad fructum intelligentia perueniant.* Hinc beatus dicitur, *cuius voluntas est in lege Dñi, & in ea meditatur die ac nocte.* Parabolæ autem salebras suas, & difficultates habent, ut constat ex libro Parabolarum Salomonis, & ex illis Prophetarum: sed maximè ex istis Iesu Christi, quoniam præter tres aut quatuor, quas Dominus exposuit, reliquas non est interpretatus: ut cum labore & studio quæsitus fuerit à nobis earum intellectus, atque inuētus, plus sapiant, & animi palato reddantur suauiores. Quippe ita natura comparatum est, ut quæ cū maiori nostro labore & conatu assequimur, magis nos oblectent, & pluris illa faciamus. Hinc ad studium parabolarum exhortans nos Spiritus sanctus Ecclesiastici. 39. ait: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit.* Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum introibit. *Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur.* Hæc ille: vbi sapienti viro declarat, Prophetarum,

18
Quintus fructus parabolæ doctrinæ.

Matth. 11.

Vbi sapientia teste Salomone.

Prouer. 11.

B. August. in Psalm. 140. initio tom. 8. & a libi passim: *Quæ fructum parat obscuritas scripturarum.* Psalm. 1.

Quæ magis afficiat nos.

Ad quid à Domino sit dictum: Si quis habet aures audiendi, audiat.

Psal. 110.

Matth. 25.

Vasis, & lecti nomina: & per lucernam accensam mystice quid. Iacob. 1. Rom. 2.

Illud explicatur: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

Matth. 25.

Luc. 12.

Prophetarum & antiquorum Patrum doctrinam doctam a sapientia viro quati facienda.

In absconditis parabolarum (ut ait Salomone) conuersabitur quis.

& antiquorum Patrum doctrinam nõ esse negligendam, vel oscitanter & somniculose legendam, sed intento, & diligenti studio: ut possit in versutias parabolarum simul introire cum illis, qui eas composuerunt, & protulerunt: Et possit occulta prouerbiorum exquirere: id est, latentem, & occultum eorum intellectum aperire: Et in absconditis parabolarum conuersari: id est, vitæ suæ conuersatione traducere, iuxta sensum absconditum, & quæsitum ab auctoribus parabolarum, maximè autem illarum, quas ore suo sanctissimo nostram ad eruditionem, & salutem pronuntiauit diuina illa & æterna sapietia, nempe Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre & Spiritu sancto omnis reddendus est honor, sapietia, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

TRACTATUS III.

De ratione venandi sensum germanum & literalem in Parabolis.

I. Triplici ex capite potissimum parabolarum obscuritas pendet.

QUEMADMODUM vtilis sunt parabolæ, & iocundæ naturæ nostræ, ita etiam intellectui difficiles: interdum existunt & molestæ: tota tamè earum difficultas ex tribus capitibus pendere videtur, nempe ex radice, & cortice, & medulla earum, siue fructu. Radicem in illis metaphorice vocamus scopum, in quem tendit parabola: Corticem, similitudinem sensibilem, quæ adhibetur: Fructum, siue medullam intelligimus, sensum spiritalem per corpoream similitudinè significatum & intentum. Hæc autem tria, quia vel non bene apprehenduntur, & cogitantur, vel quia vario modo à diuersis concipiuntur & considerantur, in causa sunt, ut tanta Patrum in exponendis parabolis diuersitas ortâ sit, quæ attestatur earum difficultate.

ti: quemadmodum dubia magna circa earum intelligentiam emergentia, & Apostoli rogâtes Dominum ut eas sibi edissereret, earundem obscuritatem ostendunt.

Ex radice igitur, siue scopo, solet surgere parabolæ difficultas, quia sæpe difficile apprehenditur, quod tendat Dominus, quæ sit eius mens, & quis animus, & in quem maximè finem parabolam inducit, interdum illum nõ aperit Euangelium. Hinc Hieronymus epist. ad Damasum, vbi parabolam edisserit Villici iniquitatis, ait: *Itaq; sicut in cæteris parabolis quæ nõ sunt a Salvatore dissertæ, quam ob causam dictæ sint, solemus inquirere, ita & in hac, &c.* Deinde ex cortice siue similitudine sensibili inducta, obscura redditur nobis parabola, nam illæ res, quæ alio tempore, & in alia regione, vulgares erant & vsitate, nobis, qui in remotissima ab illa regione habitamus, & tempore longè sumus posteriores, vix notæ sunt, quia nec in vsu eas habemus, nec historici, aut alij auctores mores illos, & consuetudines nobis tradunt: quemadmodum lusitane puerorum clamantium in foro, qui tibijs cantabât, & lamentabatur. Talia sunt multa nobis parum comperta, ut De narius diurnus datus: pro mercede diuina laborantibus in vinea: Vinctio capitis: Vestis nuptialis: Utres veteres: Virginum exitus cum lapidibus, ad occurrendum Sponso, & Sponsæ: Serui præcincti cum lucernis ardentibus, & similia multa. Neq; mirandum est, si Iudæorum in Syria habitantium consuetudines parum sint nobis cõpertæ, qui & loco, & tempore longè sunt à nobis disiti atq; disijuncti; cū plerunq; Gallus, aut Germanus, Italiæ sibi contiguæ & vicinæ mores exploratos non habeat, vel rursus Italus mores Gallorum aut Germanorum sui seculi non intelligat.

Tertiò, oritur difficultas ex medulla, siue fructu: quia cõparationes sensibilem ad spiritualia exactæ & præcisæ esse non possunt: vnde vel excedunt, vel exceduntur. Et quia omnia & singula videntur non posse applicari: ut quod Dominus laudauerit Vil-

Matth. 13. Ibidem, & infra. 15.

2 Radix, & cortex parabolarum, quam paratur difficultatem.

B. Hierony.

Mores, & cõsuetudines Iudæicæ.

Matth. 13. Matth. 29. Supra. 5. Infra. 22. Supra. 6. Infra. 25. Luc. 12.

3 Fructus, seu medulla parabolarum quid etiam difficultatis habent. Infra. 16.

Matth. 20.

Luc. 24.

Qui difficilem, si non impossibilem parabolam applicacionem arbitrat, quam temere illi & loquantur. Caietanus in Luc. c. 16.

4 Parabolam intelligere canon omnino acceptio ne dignus.

Sensus parabolam precipuus, & maxime intentus quis ille.

Qualis fructus corticis parabolam tam modo videri debeat.

licum iniquitatis, qui clam, & furtim bona domini subtrahendo, vitæ suæ prospexerat: Quod murmurauerint accipientes denarium, eo quod alij, qui hora vndecima venerant ad laborandum in vinea, in mercede sibi coequarentur: Et frater senior murmurauerit, quod fratrem suum iuniorem, de regione longinqua redeuntem, magis lætitiæ signis, & conuiuio pater exceperit. Et talibus interdum angustijs premuntur parabolam interpretes, vt non defuerit, qui dixerit, *Difficile esse illas applicare, si non impossibile: quod verbum, tanquam in Spiritum sanctum contumeliose iactatum mihi videtur: frustra enim, ac sine fructu, per parabolas tradita esset Christi doctrina, si eas applicare, esset impossibile: essetq; planè fatuâ reddere diuinâ Sapientiâ, quæ per absurdum, vel per ea, quæ fieri nequeunt, homines rationis cõpotes docere voluerit, vel planè fatuum & stultum se ostendit ille interpres, qui eam parabolam, quam ipse applicare non nouit, simpliciter pronuntiet applicari non posse: hoc enim est hominis de se arroganter sentientis, & plus quam par sit, suo ingenio tribuentis.*

Statuendum igitur est in primis, & tanquam certus canon veritatis indagandi stabiliendus, nihil falsum, nihil absurdum, nihil impossibile in parabolis Domini contineri: quia falsa & absurda homines ratione præditos non possunt erudire de spiritalibus, & regni Dei mysterijs. Deinde illud quoq; asserendum est, sensum parabolam literalem illum non esse, quæ voces immediate, iuxta Grammaticam significat: sed quæ res ipsæ corporeæ, & nobis cognitæ & familiares vocibus significatæ representant; qui sensus spirituale aliquid, & ad regnum Melsiæ, siue verbum eius spectas cõtinet, vt Patres docent: nã ille est animus respectu similitudinis, quæ est, vt corpus, & fructus respectu foliorum arboris, & nucleus respectu corticis. Proinde etsi aliquis fructus in cortice parabolæ inueniri posset, non est tamen ille, vt præcipuus, & principalis, colligendus: quia vt naui vsus tan-

tum est, vt perueniamus ad portum, & vehiculi, vt in domum deducatur: ita tantum corticis literæ ratio habenda est, quatenus ad sensum spiritalem, similitudine sensibili representatam deducatur. Tertio, ad sensum verum venandum illud summopere conducit, si attente & diligenter scopum eius, quæ Dominus inspexit, inspicere possimus. Et quæ admodum Græci fabularum siue apologorum sensum ex profabulatione, vel affabulatione, vel, vbi illa desint, ex ipsa fabula venandum esse docet, ita enim illi loquuntur *μῦθος προαῖτιον ἐπιπέδιον*: ita in parabola faciendum esse existimo, vt diligenter inspiciamus proparabolam, vel epiparabolam, vel, si illa desint, ipsius corpus parabolæ considerandum: & ex præcedentibus, & subsequētibus formandum est de scopo parabolæ iudiciū. Est autem proparabolæ gustus quidam & delibatio parabolæ, qui de more parabolam præcedere solet, vt prologus agere fabulæ præmittitur, quasi gustus quidam eius: vt cum Luc. c. 14. *Dicebat autem et ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, indicat quod tendat illa parabola, nempe contra superbos, & eos, qui primas cathedras affectant. Epiparabola autem est conclusio ipsius parabolæ, siue fructus eius: quemadmodum parabola illa magna Decem Virginum, etsi caret proparabolâ, habet tamen epiparabolam: nam ita concludit, *Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam*: ed igitur tota illa tendit parabola, vt vigilantes simus. Simili ratione fabulas Græci exponendas esse tradunt, vel ex profabulatione, quæ gustus est futuræ fabulæ, vel ex affabulatione, qui fructus est fabulæ.*

Quod si parabola illis duobus præsidijs destituatur, ita vt non explicetur similitudo, & potius allegorici sermonis, vel enigmatis specie habeat, tunc ex ipsa parabola, siue ex alijs similibus alio loco dictis, vel ex præcedentibus, vel ex subsequētibus verbis Evangelistæ, vel ex Patrum veterum, &

Vnde fabularum, seu apologorum intellectum Græci venari soleant.

Proparabola quid sit.

Quid verò epiparabola

Matth. 15.

Profabulatio Græcis quid, & Affabulatio.

5 Parabolæ, proparabolis, epiparabolis, siue deficientibus, sensus, ex quo loco de sumendus erit. Matth. 14.

Docto

In parabolis vbi maxime inueniendū esse Chrysostr. Chryf. tomo. 4.

Veteres sancti, & iusti leges antiquæ quatenus Christum adumbrauerunt. Genes. 27. Num. 20. 1. Reg. 21. 3. Reg. 11. & seq.

In quibus duntaxat parabola Christi sumi debent.

Exemplum, ac simile per elegans.

Doctorum commentarijs sensus venandus est. Nã Christus interrogatus domi ab Apostolis, omnes parabolas edifferebat, & per illos alijs traditus earum sensus, qui ad nos vsque peruenit. Quarto statuendum est ex doctrina B. Chrysostr. homil. 16. in epistolam ad Romanos, non opus esse nimia cura in singulis parabolarum verbis anxium esse: neq; in singulis eius partibus adaptationem & accommodationem ad rem ipsam spiritalem, & intentam inuestigare. Quæ admodum enim Sancti Veteris Testamenti, vt Abraham, Isaac, & Iacob, Ioseph, Moyses, Dauid, & Salomon, figura Christi, & typus extiterunt, non tamen in omnibus suis actionibus, sed in excellentibus tantum, heroicis, atque illustribus (Nec enim Iacob mendacium dicens patri, aut Moyses, siue populus Israël diffidentia Dei laborans ad aquas Contradictionis, aut Dauid mandans occidi Uriam, aut Salomon cum tot alienigenis vxoribus coniunctus, illorum que dijs templa edificans, typus Christi gesserunt) ita etiam in similitudinibus assumptis à Christo minimè opus est, vt res sensibilis adducta in parabola, in omnibus Christum referat; sed in his tantum, ad quæ assumpta est. Vt autem hæc sensibili quodam exemplo magis perspicua ac dilucida reddamus, cogita, prudens lector, te mensæ accumbere: proponitur gladius, quo panem, & carnes secare valeas: certum est, gladium non omni ex parte scindere, sed ex vna tantum; nec enim per manubrium secatur, neque per partem obtusam oppositam aciei, neque per cuspidem, sed tantum per aciem, siue acutam partem secatur. Et tamen nemo sanæ mentis dixerit, aut manubrium, aut cuspidem, aut partem obtusam oppositam aciei, necessaria non esse ad scindendum: nam etsi per seipsa non scindant, seruiunt tamen, vt pars, quæ acuta est, & ad secandum nata, scindere fortius, & commodius valeat; nam sine illis profectò acies minime scinderet. Ita in parabolis multa adferuntur, quæ etsi per seipsa sensum

spiritalem non efficiant, conducunt tamen, vt parabola per eam partem scindat & secet, ad quod præstandum ab auctore proposita fuerat. Solo item *romere, teste Augustino, terra proscinditur, sed vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria.* Et soli nerui in cytharis, atq; huiusmodi vasis cæteris aptantur ad cantum, sed vt aptari possint, insunt & cætera in compaginibus organorum, quæ non percipiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa resonant, his annectuntur. Ita in Prophetica historia dicuntur & aliqua, quæ nihil significant, sed quibus adhæreant quæ significant, & quodammodo religuntur. Hinc pulchrè Origenes in cap. XIII. Matthæi. *Quemadmodum in imaginibus, inquit, ac statuis similitudines non ex omni parte respondent ijs, ad quæ conferuntur, sed in plano quidem ligno, vt exempli causa loquamur, cera depicta imago, superficie tantum cum colore similitudinem habet, verum non seruat depressiones, atque eminentias, sed harum rerum significationem tantum. In fingendis verò statuis similitudinem, quæ est secundum eminentiam ac depressionem, seruare conatur ars, in colore verò nequaquam; quod si cerca fiat effigies, conatur quidem utramque seruare similitudinem, nimirum et iuxta colorem, et iuxta depressiones, ac prominentias, cæterum in profunditate non est imago: similiter mihi cogita et de similitudinibus quæ sunt in Euangelio. Regnum cælorum dum simile dicitur rei cuiusdam, simile dici non secundum omnia quæ ad sunt illi, ad quod confertur similitudo, sed ad quædam duntaxat, quæ conducunt ad assumptam rationem. Hæc ille, scitè, & eleganter.*

Quæ vt alicuius parabolæ exemplo illustrentur, ecce in parabola hæc doru & ouium iusti inducuntur, dicentes, *Domine, quando te vidimus esurientem, & pauperem, aut sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? non propterea hæc dicuntur, quod iusti hæc illo tempore verba*

Alterum B. Augustini. Agust. lib. 16. de Ciuit. Dei. c. 2. tom. 5.

Tertiū ex plū Origenis. Orig. to. 2.

6 Parabola parastoris, & ouium iuxta quem sensum à Domino proposita. Matth. 25.

dicturi

dicturi sint, sed propter responsum quod sequitur, *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Ut ergo nos intelligeremus, quicquid pauperibus propter Christum erogamus, ipsi Christo esse impensum, propterea illi finguntur illud tunc dicturi, quod nunquam dicent. Et ita de plerisque; alijs similibus in parabolis cogitandum est. Atque hac ratione interpretando parabolarum multarum difficultates, quae applicationem impossibilem videtur efficere, facile euadimus. Si qui tamen sint tam facili ingenio nati, vel tanto Spiritu Dei praediti, ut omnia & singula applicare apte & commodè possint, non est illis obuiam eundem, aut inuidendum, sed cum gratiarum actione recipienda, quae cum ratione & verbo Dei coniuncta ab eis fuerint prolata.

Quinto stabilendum est, multum expedire & conducere ad parabolarum intellectum, si cognitae & comprehensas habemus rerum quae oculis cernuntur, & artium, siue negotiorum, quae in similitudinibus adducuntur, naturas, & proprietates, ex quibus facile erit assurgere ad intelligibilium comprehensionem: ut v. g. quid sit Theaurus, quid Margarita, quid Granum Sinapis, quae natura Fermeti, quid Zizania, quid Sagena, siue Verriculù; quid Leo, Serpens, Vulpes, & similia multa, quae afferuntur in parabolis: illis enim ignoratis, nihil solidum, aut excellens de diuinis possumus cogitare. Quemadmodum enim ad sensum historicum intelligendum necessaria est linguarum cognitio, ita ad parabolarum intelligentiam non tantum vocum ipsarum, sed etiam rerum naturalium, & artium sensibilibium, quae tamquam Alphabetum quoddam & pedagogia sunt ad intelligentiam spiritualia, necessaria est comprehensio. Vnde Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 16. & 29. necessariam ostendit naturarum animalium, lignorum, lapidum, herbarum, (quae plerumque similitudinis alicuius gratia in Scripturis ponuntur) cognitionem. Sextò illud ex B. Dionysij Areopagiti doctrina lib. de Caelesti

Hierarchia Cap. 2. statuendum, Scripturam sacram, & Christum Dominum vilium corporum similitudines magis usurpasse, quam corporum nobilitatem: quod non sine causa factum est. Tum, ut, quanto magis à rebus vilissimis & còtemptis comparationes trahuntur, eo minus per se, & non nisi per metaphoram Deo conuenire intelligamus. Cui rei locus non erat, si similitudines à nobilissimis acciperet, & altissimis corporibus, quia existimare possemus, illas per proprietatem Deo conuenire: cum tamen omnia corporea, etiam nobilissima, in immensum ab eo distent. Tum id factum est, ut comprehensionem maiorem diuinorum & caelestium habeamus. Hominum enim cognitio, quae à sensibus oritur, & qui in terrae infimo elemento versantur, de infimis his, & vilibus maiorem notitiam, quam de nobilioribus corporibus habent. Et ideo consultò Spiritus sanctus ab artibus vilioribus comparationes desumit, ut à pastore, vel agricola seminante, vel piscatore, vel fabricatore. Tum denique, quia per eiusmodi corporea, & à vilibus rebus desumpta similia, diuina mysteria indignis, & minus idoneis magis occultantur & absconduntur.

Septimò statuendum, quòd cum frequenter dicitur, Simile est regnum caelorum huic, vel illi rei, non oportet ex hoc intelligere similitudinem sumptam in omnibus suis partibus conuenire regni caelorum mysterijs: cum sufficiat illam seruire in ea regni caelorum parte, aut conditione, propter quam declaranda erat assumpta. Ecce in quadam parabola Christus comparatur furi. *Si sciret, inquit, paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam.* Comparatur quidem furi, non quidem circa omnia (quae enim conuenire queat Christo Domino furis conditio, qui furtum prohibuit, & qui se depradandum omnibus exposuit?) sed in illo tantum, quòd ut ille venit qua hora non putatur, ita Christus venturus est, qua hora minus putamus. Hinc quaedam seruiunt

Christus vilius, quam nobilium corporum similitudines usurpauit. Dionys. Areopag.

Secundario.

Tertia ratio

8 Similitudines (v. g.) regni caelorum in quomodo accipiendae sunt

Luc. 12.

Fur qualis Christus.

7 Quorum rerum cognitio & comprehensio ad parabolarum intelligentiam plurimum conducet. Matth. 13. Ibidem. Ibidem. Ibidem.

Scripturae sensus historicus quid necessario requiratur.

Aug. to. 3.

Scriptura cur sacra, &

Parabolarum varia documenta.

9 Quam obrem Dominus noster de vna, eademque re plures interdum parabolas fecerit.

Sap. 16. Exod. 16.

10 Quid quid paucas admodum Christus parabolas explicauit.

Luc. 24.

ad indicandum ingressum, & principium regni caelorum: quaedam ad ostendendum in eo progressum: quaedam ad finem, id est, ad primum, & remunerationem eius indicandam: quaedam docent vtilem auditum verbi Dei: quaedam, quomodo plectendi, & puniendi sint, qui non recipiunt regnum Dei, hoc est Messiam: quaedam ad indicandum quis sit proximus, quem ut nos ipsos diligere debemus: quaedam ad instantiam orationis excitantes: quaedam ad instigandum ingrati animi vitium: & quaedam ad alia & alia mysteria explicanda.

Octauò, illud est memoriae commendandum, de vna & eadem re varias Dominum protulisse parabolas. Ut quemadmodum diuersus est hominum stomachus, & hi quidem amaris, alij verò dulcibus, rursus hi austeris, illi leuibus cibis vescuntur, ita pro voluntate cuiusque & gustu doctrina Evangelica suppeditetur: & vixta vulnere varietates, sint & medicinae diuersae: & denique quae ex rebus, quae versantur in corde suo, & notas habet, ad intelligentiam caelestis regni adiuuari possit. Tanta enim erat salutis animarum in filio Dei sitis, ut, pro cuiusque voluntate & gustu, quemadmodum de Manna dicitur, in omnem, quem quisque vellet cibum, siue saporem conuerteretur, nec quisquam regni Dei, & eorum, quae ad salutem spectant, ignorantem posset obtendere.

Nonò, illud ex Evangelica historia asseuerandum est, Dominum paucas tantum parabolas in Euangelio expositas reliquisse, etiam si omnes seorsum Apostolis explicuisset. B. Marcus cap. 4. testetur. Id autem sine magna Dei sapientia factum, ne cogitare quidem debemus. Nam quemadmodum Veteris Testamenti aenigmata, & figuras, vaticiniaque de ipso à Prophetis praedicta explicauit quidem Apostolis omnia, quando in die Resurrectionis, Incipiens à Moysè interpretabatur ipsis in omnibus Scripturis, quae de ipso exant: nec hoc tantum, sed etiam aperuit illis sensum, ut intellige-

rent Scripturas. Nec tamen Euangelium peculiare illas figuras, aut peculiariora illa vaticinia explicauit, sed pauca tantum Dominus per Euangelium sparsim scribi voluit; ut de Virgine conceptura, & paritura filium; de Serpente exaltato in deserto à Moysè; de Manna dato Patribus in deserto; de Agno in die Paschae immolato; de Iona è ventre Cete post triduum in litus eiectione; de nonnullis etiam Prophetarum vocibus nos in Euangelio admonitos reddidit, quas Matthaeus suo Euangelio potissimum persequitur. Ita profus de parabolis factum est. Nam praeter parabolam seminantis in quatuor partes terrae, & illam zizaniorum, & illam quae habetur Matth. 15. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem*, vllas alias (quod sciam) in Euangelio interpretatus non est. Sed tam hoc, quam illud, de figuris Veteris Testamenti, magna Dei sapientia factum est, ut earum omnium interpretationes in Scripturis non haberemus. Tum ut ex his quae habentur, ad earum quae non habentur, explicationem perueniamus: tum ut nostro labore & studio parta & inuenta in Scripturis magis nos oblectarent, maiori que iocunditate afficerent: tum ut nonnulla, quae ingenio nostro, & diligentia assequi non possumus, ab alijs discere ne dedignaremur, vel ad Deum ipsum, qui dat omnibus affluenter sapientiam, & non improperat, precando, & supplicando pro illorum intellectu confugeremus; tum denique, ut fidem exerceamus. Constat enim ex ipsis Domini IESU CHRISTI Evangelistis, Dominum parabolas omnes aperuisse discipulis. Constat, mysteria omnia, & arcana Veteris Testamenti, Prophetarumque vaticinia illis eisdem detexisse, & explicasse. Nec tamen verisimile sit illa perisse, aut Apostolos primitiuis illis Patribus, quae à Christo Domino acceperant, exposita celasse, sed simul cum Evangelica doctrina eius enarrationem, expositionemque alijs tradidisse, & in traditione Ecclesiae has expositiones reliquisse, & asseueratas

Quae nam Christus de seipso Prophetarum vaticinia Euangelio mandari voluerit. Matth. 1. Isai. 7. Ioan. 3. Num. 21. Ioan. 6. Exod. 16. Matth. 26. Exod. 12. Matth. 12. & 16. Ion. 2. Quas parabolas Dominus aperuit. Matth. 13. Ibidem. Quo etiam Dei consilio factum sit, paucarum tantummodo veteris Domini parabolarum sensum in Scripturis habere.

Iacob. 1.

Matth. 13. Ibidem. Infra. 15. Mar. 4.

Vnde Patres quae nobis tradidere parabolarum sensum habuerint intelligentiam.

fuisse.

pore vacuitatis; volensq; se veru anima ru piscatore ostendere, in nauicula piscatoriâ ascendit. Et ne piscatione sua pisciu in aqua delitescentiu esse putares, sed potius hominu ratione constantiu, rete verbi Dei versus terra, & non versus mare iactauit.

4 Propositio parabola se minatis scopus atq; institutum. Mystra quid sint.

Ia ad parabola est redeundû. Cuius scopus in primis, & institutu, quod Dominus inspexit, ac postea declarauit, illud est: *Vobis datu est nosse mysteriu regni Dei, alijs aut non est datum.* Explicabo quid sit mysteriu: & quid regnu Dei. Mystra dicuntur secreta, siue arcana cuiuscunq; religionis, quæ, pro eoru maiestate, ac dignitate, atq; etiâ vt maiori in honore & veneratione habeatur, non omnibus obuia, & exposita, sed abdita & occulta seruatur: quæ verò eiusmodi sunt, si rursus parabolis, & verboru inuolucris cõtégantur, atq; inuoluuntur, obscuriora, & magis inaccessa redduntur: nisi postea aperte detegatur, & explicetur, vt Dominus facere solitus erat: qui, dũ parabolâ aperiret, duplex velu, quo erat abscondita, & cõtecta Fi dei mystra, tollebat: alteru quidẽ ipsarũ rerũ, quæ per se ipsas supra hominu sensum & intellectu sunt posita, ac nisi fidei dono homines desuper illustrentur, ab eis comprehendiqueunt: alteru verò ipsius est similitudinis, siue parabolæ, qua tales res traduntur, & inuoluuntur.

Duplex velu parabolarum.

5 Dei, vel celorum regnu quid mysticè. Rom. 10.

Porrò Dei, vel celoru regnu, populus est, verbo prædicationis à Deo ad fidẽ euocatus, qui verbo Græco *Εκκλησία*. Ecclesia dicitur: *Nam fides ex auditu: auditus autẽ per verbu Christi.* In hoc autẽ Dei populo, siue ecclesia regnat Deus intermedio suo verbo, ab eis primũ audito, & fide suscepto, deinde etiâ obedientiæ operibus expresso. Nã vt regnu Galliarũ lude esse dicitur, in quo Rex ipse Gallo rũ regnare cõspicitur: regnat autẽ, dũ eius verbo ab omnib⁹ paretur, & præceptis eius integra præstatur obedientia: ita Ecclesia regnum est Dei, vbi Christi verbu fide suscipitur, & madata eius, tanquã Regis sui, diligenter seruatur. Idẽ Dominus regnu suũ prædicatione verbi Dei se cõparasse

Regnet quomodo Deus in Ecclesia. Simile.

Psal. 2.

tradit per Prophetã, dũ ait: *Ego autẽ constitutus sum Rex ab eo super Siõ montem sanctu eius, prædicã verbum eius.* Cõsistit ergo verbu Dei in fructuosa audicione, & plena obedientia illius: Nã etsi aures corporis per se, & absq; vilo magistro sonos, & voces intelligat, quemadmodu & oculus lucẽ, & colores: sunt tamẽ spirituales hominis interiores aures, quæ quoniã liberæ sunt, & nõ solo instinctu, vel appetitu naturali perficiuntur, propterea magisterio, & doctrina egẽt, vt bene audiãt. Vnde Christus clamabat: *Qui habet aures audiendi, audiat:* multas aures nõ habere significã, vel suo vitio habere nolle. Quibusdã enim nõ dari audiendi aures, docet Moses: *Non dedit, inquit, vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possint audire.* Dominus enim, dũ quid arduu, & reconditu, & quod maximẽ nostra referebat intelligere, proponebat, negligentesq; atq; adẽ de se malẽ sentiẽtes auditores videbat, sic clamare solitus erat. Quemadmodu dũ quid factu difficile, & arduu persuadere contẽdebat, dicere consueuerat: *Qui potest capere, capiat: nã hæc dicẽs, sermonẽ de virginitate, siue cœlibatu seruando habebat.* Clamabat ergo Dominus, vt attentio nẽ ad res quæ proponebantur, excipiendas excitaret, vsq; matris instar, quæ filio infirmo, ac surdo, nolentiq; salutis medicinã acceptare, extenta voce clamat, quo magis persuadeat. Vnde Mar. 4. dicitur: *Et cũ esset singularis (siue, vt Græca habet lectio, solitaria) interrogauerunt eũ hi, qui cũ eo erãt duodecim, parabolã. Et ait illis, Nescitis parabolã hæc? & quomodo omnes parabolâ cognoscetis? Vbi in primis notandũ, Græcè in quibusdã codicib⁹ haberi: *Interrogauerunt eũ hi, qui circa ipsum erant cum duodecim.* Græcè habet, *οἱ περὶ αὐτοῦ οὕτως ὡς δώδεκα.* & Cicer. ad Attic. lib. 13. verba faciẽs de his qui comitabatur Cæsarẽ: *Præterea (inquit) tribus triclinijs accepti οἱ περὶ αὐτοῦ valde copiosẽ, id est, illi, qui apud eũ erãt.* Syriacũ Euangelicũ habet, *Interrogauerunt eũ ij qui cũ eo erãt vnã cũ duodecim ipsius.* Vbi præter duodecim, alios*

Qua ratione Christus regnum suũ sibi comparauerit. Spiritus auditus, & visus cur duce ac magistro indigeat.

Matt. 13. Non omnes spiritalem à Deo sortiantur aurium. Deut. 29.

Quare Christus clamaret: Qui habet aures audiendi, audiat.

Matt. 19.

Qualis Christus clamãt.

Documentum.

Christi extitisse discipulos doctrinæ eius studiosos, qui de sensu parabolæ interrogauerunt, elicimus; vt & nos, et si nõ sumus de numero Apostolorũ, eũ fiducia ad Deũ accedamus, & sensum verborum eius petamus.

6 Fideles auditores omnes quales esse debeãt Apostolorũ exemplo.

Alterum documentum.

Christi extitisse discipulos doctrinæ eius studiosos, qui de sensu parabolæ interrogauerunt, elicimus; vt & nos, et si nõ sumus de numero Apostolorũ, eũ fiducia ad Deũ accedamus, & sensum verborum eius petamus.

7 Horum verborũ Domini: Nescitis parabolam hæc, & reliq. duplex intelligentia.

Simile.

Euthym. capit. 9. in Marcum.

Qua occasione Dominus proposuit parabolã seminantis.

Christi extitisse discipulos doctrinæ eius studiosos, qui de sensu parabolæ interrogauerunt, elicimus; vt & nos, et si nõ sumus de numero Apostolorũ, eũ fiducia ad Deũ accedamus, & sensum verborum eius petamus. Deinde cõsidera prudentiã, & solertiã Apostolorum, qui etsi Domini parabolã vulgõ propositã nõ caperent, nõ calũniãtã tamẽ, vel irritẽt, sed vt exponat apertius quod obscure dixit, eũ rogãt. Hoc enim est omnium fidelium auditorũ, non facilẽ cõcionatorẽ calũnari, sed re penitus introspicere, & prædicatorẽ interrogare. Vide rursus aliã prudentiã. Discipuli sermonẽ Domini nõ interrumpunt, sed cũ esset solitarius, interrogabant eũ: nã stultum est, cõcionatorẽ in sermonis progressu responsare, aut aliud cõtra eũ obijcere, sed opportune omnia efficienda sunt.

Postremò dixit Dominus, *Nescitis parabolã hæc: & quomodo omnes parabolâ cognoscetis?* Quod dupliciter intelligi potest. Primò quidẽ, vt alludat ad sensum huius parabolæ, in qua quis sit bonus verbi Dei auditor, traditur: qui verò talis non est, qualis hic describitur, nihil eoru intelligat, quæ verbu Dei docet. Vt enim qui oculis destituitur, colores nõ cernit; & qui gustu caret, sapes discernere. nequit: ita qui huius parabolæ intellectu, siue effectu destituitur, nullã profectò parabolã, vel aliud Christi mysteriu intelligere valebit. Deinde dici potest, hoc dixisse Dominũ, quẽ admodũ interpretatur Euthymius; vt attentiores eos redderet, & prõptiores ad interrogandũ de cæteris parabolis. Nã si hæc apertã ac diuulgatissimã, & quã facile cõiectare poterant, nõ capiebant, quomodo cæteras obscuriores intelligerent? Idẽ opus fuit, Dominũ vniuersas parabolâ illis exponere, atq; aperire. Et hæcten⁹ de scopo, atq; instituto sit dictũ. Pulchre autẽ cõnectitur hæc prima parabola cũ his, quæ paulò ante Dñs dixerat; præcedũt enim verba de eoru beatitudine qui faciũt Dei voluntatẽ, & auditũ Dei verbu etiã custodiunt, vt habes apud Matthæũ, & Marcũ. Lu-

cas autẽ occasione huius parabolæ accipit à frequẽti hominũ multitudinẽ, qui ad eius verbũ audiendũ accurrerant. Voluit autẽ Dominus significare, nõ satis esse verbu Dei audire, neq; omnes qui illud audiunt, ex eo meliores reddi, sed variẽ recipi illud, in paucis autẽ suos edere fructus: idq; nõ seminãtis, aut seminis vitio, sed ex eorum, qui semen recipiunt, vitio & culpa.

Iã, vt corticẽ similitudinis propositæ explicemus, illud primo loco occurrit, quomodo, cũ, teste Augustino, incredibile nõ doceat credibile, & quod falsũ est, verũ nõ manifestet; vnde parabola, si nõ est historia, saltẽ verisimilis, seu probabilis, ac illi proxima esse debet: quomodo, inquã, is qui fingitur seminare, in tres inutiles terrẽ partes semẽ proiecit? Null⁹ quippe sanã mētis, semen secus viã, aut in petrosa loca, aut super spinas proijceret. Ad hæc, quomodo vnus & idem ager seminatus, in vna eius parte tulit fructũ tricesimũ, in alia sexagesimũ, ac in alia rursus centesimũ? Ad primã dubitationẽ dicendũ est, non fuisse quatuor seminationes in diuersis locis, & terris, sed vnica tantũ: dicitur enim, *Exijt qui seminãt, seminare semen suũ. Et dũ seminãt, &c.* Deinde in eo quã dicitur, *Quãdã ceciderũt secus viã: alia ceciderũt in petrosa: alia autẽ in spinas,* casu factũ est, quod semẽ in talẽ, vel talẽ terrã proijceretur: & tamen, si fuissent distincti seminandi actus, nõ essent à casu, sed ab intẽtione seminãtis. Nullus autẽ ita desiperet, vt super solas petras, aut spinas, aut prope viã semẽ spargeret: proinde vnica fuit seminãdi actus, & vnica terra, cuius pars quãdã prope viã erat, & id cecidit fortuitò, & præter mentẽ in via, vbi semẽ conculcatũ est, & à volucribus deuoratu. Etsi enim pars agri iuxta viã sita, arata esset & seminata, viatores tamẽ interdũ fugiẽtes, profundum mediæ viæ lutum, vel aquam, vel alia loca salebrosa, solent partem terræ aratã, & seminatã prope viã conculcare; & sic excutitur semen, & aues illud comedunt.

8 Cortex huius parabolæ. August.

Cur qui seminãt, in tres inutiles terrẽ partes semẽ iaciat, cũ id à recta ratione videatur abhorre-

Alia verò pars cecidit super pe-

Quæ pars seminis cecidit supra petram, expenditur. Marc. 4.

8

Tertia pars seminis in terrâ spinosam cadetis.

De quarta parte seminis in terrâ bonâ decedente:

10 Quid est quod vna &

tram, non quidem propriè super petram, quia nõ diceretur in textu, quod natum aruit; in petra enim nihil nascitur, & ibi illud seminum deuoraretur à volucris. Hinc Marcus hoc explicans, ait: Aliud cecidit super petrosam, ubi non habuit terram multam: habuit ergo terram, sed non multam: dixit ergo super petrosam, id est, super aliquam terram, quæ subtus haberet lapides multos, & mobiles, terra autem alta, vel profunda non erat, unde grana seminata non potuerunt germinare, quia non erat terra sufficiens, unde humor nutriens traheretur, ideo ait: Et statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terra. Loca enim saxea modica terra cooperta cito vegetant in semine herbâ, ex caloris magnitudine, quia calor ibi non potest imbibi in profundum, sed reflectitur a saxo. Oritur autem semen in terrâ proiectum ex calore & humore proportionem quadam se habentibus. Tertio, cecidit semen in terrâ, bonâ apparentem, intus tamen plenâ spinarum, & tribulorum seminibus; nullus enim sapiens alias semen proieceret super visas spinas, sed bene super delitescetes, & ocultas: & propterea in textu dicitur, Et creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Vides igitur spinas cum semine bono exortas, semine bonum suffocare: nam subtus, humor seminum surripiunt: & extra, calorem Solis, qui est vita frugum, & plantarum, impediunt. Quarto, alia pars seminis cecidit super terram bonam, id est, in agrum illis tribus obstaculis non impeditum: & de hac ait Marcus, quod dabat fructum ascendente, & crescentem. Dabat quidem fructum, contra terram, quæ nullum dedit, quia semine deuoratum fuit. Deinde dabat fructum ascendente, contra terram petrosam, in qua quæ nata sunt, illico aruerunt, nec potuerunt ascendere. Postremo dedit fructum crescentem, contra terram spinosam: quia spinæ magis crescentes suffocauerunt semine. Hoc idem declarat Mattheus ait, quod dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum.

Ad secundum, mirum esse non debet, si vna & eadem terra hæc varietate fructus præstet; si in diuersis agris, propter

inæqualem terræ virtutem, illa contingere videmus: nam inæqualitas virtutis terræ eadem in eodem agro inueniri potest, atque in diuersis, & sciri poterat numerus ex spinis, vel ex fructu inæqualiter reddito, à partibus equaliter feminatis. Idem enim vsuuenire solet & in arboribus pomiferis, eiusdem speciei; & in eodem horto plantatis: nam quedam ex illis fructum aut nullum, aut exile reddunt; quedam verò dulce, & copiosum. Quod verò terra reddiderit fructum centuplum, à veritate alienum non est. Nam Isaac, ut legitur Gen. 26. seruiuit in terrâ Chanana, & inuenit centuplum. Et Plinius de agro Leontino in Sicilia testatur, quod centuplum fructum redderet. Et hæc de cortice sint dicta. Tantum superest admonere, impedimenta edendi fructus propter defectum pluiæ, vel solis, vel frigoris, vel gradinis, vel veti, non esse apposita, quia non intendebat Dominus exprimere nisi modos illos, quibus ex parte terræ fructus impeditur: & ideo semen quod cecidit in terram bonam, nullam habuit impedimentum, & generatim dicitur fructum fecisse. Quod enim verbum Dei fructum in nobis non edat, non est ob defectum Diuinæ doctrine intus suadentis, vel gratiæ Dei, vel Spiritus sancti, vel irrigationis Sacramentorum, nam sic fructum non edere, non daretur homini vitio: sed ex aliqua prauitate naturalis, & vitio hominis, ex qua parte comparatur terræ suscipienti semine, & fructum non datur. Præmittendum ergo est, quod omnes partes terræ pluiam opportunam habuerint, & solis, & ventum, & cætera opportuna ad edendum fructum adiumenta. Nemo ergo hominum dicere potest, Nemo nos conduxit, vel, Hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam; vel, Sol intellectus non est ortus nobis: vel denique Domino obijcere, Metis ubi non seminasti, & colligis ubi non sparsisti: qui ubique seminavit, omnes conduxit, solis sui oriri fecit super bonos & malos, se hominem, & Deum nobis ad iuuandum exhibuit; & ait: Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci: ac queritur: Quoties volui congregare filios tuos, &c. & noluiisti.

eandem terram sexagesimum, tricesimum, & centesimum, tam in æqualem scilicet fructum profert.

Plin. libr. 18. cap. 10 Leontini agrum mira fecunditas.

Vnde nam verbi Dei in nobis sterilitas.

Deum Optimum Max. nulli suam gratiam denegare. Matt. 20. Ioan. 5. Sap. 5. Matt. 25. Supra. 5. Isa. 5. Matt. 23.

Quod

11

Quare interris sterilibus Deus seminat, secundum Chrysostomum. Chry. hom. 45. ante me dicitur. tom. 2. 1. Tim. 2. 2. Pet. ult.

Deus qualis agricola.

Matt. 3. Rom. 4.

Ezech. 36.

Peciores quales, teste propheta. Ezech. 36.

Corda hominum nunquam bonum fructum ferant.

2. Tim. 2.

Mali ligneis vasis atque fictilibus defignati, quomodo id vasa aurea, & argentea fieri possunt, sicut in teste Apostolo. Act. 9. Terra spiritualis conditio.

Quod si quis rursus querat, quare de causa in terras steriles Dominus seminat? Respondet Chrysostomus, quod cum Deus velit omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, neminemque perire velit, ubique propterea seminat, quia omnes ex mala terra, bona per seminis verbi Dei virtute effici possunt: quod non potest præstare agricola per semine in capis sterilibus iactum, ubi terra non melior efficitur, sed semine in ea iactatum perditur. Secus verò ille agricola, de quo dixit Domini Præcursor: Potes est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Et, Qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Et propheta Ezechiel peccatores comparat terris malignis, & sterilibus, quæ cum ad Deum redeunt, fiunt terra bona, & admirati homines dicunt: Terra illa inculta, facta est ut hortus voluptatis, siue, ut Hebræa litera habet, facta est ut Paradisus Edæ: nam hæc similitudines non omni ex parte cum re conueniunt. Corporeum ergo semine agricola cum seminat, non est eius voluntas ut cadat ubi eius fiat iactura, & pereat, sed propter illius intentionem id accidit: ideo dicitur: Aliud cecidit secus viam, &c. At corda hominum apta omnia sunt ferendo fructum, si impedimenta illius ferendi ab illis tollantur. Quod exemplo vasorum à Paulo adducto discimus: ait enim: In magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quedam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honore sanctificatum, & utile Domino; ad omne opus bonum paratum. Namque in vasis corporalibus fieri non potest, ut vas fictile fiat argenteum, aut aureum: aut quod pro matula factum est, euadat vas mensæ idoneum: in vasis verò spiritualibus, id est, humanis animis, id vsuuenit. Vnde dixit: Si quis ergo emundauerit se ab istis. Hinc Paulus, qui spirabat minas, & cædes in discipulos Domini, repente commutatus est in vas electionis. Quod ergo similitudo sensibilis de terris malignis adducta non præstat, aut vix præstare valet (fieri enim posset, ut ablata

via ab illo agro, nihil sit prope viam: & quod terra seminanda diligenter elaboraretur, & à seminibus spinarum expurgeretur, & ita bona, & ferax fiat) tamen in terris spiritualibus id quotidie vsuuenire potest. Hinc, cum munus predicandi Dominus Apostolis credidit, dixit: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creature. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Condemnatur autem nemo nisi propria incredulitatis culpa, quod iacto in eius cor semine, credere, & fructum ferre noluerit, qui potuisset per Dei virtutem, & gratiam verber salutis fructus edere.

Iustificatur præterea hoc loco omnes prædicatores, & verbi Dei ministri, qui cum verbum frequenter administrant, & in frequenti auditorio prominent, fructus tamen aut nullus, aut exiguus apparet, rara vitæ emendatio, nulla vitiorum imminutio spectatur, nullum virtutum augmentum: quod profecto neque verbo Dei, neque prædicatori imputandum est, sed negligentie, & vitio auditorum, qui verbo Dei obstunt, quod minus dignos fructus, & à prædicatore desideratos edere possunt. Tertio loco agendum est de mendulla, siue sensu principaliter intento in hac parabola: ubi declarandum quis sit hic qui seminat, & quale sit semine: quæ sint illæ tres partes terræ malignæ, quæ fructum non fecerunt: & rursum quæ sint illæ tres aliæ partes terræ bonæ, & feracis. In primis non exprimitur quis sit seminator, sed tantum Marcus ait: Qui seminat, verbum seminat: tamen ex alia parabola Zyzaniorum, quæ hæc immediate consequitur, constat, eum, qui seminat bonum semine, esse Filium hominis, & hic quodammodo innuitur, cum dicitur, Ecce exiit qui seminat: se quasi ostendens: sicut cum dictum fuit: Ecce Agnus Dei; ostendebatur CHRISTVS. Voluit autem Dominus verbo generali exprimi, per illum scilicet qui seminat, ut non tantum ad se pertinere præsentem parabolam declararet, licet ad se primo & principaliter: nam ipse est primus, & præcipuus verbi Dei, & regni cælorum

Mar. ult. Condemnatur quis vnde.

12 Semen verbi Dei cur parum a nihil fructificet in cordibus humanis.

Fructus, seu mendulla parabola seminantis.

Quis nam ille qui seminat semen scum.

Ioan. 1.

Qualis prædicator Christus.

Concionatores verò quales sint.

Quare Christus dicitur exire.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Quemadmodum & prædicatores exire debeant exëplo Christi.

Olim Christus quomodo seminabat.

prædicator, & seminator, & ipse non tantum in se ipso, sed etiam in alijs prædicatoribus, qui sunt velut sporta, in qua semen reponitur, verbum Dei spargit. Dicitur autem exire, nõ per illum motum loci, qui filio Dei competere nõ potest, sed per novam operationem Incarnationis, qua indutus processit tanquam agricola, apta pluviæ, soli, & frigori veste assumens; cum tamè Rex esset. Dicitur etiã exisse, per ostensionem, & detectionem sui ipsi: quæ admodum Pontifex & Rex, qui cum in cubiculo sunt, videtur tantum ab amicis, & cubicularijs, ac dicuntur nõ exire, quãdo verò omnibus se spectandos exhibent, & in publicum prodeunt, dicuntur exire. In hunc modum ante Incarnationem Filius Dei à cubicularijs tantum cernebatur, id est, ab Angelis Dei: ubi verò nobis conspicuus apparuit, merito exisse dictus est. Dicitur tertio exisse, ob ingentem vim amoris ad exitum compellentis. Omnis enim amor amantem extra se in re amata collocat: nam plantæ per amorẽ naturalem & inditum appetitum in productione similium à seipsis exeunt. In hunc modum Dei filius extra se factus est per amorẽ terræ nostræ: &, vt illi succurreret, terram nostram induit: vt agricola curauit, vt fructus à se expectatos acciperet. Hic etiã amor salutis animarum, & zelus gloriæ Dei prædicatores urgere deberet ad exeundum extra se, nimirum à quiete contemplationis, ad salutarem hanc prædicandi actionem, & vite bonæ exemplum prædicationem ornans: & quiuis etiã bonus auditor extra se exire deberet, ad occurrendum Domino ad se venienti, & prædicatori locum Christi sustinenti, & ita magnus fieret fructus.

Vbi autem dicitur, *Qui seminat*, Græcè profertur *σπείρων*, id est, *qui seminabat*, quia in lege Naturæ, & Moysaica, tum per Angelos, tum per Prophetas, & Philosophos, etiã si nondum per se ipsum, seminabat. Vnde dixit per Isaiam; *Quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum*. Quanquam Prophetæ, & Philosophi, respectu Christi, propriè nõ seminarent; sed ararent tantum & disponent

terram ad excipiendum Christum venturum ad seminandum in ea.

Dicendum deinde quid sit semen. Id Dominus in explicatione parabole exposuit: *Semen*, inquit, *est verbum Dei, siue verbum Regni*, eo quod per illud regnat in nobis. Cæterum quemadmodum Christus Medicus est & medicina, Sacerdos & hostia, Redemptor & redemptio, Legislator & lex, iamitor & ostium; ita sator, & semen. Nec enim est aliud Euangeliũ ipsum, quàm Christus incarnatus, natus, prædicans, moriens, resurgens, mittens Spiritum sanctum, congregans Ecclesiam, illamque sanctificans & gubernans. Et vt semẽ, vel granum frumeti, corticem, siue pellẽ habet, & medullam, simili ratione in verbo Dei inuenitur cortex, quod est verbum ipsum creatum, siue vocale sit, siue scriptum: conceptus verò vocibus inuolutus, Christus Dominus est, qui cor ipsum penetrat, & ingreditur, vt dominus, vt animam ad se conuertat: cum verbum sensibile voce, vel scripto productum, simile existat curru, vel equo hominem usque; ad limen domus, ubi remanere consuevit, vehenti, nam sursum ascendere nequaquam potest: qui verò equo, aut curru vectus est, liberè ad superiora domus conscendit. Christus enim in animam illabitur, cum verbum vocale usque ad aures tantum, scriptum verò ad oculos usque perueniat. Est autem finis iacti in terram seminis, per virtutem quandam occultam terram in se conuertere, & multiplicari in multa semina: quæ virtus assimilandi dicitur. Etenim Christus verbo prædicationis profeminatus in corde, cor hominis excitat, & illud in se conuertit, & assimilatur, & cum ipse sit filius Dei natura, facit nos filios Dei adoptione: & cum ipse sit Iesus & Christus, facit nos salutis sue, & vñctionis participes. Vnde rectè dixit frater Domini; *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus inquit in aliquod creaturæ eius*; & Dominus, *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: Quæ Pater sanctificauit, & misit in mundum* &c. Id est, si illi sunt dii, & filij Dei, ad quos sermo de filio Dei naturali factus est, quãto magis filius

14 Cur verbũ Regni Christi.

Verbũ Euãgelicũ quale sit.

Finis iacti in terram seminis: & quid semen Dei Christus operetur in terra cordis humani.

Iaco. i.

Ioan. 10.

ipse

15 Quare dicitur seminare semen suũ.

Diuiñarũ attributa personarum & causarum.

Secunda ratio.

Isa. 38. & I. Cor. 1. Tertia ratio.

Matt. 10.

Luc. 10.

2. Cor. 13.

I. Cor. 3.

ipse naturalis, & à Patre missus in mundum, Deus erit?

Deinde aduerte, dixisse, *Seminare semen suum*: quia nihil magis est suum, quàm ipsemet sibi: quod etiam dictum est ad differentiam Patris, qui potenter in creatione, & Spiritus sancti, qui benignè & clementer in opere sanctificationis animorum, quos inhabitat, profeminant; Christus autem sapientissimè in opere euangelizandi, & redimendi mundum semen suum proiecit. Et si enim creatio, redemptio, & sanctificatio, opera sint totius Trinitatis: Patri tamen, ob eius proprium, quod est ingenitum esse, & à nullo procedere, potentia creatrix de nihilo attribuitur, quemadmodum Filio procedenti per viam naturæ intellectualis, siue verbi à dicente, sapientia redimens, & Spiritui sancto, tanquam dono & amori ab utroque procedenti, bonitas sanctificans adscribitur. Rursus dixit, *Semen suum*, ad differentiam Philosophorum & sapientum huius mundi, quorum semen, quantum ad bona & vera quæ dixerunt, non erat suum, sed Dei tantum & alienum: quantum ad mala verò suum erat, quia erat admistum peccatis, id est, erroribus, fabulisque; studiose excogitatis, atque alijs defectibus; quod propterea per Christum erat eradicandum, & infatuandum, iuxta illud; *Perdam sapientiã sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo*. Postremò, *Suum* etiam dixit; ad differentiam Prophetarum & Apostolorum, & omnium qui rectè funguntur ministerio verbi Dei; nam hi omnes nihil de suo dicunt, sed de manu Domini suscepto semine, serunt, & prædicant. Vnde Dominus dixit; *Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*. Et alibi, *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit*. Et Paulus: *An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus? Nos etiam nihil rectè possumus seminare, nisi de horreo Domini fulciamus, & seminis inde accepti sporta, & ministri efficiamur. Nec enim qui plantat, vel qui seminat, vel qui irrigat, est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus*. Væ ergo prædi-

canti propria inuenta, & somnia de corde suo, quemadmodum hæretici faciunt, & Rabbinii Iudaizantes, qui dicunt: *Ait Dominus; cum Dominus non miserit eos*. Væ etiam prædicatori Catholico, nisi verbum Dei aliqua ratione semen suum esse fecerit; non tantum per intelligentiam eius quod commune est illi cum demonibus, & peccatoribus, sed intus quidem per peculiarem eius gustum, & affectum, qualis est in illis, qui dicunt: *Letabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa*. Et rursum: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo*. Nam tales, vt vim eius experti, efficacius & fructuosius prædicant: extrã verò per operum bonorum expressionem, & exercitium. Seminatio enim nõ est qualiscunq; seminis proiectio, sed accepto semine in manu in terra arata & culta illud spargere, ne orationi eius vita repugnare videatur. Hinc Iesus bonus doctor, & primus seminator, *cæpit facere, & docere*: vt intelligant, quotquot locum eius sustinent, & ministerium verbi cum fructu exercere volunt, à vita sancta, & moribus virtutes Christianas spirantibus, sibi exordium esse; vt quod alijs prædicare & persuadere cõtendunt, sibi esse prædicatum & persuasissimum ostendant, gratia & munificentia Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viuunt & regnant in seculum seculorum. Amen.

TRACTATUS V.
In eandem primam parabolã seminantis; & seminis in quatuor partes terræ decidentis.

Superiori Tractatu exposuimus, tum radicem, tum corticem parabolæ huius; attingimus etiã nonnulla

Qui sine pseudoprophetæ.

Ezech. 13. & Hier. 13. Prædicator semen verbi Dei suum facere debet dicitur.

Psal. 118.

Ibidem.

Seminatio quemadmodum fieri debet.

Act. 1. & Luc. 24.

ad

Euthym. capit. 2. in Lucam.

Hebraismus.

Scripturis vfitatissima figura.

2

Finis parabolae a Christo intentus in parabola seminantis.

ad medullam spectantia, vt, quis elicit seminator, & quale esset semē, & cur semē suum diceretur: iam quę super- sunt de quatuor terrę partibus hoc loco expedienda sunt. Dominus igitur exponens hanc parabolam, dixit apud Lucam; Est autem hæc parabola, Id est, vt Euthymius exponit, hæc est eius interpretatio & expositio. Qui autem secus viam; hi sunt qui audiunt, &c. Hebraismus est, pro eo ac si diceretur, Semina iacta secus viam, hi sunt, quibus prædicatur verbum, & non audiunt: vel illos significant, quibus prædicatur verbum, & perit, deuoratum à volucris. Quod verò in explicanda hac parabola Matthæus singulari numero est vsus, dicēs: Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est, qui secus viam seminatus est; Marcus verò & Lucas in plurali dixerunt, Qui autem secus viam; hi sunt qui audiunt, deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant; mirum esse non debet: nam singularis pro plurali, & pluralis pro singulari in Scripturis accipi consuevit: & Matthæus ad semē, quod ceciderat in diuersas partes terrę, respexit; Lucas verò & Marcus magis ad significatum, id est, ad terras animorum spiritales sensibilibus significatas. Ad aptiorem verò accommodatiōnem parabolaē rursus præmittendum est, finem parabolaē alium non esse, quàm Iesum tradere rationem, quā nos cognoscere mysteria regni Dei valeamus. Hęc autem sunt, quomodo videlicet in regnū Dei sit ingredendum: quomodo rursus in eo permanendum: postremò, qua ratione in eo fructus edendus. Vt si. v. g. prudens Lector, desiderio teneris viuendi in regno Gallia, eiusq; pars & membrū fieri, tria tibi essent præstanda, vt illud cōsequi posses. Nam primò opus esset, te in illud regnum proficisci, & ingredi; deinde ibi immorari, & permanere; postremò aliqua honesta actione, siue exercitio te ipsum ibidem occupare, ne otio marcesceres, & vitam sustinere non posses. Para-

bola ergo hæc explicat ea, quæ nos impediūt ab ingressu regni Dei: quæ nihil aliud, quàm dæmones sunt, & negligētia siue socordia nostra in audiendo verbo Dei, in terra secus viā seminata, quam conculcant viatores, & volucres semina deuorant, repræsentata. Deinde profert ea, quæ impediunt moram, & permansionē in regno Dei, nempe persecutiones & aduersa, in terra petrosa significata: vel secunda & prospera, quæ in terra spinosa repræsentantur. Postremò prouoducit ea exercitia, quæ permanentes in regno Dei iuuant. Et hoc est cor bonum & optimum, audiens, & retinens, & fructum adferens in patientia; nam tale dat fructum ascendente, & crescentem, trigecuplum, sexagecuplum, & centuplum. Hęc sunt quę in his quatuor partibus terrę continentur; & singula per se sunt nobis digerēda atq; explicanda.

Ingressus igitur in regnū Dei per Fidem est; nam Accedentem ad Deum oportet credere, quia est; & quia inquit rentibus se remunerator est: Fides autē ex auditu; auditus autē per verbū Christi. Terra igitur secus viam, ad literā infidelis vel Catechumenus est, qui nondum induit Christum per Baptismum. Vel hereticus, qui ab Ecclesia egressus est, & cum multa credat, non lōgē est ab illa. Vel deniq; Christianus peccator, qui etsi per fidem informem in Christo sit, nondum tamen ingressus est Christi viam arctā, id est, virtutē, siue charitatem, de qua Apostolus: Excellentiorē viam vobis demonstro, aut ab illa suo vitio excidit. Vnde Dominus explicans hanc terram, ait: Qui autem secus viam, hi sunt, qui audiūt, deinde venit Diabolus, & tollit verbū de corde eorū, ne credentes, salui fiant. Quod verò Matthæus explicās ait: Omnis qui audit verbū regni, & non intelligit, nō significat simpliciter non intelligentem, sed eum qui non vult ferio incumbere vt intelligat, sed fastidit verbum Dei.

Sequitur in Matthæo: Venit Malus, & rapit quod seminatum est in corde eius. Idem ergo est Malus, siue Malignus, siue, vt Græcē dicitur, κακός,

Impedimēta regni Dei quæ nā sint.

Quæ valeāt ad introitū regni Dei.

3 Via regni Dei quæ nā sit. Heb. 11. Rom. 10.

Terra secus viā quę mysticē.

1. Cor. 12.

Audies verbū regni, & non intelligens, qui peccat.

4. Cor.

Qui nam Malus ille sapiens semē in corde auditoris, & quare idem volucris appetitur.

5. Mat. 13.

Apoc. 18.

Quid quod seminatū extra viam conculcatū esse dicitur.

Cacodæmonis in verbū Dei audientes inuidia.

5

à molestia & labore, quem suis scriptulis & tentationibus infert, à Mattheo dicitur, qui à Luca dicitur diabolus, & à Marco Satanas, qui in parabola nuncupatur volucris cœli, id est ambitiosus, qui de cœlo cecidit, & instabilis est, & prædatrix anis, quę tanquam Harpya edit, non quidem ipsum verbum Dei, quo mirifice cruciatur, sed terram cordis habentis verbum, atq; hoc ex inuidia edere siue deuorare dicitur; quemadmodū Christus ex charitate nobis cœnantibus nobiscum concenare dicitur. De his volucris dicitur Apoc. 18. Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est inhabitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immūdi omnes, & custodia omnis volucris immūda. Dicitur ergo diabolus volucris immūda, eo quod in caliginoso huius mundi aëre dæmones morētur cū volucris cœli.

Quod ergo seminatū est secus viā, conculcatur pedibus transeuntium, siue bestia sunt, siue homines; id est, belluinis cupiditatibus & affectibus, siue prudentis humanæ rationibus & arguentis: & ita negligentia & oscitantia auditorum semen remanet detectum, atq; ita facile deuoratur, & perit. Admiranda est autem dæmonis inuidia, & odium Satanae contra eos, qui audiunt Verbum Dei. Nam eo tempore conciliat somnū, adducit garrulus hirundinum, id est, importunas voces quorundam, qui nec ipsi audiunt, nec alios sinunt audire, infantium ploratus, & canum latratus. Solet tunc curas domesticas menti obijcere, lites, & similia, quæ possunt impedire attentionem: constituit eos iudices prædicantium, vt conquerrantur de sermonis prolixitate, subtilitate, siccitate, & obscuritate: interpretantur sinistrè linguam, aut clamores, aut increpationes prædicatorum: deniq; omnibus modis contendit, vt quę dicuntur, vel non audiantur, vel audita non intelligantur, vel intellecta de memoria elabantur, vel ad actionem non deducantur: vt meritò dicatur, Diabolum tollere verbum de corde eorum. Et hæc de prima terra.

Secundam verò petrosam terrā,

quę parum altitudinis, & proinde humoris habet, Dominus exponit, cum ait: Qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Tres facit ordines eorum, qui pereunt; alij enim per inertiam, & ignauiam, quod nolunt adhibere studium intelligendi verbum Dei, & cognoscendi voluntatem Domini; de quibus iam dictū est. Alij verò per mollitiem pereunt, eo quod non ferant tentationes afflictionum, sed statim irruentibus aduersis concidunt: & de his intelligenda est terra petrosa, quę significat eos, qui cū gaudio amplexantur verbum, orta autem tentatione per æstum Solis significata (de qua ait Psaltes, Per diem Sol non vret te, neq; Luna per noctem) retrocedunt: Tentatio enim siue tribulatio in dicto, vel facto aliquo propter verbū Dei, vel Christum fide susceptum, multos quales sint detegit, nempe, an constātes sint, an leues vt paleę: quā Deus plerūq; immittit, vt plus regnare possit in nobis, carne macerata & afflictā: nam vt præda venatione fatigata plus sapit, ita nos gratiores sumus post afflictiones, & persecutiones patienter toleratas. Vnde Salomō ait, Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animā tuā ad tentationem: & frater Domini, Omne gaudium existimate, fratres mei, quum in tentationes varias incideritis. Eandem etiam tentationem plerūq; dæmones excitant, & quasi bellum egredientibus de Aegypto inferre machinantur: sed hoc illi ex inuidia, vt à regno Dei recedas, efficiunt, vt in te possint regnare per hæresim, vel apostasiam à regno Dei, vel per retrocessionem à pœnitentia concepta, à reformatione tui ipsius, & familie tuę, siue per reditum ad vomitum; vtuntur enim inuidia maligni illi spiritus, cum vident te strenuē in regno Dei militare, & verba, & verbera hominum contemnere. Quare qui in huiusmodi tentationes incidunt, & radices firmas pietatis ad Deū, & charitatis ad proximum non egerunt, facile

Triplex ordo pereuntium descriptus à Domino.

Psa. 120.

Effectus tribulationis & tentationis vt

Eccle. 2.

Iaco. 1.

Demoni currenter, ac tribulet.

Ei qui succumbant, quæ ratione, siue sint, non succumbent.

Psal. 69. Ephes. 3.

In terrâ spinosam quæ semen verbi Dei ceciderit.

Deuter. 32

Psal. 90.

Hominum quod genus maiori commiseratione & lacrymis dignum.

Quid quoddam spinæ simul exortæ dicuntur cum semine.

succumbunt, & à via Dei recedant, timore paupertatis, iniuriæ, vel molestiæ perferendæ. Sed his querendus est humor vnctionis Spiritus sancti, vt toleretur crux: & sine ea in fide viriliter sustinendus est Dominus. Iuuat etiam, præmonitio esse de cruce, quæ si non torqueret, crux non esset. Iuuat etiam precatio assidua cum humore lacrymarum & deuotionis, vnde frequenter oculi in cælum attollendi, & cum Dauid dicendum: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Hinc Paulus Ephesij precatur à Deo, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: & vt sint in charitate radicati, & fundati. Tertia terra, quæ impedit ab stabilitate in regno Dei, significat prosperitatem allicientem, atq; idè seducentem; nam vt tribulatio hominem ad cor, & ad Deum reuocat: ita prosperitas à Deo auocat, & ad creaturas cor hominis conuertit: ait enim Moyses, Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilata tus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo: tales enim in vtramq; aurem dormiunt securi, & altum stertunt, maiorque est numerus horû, qui viâ Dei deserunt propter prosperitatē: vt rectè Dauid dixerit: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Ita vt si rectè sapimus, magis sint nobis cõmiserandi qui in diuitijs & voluptatibus demerguntur, quòd neq; se ipsos, neq; Deum agnoscat, quàm qui grauius & diuturnis morbis, vel summa rerum omnium egestate afflicti: quoniam vulgus hos, miseros, & illos, felices appellare solet. De istis ait Dominus exponedo parabolam, Quod autem in spinas ceciderit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Vbi notandum est, quòd dicitur, si mul exortas spinas: nam cum fide avaritia, voluptas, & superbia cõsistit: non tamen cum fide viuã, quæ non tantum hæresi, siue infidelitati, sed omni etiam mortifero delicto aduer-

fatür. Et rectè vocantur ista vitia spinæ. Vt enim spinæ innascentes suffocant iacta semina, sic terrenarum rerum sollicitudines, & seculi cupiditates obruunt, si quid bonarum cogitationum interdum in animo immittitur: de quibus ait, Apostolus: Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis: nimirum, vt Augustinus testatur, quidam prius, inferuerunt se amoribus multis. Vnde diues ille adolescens, ad ea quæ perfectionis sunt, vocatus à Christo, abiit tristis, quia diues erat. Spina crucians, cogitatio est comparandi diuitias; labor in illis augendis & cumulandis; timor in illis amittendis; dolor, & abiectus animus in eis expendendis. Vt cum quis cogitat, si ille diem suum obiret, ego hæres succederem, haberem illam Ecclesiam, vel illud officium. Si annonæ & tritici penuria cresceret, carius ego frumentum meum venderem, & haberem vnde ditari possè, & vnde cupiditati meæ satisfacerem. Diuitias autem vocat Lucas earum studium, quæ suffocant diuinum hoc semē: quæ in Mattheo, & Marco dicuntur fallaces diuitiæ, eo quòd ditare & felicè facere hominem pollicentur: cum in opem potius, atq; infelicem faciant: nam, vt rectè quidam dixit, Inopiæ defunt pauca, luxuriæ multa, sed avaritiæ omnia: quandoquidem auaro tam deest quòd habet, quàm quòd non habet. Intelligat qui se Christi cultores profitentur, & nihil minus norunt quàm Christum, diuitias hæc ab ipsa veritate spinas appellari: qui si verè in Christum crederent, non minus eas auerfarentur, quàm contingere spinas timemus. Et quoties obuios habet pauperes, qui elemosynas peterent, læti illis de suis impertirentur, & leuari se à spinis arbitrentur; imò spinæ illæ in suauissimos flores conuerterentur, qui & vulnera fouerent; & suo odore mirificè proximos delectarēt. Rectè poëtæ Plutum illum, quem diuitiarum Deum esse fabulantur, cæcum sinxerunt: nam quæ monstrorior excogitari cecitas queat, quàm

I. Tim. 6.

August.

Matth. 19. Spina diuitum quæ nã illa.

Diuitiæ tunc fallaces dicuntur à Domino.

Quanta avarorum inopia.

cum

cum possit homo diuitijs frui in hac vita iocundè, summaq; sua cum utilitate, & per eas æternam vitam adipisci, malit eas ita possidere, vt & in hac vita semper in grumnis degat, & post mortem sempiternis pœnis tradatur excrucians? Perpende ex B. Gregorio, duo adiungi diuitijs, sollicitudines, scilicet, & voluptates, & illas quidem præponi, has verò postponi: nam in comparandis diuitijs præcedunt vanæ curæ, quibus miser homo torquetur, obtentæ verò ad voluptates pertrahunt, quibus, vt spinis, anima vulneratur per cruciatum & remorsum conscientiæ. Non desunt qui has terras aliter interpretentur, & secus viam dicat fuisse homines legis nature, qui nondum in via, sed prope erant. Terra petrosa, erant in lege Moyli agentes, qui durri erant, & quibus per Prophetam promissit; Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Terra verò spinosa significat viros Noui Testamenti, quibus à possessione diuitiarum periculum imminet. Terra autem bona in omnibus statibus fructum tulit: in illa legis nature fructum tricesimum: in lege Moyli sexagesimum: in Euangelio centesimum. Rursus alij sunt, qui ad tria vitia capitalia has terras censeant referendas, nempe ad luxuriam, superbiam, & avaritiam. Sensus enim voluptatibus deditus cor habet apertum omnibus Demonibus, & conculcatur à bestiis: Omnis mulier que est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur, vt ait Sapiens. Petrosa terra, superbus est, vt Pharao, & ceteri corde obdurati, quibus iudicium Dei imminet: de quo; Cor durum male habebit in nouissimo. Terra spinosa significat avaritiam, quæ peccatis animam vulnerat, & cruentat. Propter hanc triplicem terram dicitur Hierem. cap. 22. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini: vt omnis terra, tã illa, quæ secus viam est, quàm quæ petrosa; & spinosa, ad fructuose verbum Dei audiendū excitetur. Sed hæc, etsi bonæ sint expositiones, & veræ; nos tamen illam primam, ex verbis Christi simpliciter depromptam; ceteris

6 B. Gre. ho. 15. super Euang. tom. 11. Terræ partium altera applicatio quorundam.

Tertiã applicatio.

Eccle. 9.

Supra. 3.

præferimus. Sequitur quarta terra, sed bona, quæ similiter, vt mala, in tres partes diuiditur: quidam enim sunt, qui studium adhibent discendi, & industriã intelligendi verbum Dei, & Domini voluntatem: atq; hi fructum ferunt copiosum, quem hic dicit Euangelium. Huic studio qui adhibent infractum animi robor, contra tentationes ingruentes, vt nullis terroribus patiantur se à suscepto pietatis studio, & à religione semel amplexata dimoueri, duplicant hunc fructum. Copiosissimum autè fructum ferunt illi, qui renuntiantes omnibus quæ in hoc mudo sunt, nudum Christum nudi sequuntur, vt vnum Christum sibi lucrifaciant; Christo autem per prædicationem, & doctrinã ministerium, ceteros homines. Et de his ait Lucas, Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Terra bona est cor ab humanis affectibus, & terrenis perturbationibus vacuum, & liberum: quam primum enim vitia ab animo tollimus, quæ nos nostra culpa contraximus; & solum illud relinquimus, quod optimè ab optimo opifice creatum est, continuo diuinum semen in nobis fructum edit. Verum quia Caro concupiscit aduersus spiritum, & perpetua inter vtrumq; pugna est, magna est opus tolerantia, & fortiter in acie perstandum, & ob eam causam dixit, per patientiam fructum afferri: quare & in alio loco ait, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sine patientia enim non perseueratur: at nisi perseueraremus, expectari nequit salus. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Hac insignes extiterunt omnes, quicumque grati Deo fuerunt, siue Prophetæ, siue Apostoli, siue Martyres, sed præcipuè diuinus Paulus, qui magnâ terræ partem perambulauit, vt Christi Euangelium annuntiaret, vt tanquã fecunda & ferax terra fructum ubique proferret: ita vt à Hierusalè per circuitum vsque ad Illyricum repleuerit Euangelium Christi. Suos ipse

7 Quam in terra bonã verbi Dei semē cecidit.

Luc. 14.

Terra bona quæ nam sit.

Gal. 5.

Patientiæ ne cessitas. Luc. 21.

Matt. 24.

Rom. 15.

labores,

labores, pericula, & curam omnium Ecclesiarum explicat in posteriori epistola ad Corinthios; cuius partem in Dominica Sexagesime legit Ecclesia, qua die hoc recitatur Evangelium: vt vita B. Pauli commentarius quidam huius Evangelij existat.

8

Quid his numeris, tricesimo, sexagesimo, atque centesimo docetur.

Quod verò dixit B. Marcus de terra bona, quòd Dabat fructum ascendentem, & crescentem; Matthæus explicauit dicendo, Fructum centesimum, sexagesimum, & tricesimum. Vbi tria aduertenda sunt. Primum, his numeris explicari varietatem fructuum, qui ex verbo Dei seminato pro ratione laboris & conatus liberi arbitrij colliguntur. Et quanquam expositio illa, tanquam catholica, & à Patribus tradita, cum veneratione suscipienda sit, quæ docet, tres hominum status illis fructibus respondere, nempe virginum, viduorum, atque coniugatorum; nam virgines centuplum reddunt, vt docet Hieronymus hoc loco, & libro in Iouinianum in principio, & B. Cyprianus de habitu Virginum, atque alij Patres: aliorum tamen expositio parvipendenda non est, quæ docet tres status esse, incipientium, proficientium, & perfectorum, vt exponit Theophilactus, & Euthymius. Per centuplum enim significatur perfecta virtutis fructificatio: per sexagesuplum minor: nam ad triginta, duplum sunt sexaginta, centum verò, triplum, imò & supra triplum, propter perfectionis excellentiam, quia continet virtutem aliorum, & aliquid amplius. Et inter hos perfectos primum locum habent Apostoli, & religiosi, qui propter Christum prædicandum omnia reliquerunt, de quibus Dominus ait, Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Deinde etiam Martyres, qui perfectissima charitate præditi, mortem propter Christum sustinuerunt. Nam Dominus dixit; Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hinc Augustinus quæst. Euangeliorum libro; Quod dicit, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum: centesimum Martyrum propter sanctitatem vitæ, vel contemptum mortis; se-

Hieron. to. 1. & to. 2. B. Cypria. Alter sensus non incongruus.

Theophil. Euthym. c. 24. in Matth.

Per centuplum fructu & per sexagesuplum quid mysticè.

Qui ferant fructu centesimū, qui sexagesimū, qui verò tricesimum. Matth. 19.

Ioan. 15.

Augu. lib. 1. q. Euan-gel. q. 10. tom. 4. ante med.

xagesimum virginum, propter ocium interius, quia non pugnant contra consuetudinem carnis (Solet enim ocium cedi sexagenarijs post militiam, vel post actiones publicas) trigesimum coniugatorum, quia hæc est ætas preliantium: ipsi enim habent acriorem conflictum, ne libidinibus superentur. Hæc ille.

Et vide quomodo pro diuersitate terræ, fructum tam diuersum proferat. Nam præter Dei gratiam, quæ præcipuas partes habet in edendo fructu, adiungendus est liberi arbitrij nostri assensus, & conatus, qui in causa est, vt eundem gradum gratiæ recipientes, longè diuersos proferamus fructus. Ait enim Dominus, quòd reddet vniciq; secundum opera sua. Et rursus Apostolus: Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Quanquam enim labores & opera ex gratia Dei prodeant, & gratia Dei interdum ab Apostolo ob id appellentur, vt cum dicit: Gratia Dei, vita æterna: tamen remuneratio eterne mercedis labores nostros & opera respicit. Alterum est circa illud: In corde bono & optimo audientes. Quod quidam sic interpretantur: In corde bono, natura; sed gratia Dei, optimo. Alij rursus, Corde bono, in subditis; optimo, in pastoribus, & maioribus. Erasmus putauit esse geminationem iuxta morem Hebrææ linguæ, vt illud Hieremias; Ficus bonas, bonas valde; ficus malas, malas valde: id est egregias & excellentes, siue insipidas & acerbis. Sed dicendum est, potius videri Græcam phrasin ex adytis philosophiæ petitam: nam quia sunt duplicia bonorum genera, alia quidem interna, alia externa, rectè omnibus bonis ornatum vocant Græci καλός, καὶ ἀγαθός; hinc verò dicitur, ἢ καὶ ἀγαθία καλῆ, καὶ ἀγαθῆ. externa enim sine internis hypocritam faciunt; interna verò sine externis non edificant, quia non cadunt sub aspectum aliorum: proinde qui honestus, & bonus dicitur iuxta Græcam phrasin, omnium virtutum officijs cumulatus intelligitur.

Postremò ponderandum est quod aiunt, Verbum retinent: est ergo au-

Terræ tā diuersum fructum proferentis, quæ nā ratio sit.

Matth. 16. & sep̄ aliis.

1. Cor. 3.

Rom. 6.

Quid illud: In corde bono, & optimo: varijs sensus. Erasmus.

Hier. 24.

Bona duplicia, interna, & externa.

Καλός, καὶ ἀγαθός Græcis, omnium virtutum officijs intelligitur cumulatus.

10

diendus

Ezech. 33.

Quid rursus illud; Fructu adferunt in patientia.

Iacob. 1.

Υπομονή

Luc. 21.

Id Ecclesiastici: Væ qui perdidit viam, & qui dereliquerunt vias rectas, quid significet. Tertull. Matt. 24. Sustinere, seu perseuerare, quid rare vique in teste Tertulliano.

Ioan. 16.

Patientie fructus vberimus.

diendus verbum Dei libenter, & nõ coactè, ne contingat illud vna aure excipere & altera effluere, & animo edèdi fructu, & vt inuitatus ad mēsam degustare debet quæ apponitur feracula, ne de nobis dicat Deus, vt de auditoribus Ezechielis. Et es eis quasi carmē musicum, quod suauis, dulcisq; sono canitur, & audiunt verba tua, & non faciunt ea. Verbum tiam retinent, vt in star animalium mundorum quæ ruminant, ita illi mente reuoluant & recogitent vim & efficaciam verbi Dei, subdit: Et fructum adferunt in patientia. Nam quia, patientia opus perfectum habet, omnia quæ ex illa radice prodeunt, perfecta sunt. Græca vox ὑπομονή proprie expectationem, & longanimitatem significat, vt sensus sit: fructum adferunt in patienti expectatione mercedis, scilicet æternæ vitæ. Et de hac dixit Dominus alio loco; In patientia vestra possidebitis animas vestras. Sed reuera hæc expectatio siue patientia non est, & eam efficit quatenus est opus. Hinc Eccl. 2. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine. Et infra; Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo; & ideo non protegentur ab eo. Væ his qui perdidit viam sustentiam, & qui dereliquerunt vias rectas; id est, qui victi aduersa aliqua fortuna, non perseuerarunt in via Dei. Et Tertullianus in Gnosticis disputans, & verba edisserens Dñi: Qui sustinuerit usque in finem, hic saluus erit, ait; Quid sustinendo, nisi traditionem, nisi persecutionem, nisi occisionem? Nec enim aliud est sustinere in finem, quam pati finem. Continet ergo sustentiam, id est, Diuinæ mercedis expectatio patientiæ, & malorum tolerantia, vt docet Ecclesiastici auctor, & Tertullianus. Granida mulier nõ profert fructu nisi cū patientia dolorum ingruentium. Nux percussa abudatiorē fructum reddit. Terra ipsa, nisi aratro & ligone agitata, aqua, niuibus, & frigore visitata, vberes fructus non producit. Proinde pudeat nos tā ignaues esse, & propositis tam generosis Sanctorum exemplis tam frigide respondere; efficiamurq; terra bona, quæ diuinum semen in ea iactum multi-

plicet, ac benedictionem à Deo consequi mereatur, iuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Santo semper viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

TRACTATUS VI. In parabolā zizaniorum, quam solus Matthæus proponit cap. 13.

ALIAM parabolam proposuit illis, dicens; Simile factum est Regnū cælorū homini qui seminauit bonū semen in agro suo. Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Quum autē creuisset herba, & fructu fecisset, tūc apparuerūt zizania, &c. Secunda hæc est in ordine parabola, quā & ipsam Dñs Apostolis interrogantibus per se ipsū explicare dignatus est: ex cuius epiparabola colligi potest, quæ finem maximè Dñs in ea proponenda respexit. Fuit enim mēs Dñi, per eā declarare, malos cū bonis in medio Ecclesiæ simul futuros ad diē vsque iudicij, cū fiet ab se inuicē discretio, & separatio. Et videtur hæc parabola aliquid addere præcedenti, in qua terrā bonā distinxit à terris sterilibus fructu, aut nullū, aut saltē nõ quale debebat, reddētib; hic verò adiungit etiā illā bonā quartā partē terræ, quæ varios profert fructus, plures, & pauciores, nõ omnino alienā à malis seminibus futurā: nā hostis bona semina in corrupta esse nõ finit: vnde describitur in hoc Euāgelio occultū bellū demoniis cōtra Christum, & suos, instar serpētis occulti, & qui calcaneo insidiatur pugnat, qui aliās aperte bellū indicit, & Sicut Leo rugiens circuit, quæ res quæ deuoret. Et vt illa valet ad mōnēdos auditores, ne gratis audiāt verbū Dei, & ad cōsolationē discipulorū, ne ob id cessarēt à prædicatione, etiā si in multis illā infrugiferā essēt experiri: ita & hæc præfēs valet ad cōmone faciēdos auditores, ne sibi ex eo place-

Parabolæ zizaniorū epiparabola.

Matth. 13. Quid hæc parabola supra illā seminis corineat amplius.

Qualis hostis noster diabolus Christi testimonio, & Mosis.

Gen. 3.

1. Pet. 5. Superioris parabola, & istius vtilitates.

D rent,

rent, quod Christu sequi videretur, cum semper mali homines essent suo gregi admiscendi; & ad folandos discipulos; & omnes bonos fideles, ne ex eo offenderentur, vel scandalu acciperent. Et vt priori parabola significatus est primus status Ecclesie ab initio predicationis Christi, vsq; ad mortē Dni, & Apostoloru: ita secundus status Ecclesie in hac nobis proponitur, quando post predicatione, & mortē Apostoloru prodierunt heretici, initio quide occulti propter metū, ne statim ortu suo cōprimeretur

Quantū autē hęc parabola cū illa Sagenę, ac cū illa Oviū, & hęc dorū eundē finē spectare videatur: tamen nihil obstat vnius, & eiusdē rei plures parabolas tradi, vt ab initio admonuimus; vt qui per vnā non capit mysteria regni Dei, per alterā sibi magis notā, & familiarē intelligat. Deinde, vt admonuit Chrysostomus tractans parabolā Sagenę: Quid, inquit, interest hęc ab illa, quę de zizanij est? Eodē enim modo etiā ibi alij saluantur, alij perdūt. Verū ibi heres, atq; prauis dogmatibus, & qui ante illā parabolā sunt, quoniā predicationi non adhaerunt; isti verō malē viuendo percunt, & ceteris sunt inferiores, quoniā veritatē quidē cognouerūt, & in verriculū piscatorū inciderunt, & tamē malē viuendo perierunt. Et certē alibi ait; Quia ipse segregabit eos, vt pastor oues segregat; hic verō, & in parabola de zizanij Angelos istud facturos dixit. Ita ille. Augustinus lib. quęst. Euangel. secundū Matth. sic scribit; Sed rectē queritur, vtrū heretici sint, aut malē viuentes Catholicī? Possunt enim dici filij mali etiā heretici, quia ex eodē Euangelij semine, & Christi nomine procreati, prauis opinionibus ad falsa dogmata cōuertuntur. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videtur illi significari, qui vnius cōmunionis sunt. Veruntamē quoniā Dns agrum ipsum, non Ecclesiā, sed hunc mundū interpretatus est, bene intelliguntur heretici: quia nō societate vnius Ecclesie, vel vnius fidei, sed societate solius nominis Christiani in hoc mūdo permiscetur bonis: at illi, qui in eadē fide mali sunt, palea potius, quā

zizania deputantur: quia palea etiam fundamentū ipsum habet cū frumento, radicēq; cōmunē. In illa planē Sagenā, qua concluduntur & mali, & boni pisces, non absurdē mali Catholici intelliguntur. Aliud est enim mare, quod magis mundū istū significat; aliud Sagenā, quę vni fidei, vel vni Ecclesie cōmunitō videtur ostēdere. Inter hereticos, & malos Catholicos hoc interest, quod heretici falsa credunt, illi autē vera credēs nō viuūt ita vt credūt. Solet autē etiā queri, schismatici quid ab hereticis distent; & hoc inueniri, quod schismaticos non fides diuersa faciat, sed cōmunitōnis dirupta societas. Sed vtrū inter zizania numerādi sint, dubitari potest. Hęc ille: qui etiā schismaticos cōputet inter corruptas spicas, vel aristas fractas, ac de segete abscissas, tamen propter insigne scādalu, quod Ecclesie prębet; & viā ad hęresim, ad quā schisma disponit, nō absurdē inter zizania possunt cōputari. Idē Augustinus lib. retract. illud etiā, inquit, quod dixi, Ad multitudinē zizaniorū, vbi intelliguntur omnes heretici; minus habet vnā necessariam coniunctionem. Dicendū enim fuit; vbi intelliguntur etiā omnes hereses. Nunc verō ita dictū est, quasi pręter Ecclesiā tantūmodo sint zizania, non etiā in Ecclesia, cū ipsa sit regnum Christi, de quo collecturi sunt Angeli eius messis tempore omnia scandala. Vnde Cyprianus Martyr; Etsi videntur, inquit, in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas vestra, vt quoniā zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Hęc ille, admittēs pręter hereticos alios quoq; criminosos, & scelestos dici posse zizania: quod & autoritate Cypriani confirmatur; & hęc de scopo.

De cortice autē; Fingitur homo bonū semen seminasse in agro suo; sed nocturno tempore accessisse inimicum, & prę inuidia seminasse zizania. Zizanium, feminino, & neutro genere declinatur; quęadmodum margaritū, & margarita. Est autē vox Gręca, significans, teste Augustino lib. quęst. Euangel. omnē immundi-

Heretici a malis Catholicis quid differant, secundu August. Schismatici quid ab hereticis distent eodē auctore.

Schismaticos inter zizania nō ineptē cōputari

Idem. lib. 2. Retracta = tio. ca. 28. to. 1. prope initium.

Cypriā. li. epi. 3. sub initium. Zizaniorum occasione in Ecclesia sub ortoru non deserēda est ipsa Ecclesia, teste Cypriano.

3 Cortex huius parabolę.

Zizanium quid. Aug. lib. 1. q. Euange. cap. 12. to. 4.

2 Quibus cum alijs hęc parabola zizaniorū conuenire videatur, & quorsum inducētē sint.

Matth. 13. Infra. 15. Secunda ratio.

Chryf. ho. 48. in Matth. circa mediu. to. 2.

Matth. 15.

Aug. lib. 4. Euang. secundū Matth. q. ii. initio to. 4. ante medium.

Per zizania in medio tritici seminata quid intelligat Augustinus. Alter eius scēsus cōgruentior.

Ambros. li. 3. Hexametero. cap. 10. tom. 4. prope initium. Hieron. to. 9. initio.

Zizanium vnde nascitur: eius proprietates.

Plautus in Milite: Mirū est lolo te vidēre tam vili tritico. Quid iā quia luciosus. & Ouid. lib. 1. Pastorū, Et careat lolij oculis vitia tibus agri. Virgil. 1. Georg. Pli. lib. 18. cap. 17. prope initium. Ruellius. Theophr.

4 Quomodo tritici, & hordeum in lolium, lolium contra inferum metum conuertantur. Hieron. in cap. 13. Matth.

Ordo huius tractationis.

tiā in segete. Et Ambrosius in lib. Hexameron ait; Lolium, & reliqua adulterina semina, quę frugibus sepe miscetur, zizania nūcupari, Evangelica lectione cognouimus. Et vt Hieronymus hoc loco docet, Inter triticū, & zizania, quod nos appellamus lolium, quādiu herba est, & nodū culmus venit ad spicā, grandis similitudo est, & in discernendo aut nulla, aut perdifficilis distantiā. Hactenus ille. Est ergo zizanium, lolium, & quęcunq; alia adulterina semina. Nascitur autem lolium ex tritici, vel hordei corruptis granis: reddit fructum nigrum, pulueri similit, sed dū est in herba, simillimū tritico. Comedi solet cū tritico a pauperibus, & teste Plauto, manducatu nocet oculis, propter acres vapores, quos in caput attollit: vnde, Lolium videtur, prouerbij loco dicitur. In cęcutiētes & luciosos somnum inducit, vertiginem, & vomitum: rationem, & sensum oppilat, & hominem ad insaniam redigit; dictum a Gallistura, ab inebriando: ob quam causam a Poeta dicitur, Infelix lolium; a Plinio, morbus & pestis frugum, & Gręce ἰλιον quali οισάριον παρὰ τὸ σίτρον καίολον, quod videlicet tritico noceat. Naturā lolij, siue zizanij, docet Theophrastus, & Ruellius lib. 2. de natura stirpium, cap. 30. Atq; hęc pauca de secundo, nimirum de cortice dicta sint.

Sed, vt nonnulli tradunt, triticū & hordeum nimia terre vligine corruptum, iugibusq; pluuijs dilutum, in lolium conuertitur: contra verō cum est terrę magna siccitas, lolium conuertitur in frumentum. In applicatione sequemur expositionem Domini. Et vt Hieronymus ait, Quę exposita sunt a Domino, his debemus accommodare fidem: quę autem tacita, & nostrę intelligentię derelicta, perstringenda sunt breuiter. Dicendum ergo, quis sit seminator, & quod semen eius, & quis ager. Deinde quis sit inimicus homo, & quid zizania. Tertio, qui homines dormiētes. Quarto, qui sint ferui volentes colligere zizania ante tempus, & ratio propter quā compressi sunt a patre familias. Postremò, quid sit messis, & quomodo colligatur zi-

zania in fasciculos vt cōburantur, & triticum, vt reponatur in horreum.

Ad primā quęstionē dicendum, fatorē, esse Filium hominis, qui & in precedenti parabola seminator fuit: qui quatenus homo est, imperfecto hominū supplere atq; illos miserari tanquā homo dignat. Hic autē vt Deus est, & Verbū æternū, agro nature nřę se adiūxit, & vniuit, cū Verbū caro factū est: in cuius virtute seminavit illud in cordibus omniū hominū, cū tanto labore ipsius incarnati Verbi, & Apostolorū, & omniū ministrorum, & cū tā continua & assidua operatione Trinitatis. Semen autē bonum, vel dogmata Fidei sūt, quę fide suscepta, homines bonos efficiunt, vt Hieronymus exponit; siue, vt Dns interpretatur, filij sunt regni: quęadmodū zizania, filij sunt nequę. Neq; mireris, si in parabola precedenti semen, erat Verbū Dei, siue verbū regni: in hac autē semen bonū, sunt filij regni: quia verbū regni dum fide suscipitur, & colitur, ipsum habentē semen efficit, vt possit in alios multiplicari, dū verbo, & vitę exēplo alios Christo generat: atq; ad hoc alludens propheta Hieremias dixit; Ecce dies veniūt, dicit Dns: & seminabo domū Israel, & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum: per homines & iumenta intelligēs, siue sapientes, & simplices, siue Iudeos, & Gentiles, qui ad Iudeos cōparati, erant velut iumenta, cum scripturis, & Prophetis essent destituti. Vocat ergo bonū semē, filios regni: quia prius Deus verbo suo acquisiuit multos, quos deinde tanquam semina in mundo sparsit, cū ad predicanum verbū vniuersę creaturę misit. Vnde & in priori etiā parabola de terra secus viā dicitur: Hic est qui secus viam seminatus est. Dicitur ergo homo seminatus, eo quod semen susceperit, & verbū regni seminatu in homine, seu in corde eius: quęadmodū dicimus & agrū seminatu esse, & semē seminatu esse in agro: & ager seminatus & ferax potest dici seminarium ad serendos alios agros. Tale se semen agnoscebat B. Ignatius, cū dicebat, Triticum Dei sum, dentibus bestiarum

5 Quis sit seminator tritici.

Ioan. 1.

Quod nā sit semē bonū. Hierony. loco predicto.

Si semen in priori parabola erat verbū Dei, quid ergo nūc semen bonum dicuntur filij regni.

Hiere. 13.

Seminare domū Israel, & domū Iuda semine hominū, & semine iumentorum, quid apud Hieremiam.

Bonum semen cur filij regni dicatur.

Mar. ult. c.

Quale semē B. Ignatius. B. Ignatius ante med. epist. 15.

molar. Et dicuntur filij regni, quod in eis, tanquam in filiis regnet Deus; quibus nocere zizania non possint: & ipsi feruendo Deo, regnant, liberati à saeuissimo & tyrannico regno dæmonis: dicunturque bonum semen, non solum in se ipsis, sed quia prædicationis verbo, & sanctæ vitæ exemplo alios agros liberant à sterilitate, & à bestijs, id est, dæmonibus cõculcentur: & faciunt vt producant operis boni fructum, ad æternam vitam consequendam: & filij regni aliter hoc loco accipiendi sunt atq; Matt. 8. vbi dicitur, *Filij autem regni eijciuntur in tenebras exteriores*: quo loco dicuntur filij regni secundum comunem hominum exultationem & iudiciũ, hic vero secundum veritatem & diuinam prædestinationem. Ager verò, iuxta Dñi interpretationem, mundus est, qui dicitur suus ager: quia *Dñi est terra & plenitudo eius*; nõ tantum iure creationis, sed etiã titulo emptionis: & dici potest ager sanguinis, quia Christi sanguine redemptus. Suus etiã dicitur, quia in illo, vt sibi simili, delectatur, ita vt dixerit, *Delecta mea esse cum filijs hominum.* Quid enim nos homines, nisi portio mundi, sumus, in qua cum huius vel illius feminis portio ceciderit, aut vtrũq; simul, hi simus atq; dicamur, quatenus femina illa nos cõmutarunt? Vt enim ego homo simplex sum, qui si accedit arspictoria, pictor dicor; at si agrorum colendorum, agricola vocor; quod si plures artes accedant, eius præcipue nomine, quæ aut firmitus hæsit, aut quæ plus exerceo, vocor: ita filius Dei sum, & dicor, si ad voluntatem Dei viuo, aut Christus in me viuit, alius futurus, si ad alterius præscriptum vixerò, aut alius in me spiritus vixerit; ita enim dicere solemus, Alius homo sum, non sum ille, qui heri, aut nudiustertius fuorim, cum mores mutatos indicare volumus. In huc sensum loquitur Paulus de homine nouo, & veteri, interiori, et exteriori, animali, & spiritali.

Ad secundum, zizania, exposuit Dñs esse filios nequæ, siue Græce *πονηρῶν* id est, illius nequissimi & importuni dæmonis, cuius semine sunt om-

nes mali, iuxta illud, *Qui facit peccatum, ex diabolo est: & iterum, Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere.* Tamẽ hoc loco nõ quoslibet peccatores, sed insignes, & seditiones, qui Ecclesiam scindunt & perturbant, quales sunt hæresiarum & schismatici, ac publice criminosi, & qui semina sunt ad alios filios diaboli sibi similes generandos, intelliguntur: vt ex his, quæ ex Chrysofomo, & Augustino attulimus, constat; nõ inferius per zizania explicat scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, exponit. Nã vt zizania ex corruptis tritici, & hordei seminibus gignuntur: ita heretici non nisi ex corrupta fide in quibusdã ob nimiam carnis pinguedinem, tanquam terræ viginẽ, efficiuntur, vt inquit Ioannes. 1. *Ex nobis prodierunt; sed nõ erant ex nobis.* Ac vt in terra nimis sicca in frumentum cõuertuntur zizania: ita hereticus si à peccatis, & presertim à vitijs carnis se contineat, ad fidem Catholicam reuertitur. Producent zizania fructum nigrum, & pulueri similem: hic est eiorum in Fide Catholica, qui splendorem fidei denigrat, & hominem puluerem efficit; ita vt facillime moueatur omni vento doctrine: nam hereticus non sibi constat, sed modò hanc, modò illam opinionem amplectitur; cum careat solido fidei fundamento. Ad hec zizanium dum in herba est, simillimum est tritico, ita hereses, & heretici proponetes, ab initio, siue dum in herba sunt, nihil videntur distare vel à Catholicis fidei dogmatibus, vel ab orthodoxis Ecclesie filijs, donec tamẽ maturescant, & grandescant, manifeste se produnt, quod tandem eorum peruersa dogmata tendant. Inducit spiritum vertiginis, vt nequeant consistere, & vomitum corum, que fide susceperunt. Præterea vt zizania obturare dicuntur sensu & ratione, & hominem redigere ad insaniam, eumq; ebrium reddere: similiter hereses ratione homines destituunt, & ob obstinationem & peritiam rationes in contrarium, vel scripturas, vel Patres nõ audiunt, quibus oculos sero claudunt, & tandem homines omnino insanos reddunt. Nam

1. Ioan. 3. Ioan. 8.
Vnde heretici nascuntur, ita infelix videlicet lolium, & steriles auehiæ.
Ioan. 2.
Ephes. 4.
Hæretici, & inconstantia: Secunda ratio, hereticus cur zizanijs comparatur.
Tertia ratio

Filij regni quare boni sint semen.

Quis nã sit ager, & cuius sit ille, & quare. Psal. 23.

Prou. 8.

Quæ sunt zizania.

Mira heretici corum insaniam
 7 *Quis ille inimicus homo qui superfeminavit zizania.*
 Sap. 2. Ioan. 8.
 Quare inimicus ille vocatur homo. Gen. 3.
 Psal. 139. Psal. 9. Quam occulte, & tectè operetur Ephes. 6. Ioan. 3. 2. Cor. 11.
 Matt. 7.
 Inimicus homo ille cur tantum dicitur superfeminasse zizania.

quid magis insaniam proximũ, quam vni sibi plus tribuere, quam traditioni Apostolicæ, aut vniuersis Ecclesie Patribus, & iactare se solos id videre, quod nullus hactenus perspicere potuit? vnde & instar ebrii & insani verba sine sensu & ratione effundunt; & eorum scripta, insanientes & ebrios auctores ipsorum fuisse arguunt atque demonstrant.

Inimicus autem homo ille idem est, qui in præcedenti parabola Malus absolute à Matthæo dicitur, siue diabolus & Satanus à ceteris Euangelistis, qui verè primus in cælo zizania seminavit inter Angelos, & in terris parens est, & seminarium omnium zizaniorum. Verè inimicus, quia oppositam habet voluntatem, & nostram sitit perditionem. Homo enim diaboli naturam ignorans, & inuidiam eius agnoscens, *Qua mors introiit in orbem terrarum, & quia ille homicida erat ab initio*, vt ait Dominus, hominem existimat, & hominis formam, & affectus illi tribuit. Hominis etiam est inimici, in plantis, siue in agris illi nocere, & post se deuictum triumphatumq; hominem, homo dicitur: quemadmodum Scipio Africanus ab Africa deuastata. Deniq; dum tentat, in affectus humanos se transformat, vt melius possit decipere. De hoc inimico homine loquitur Dauid, cum ait; *Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.* Et rursus, *Exurge Domine, non confortetur homo.* Et aduerte, dæmonem, qui princeps est tenebrarum, & qui tanquam malè agens odit lucem, secretò operari. Nam si in propria specie veniret, quisque sibi ab eo, tanquam ab hoste capitali caueret; propterea transfiguratus venit in Angelum lucis; & cum sit lupus rapax, in vestimentis ouium venit, & noctu, & clam, hoc est, per alios, tanquam per sua organa, ne insidie eius agnoscantur, & technæ. Aduerte etiam, dæmonem, vel ad hæresim, vel ad peccatum cogere posse neminem: idcirco dicitur tantum superfeminasse: quod per suggestiones facit, ne quisquam existi-

met se esse zizania natura sua, ac non potius studio, & voluntate sua.

Ad tertium, homines dormientes, pastores sunt Ecclesiarum, quibus cura committitur ouium, siue agrorum, sicut & in parabola vineæ agricolæ dicuntur; velut inferiores vocantur vineæ, siue Dei agricultura, de quibus Apostolus ad Corinthios ait: *Dei agricultura estis, Dei edificatio estis.* His ergo, qui custodiæ aliorum deputati sunt, vigilantia præcipitur iuxta verbum Christi; *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes*: & Apostoli, *Obedite præpositis vestris, & subiaceite eis: ipsi enim peruigilant, quasi ratione pro animabus vestris reddituri.* Quando ergo illi homines, quorum est pro alijs vigilare, dormiunt, habentes sensus supinos ad diuinam, & apertos ac intentos ad humanam, & dicentes cum Gallione Proconsule quæstiones esse de nominibus legis, tunc inimicus homo super seminat zizania. Hinc rectè ait Sapiens; *Per agrum hominis pigri (id est, dormientis) transiit, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vritica, & operuerant superficiem eius spine, & maceria lapidum destructa erat.*

Possumus etiã per somnum, intelligere Dei permissionem, qui, quasi dormiat, multa videtur permittere, & dissimulare. Nam & ipso Christo apud nos existente, ac dissimulante, dæmon superfeminavit zizania, id est, Iudam, Simonem Magum, & his alios persimiles, vt Elymam Magum, Hymeneum, & Alexandrum. Quod si hæc, vigilantibus pastoribus, facta sunt, quid credendum est accidere, dum dormiunt.

Ex illo autem verbo, *Superfeminavit zizania*, doctè annotant Chrysofomus, & illo antiquior Tertullianus lib. de præscriptionib. hæreticorum, antiquior esse veritatem, errorẽ verò diuinitatis: nõ cum error priuatio sit veritatis, & habitus suapte natura præcedat priuationem; oportet cõsiteri hæreses exortas in Ecclesia tãquam zizania, posteriorẽs verã fide existere. Prophete æteriores sũt pseudo prophetis, si cut Apostoli pseudoapostolis. Verã Christi Ecclesia

8 *Qui sint homines dormientes.*
 1. Cor. 3.
 Luc. 12.
 Heb. 13.
 Act. 18.
 Prou. 24.
 9 *Alter sensus de hominibus dormientibus.*
 Christo ad huc viuente, ac paulò post eius in cælos ascensum quæ super seminata uerit inimicus homo zizania.
 Ioan. 13.
 Act. 13.
 1. Tim. 1.
 10 *Chryf. ho. 47. in Matth. initio tom. 2.*
 Tertull. *Veritas quare antiquior errore seu mendacio.*

Palsadogma
ta a veris,
spuriasque
cogregatio-
nes a legi
imis discer-
nendi, re-
gula Tertulia
ni.

Ab inimico
homine cur
supersemi-
na: zizania
in medio tri-
tici.

Irenæ. lib. 1.
contra Valē-
tin. cap. 1. in
ter medium
& finem.

Abutentes
scripturis
sanctis qua-
les Irenæo.

Petrus Ra-
uen. serm.
96. in fine
Quos inier
inimicus ho-
mo superle
minet ziza-
niam medio
tritici.

Qui sint ser-
ui colligere
volentes zi-
zania ante
tempus.
Primus sen-
sus qui refel-
litur.

Hieron. in
Matth. 13.
cap. to. 9.
initio.

Aug. lib. 9.
ex Matth.
9. 12. to. 4.
Secundus sen-
sus, idē etiā
inoptu.

tempore præcedit quacunq; falsam hæreticorū cōgregationē: præcedit creatoris bona, mala diaboli post se- quūtur, vt malū quod accidit ex dia- bolo, sit accidens, nō natura. Ideo cer- ta regula cognoscendi, & reprobādi dogmata falsa, & cōgregationes spu- rias, quæ nomē Catholici sibi tribue- re non verentur, à Tertulliano tra- ditur à tēporis ratione. Nā quæcunq; tēpore posteriora sunt, tanquā de ve- ritate suspecta nobis (quia recētiora) esse debent. Deinde ex eo quod ait, *In medio tritici, erudimur, dæmonē, & hæreticū in disseminandis suis erro- ribus semper niti super aliquo vero, aut super aliquo loco Scripturæ, qui in specie facere videtur.* Nam, vt pul- chre ait Irenæus, *Vt facile est ex multi- tudine lapillorū pretiosorū, qui varijs coloribus constāt, efficere imaginē Re- gis, aut aliter compositis & contextis efficere imaginē vulpis: ita hæreticus sentētias Scripturæ sacræ, quæ imagi- nē veritatis reddūt, detortas, & male in- tellectas, ad representandā effigiē falsi- tatis, & erroris componere solet, ita vt videatur Scriptura asserere, quod nun- quā asseruit.* Rectē proinde Petrus Ra- uennas interpretatur illa verba: *Super seminavit zizania in medio tritici: Quia, inquit, diabolus hæreses inter fi- deles; inter sanctos, peccatū: inter paci- ficos, lites; inter simplices, dolos; inter innocentes, nequitiam gratis serere cō- suevit: non vt acquirat zizania, sed vt triticum perdat: nec vt reos capiat, sed vt adimat innocentes.*

Ad quartum dicendum, Dominū, qui sint serui qui patrē familiās admo- nuerunt de superfeminatis zizanijs, non explicuisse: & profectō tales, An- geli esse non possunt, vt sentit Hiero- nymus, qui non ignorāt dēmonū do- los, & machinas, nec ignorāt, Deū eo- rū insidias, & technas nō latere. Au- gustinus etiā lib. De quæst. Euangeli- cis, seruos patrē familiās ex eo non posse esse Angelos demonstrat, quia in fine parabolæ Angeli nomine messo- rū veniūt. Neq; rursus ipsos pastores, & Ecclesiarū custodes significant: nā hīc serui ab hominibus dormiētibus distinguuntur, & præterea tales volen-

tes colligere zizania, id est, punire, & castigare hæreticos, & homines scāda- lū disseminātes, prohibētur; cū tamē pastoribus sit præceptū vt ius dicant, ac in seditiosos animaduertant: pro- pterea nāq; illis baculus pastoralis tri- buitur, vt illo possint lupos arcere, & cōprehēsos percutere. Et claves re- gni cœlorū acceperunt, vt ligare pos- sint, & soluere. Superest igitur, vt per seruos, intelligamus homines peculia- ri Dei zelo præditos, qui Dei iniurias patiēter ferre nō valēt, sed subitō vel- lent vltionē de seditiosis, & vindictā de hæreticis sumere: quales fuerunt Iacobus & Ioannes, qui Samaritanos nolentes excipere Dñm, igni exustos esse voluerūt, & dixerūt, *Dñe, vis dici- mus vt ignis descendat de cœlo, & cōsu- mat illos?* In hoc spiritu Helias dixit; *Si vir Dei ego sum, descēdat ignis de cœ- lo & deuoret te, & quinquaginta tuos:* & Paulus Elymā Magū Euangelio ob- sistētē, cæcitatē dānauit.

Hi ergo duo inducūtur Dñm inter rogasse: & de duobus ab eo accepisse responsum. Primū est, vnde ager ha- beret zizania? & audierunt opera ini- mici hominis factū, dæmonēq; vni- uersis Christi & suorū studijs & co- natibus præ inuidia & hominis odio, repugnare. Secundum est, quod cū creuisset herba, & fecisset fructū, & cœpissent apparere zizania, quæ prius delitescēbant, dixerunt, *Dñe, vis ea- mus, & colligamus ea?* talis enim inter dū solet esse zelus priuatorū quorum dā seruorum Dei, vt cum primū erū- punt hæreses, schismata in Ecclesia, aut scandala, confestim inardescant, & malos de medio tolli vehementer cupiant; & vt id sibi liceat per Dei le- gem, exoptent. Sed isti audierunt, *Non: ne forte colligentes zizania, era- dicetis simul & triticum.* Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem. Vbi in primis nota verbū B. Chrysostomi in illud: *Cum creuisset herba, & fecisset fructū. Id certē, inquit, moris est apud hereti- cos, vt obumbrent seipsos, atq; occul- tent in principijs, quousq; maiorem fiduciam capiant, & quodam fauore multitudinis iuuetur: tunc enim conta- giosa venena intrepide effūdūt. Sic ille*

Pastorū mu-
nus quod sit

Matth. 16.
Infra. 18.
Tertius sen-
sus proprius
& germanus

Luc. 9.
Quos olim
zelus domus
Dei comede-
rit, detectio
q; tenuit pro
peccatori-
bus derelin-
quentibus le-
gem eius

4. Reg. 1.
Añ. 13.
Quorundā
zelus seruo-
rum Dei nō
omnino lam-
dabilis.

Chrys. ho-
mil. 47. in
Matth. to. 2.
Mores Hæ-
reticorū qua-
les.

August. in
Psalm. 80.
tom. 8.

Hæretici
his vt ver-
bis abutan-
tur, Ne for-
tē colligen-
tes zizania,
eradicetis
simul & tri-
ticum.
Idē Chrys.
tom. 2.
Alter eorū
abusus ver-
borū Chry-
sostomi.

Euthym. c.
24. in Mat-
theum.

13
Quid pro-
prie signifi-
cer: Ne for-
tē colligen-
tes zizania,
eradicetis si-
mul & triti-
cum.
Hier. to. 9.

Deuter. 13.

1. Cor. 5.

Quæ quidem proxima sunt his, quæ Augustinus tradit, qui hæresim no- uam, & recentem Vulpi comparat de- litescenti, & veluti per rimas prore- penti: illam verò iam prouectam, & grandescētem, Leoni aperto Marte certanti, & viribus confidenti, elean- ter assimilat. Solent autem hæretici, qui nostra tempestate Ecclesiam infe- stant, hac parabola abuti; præsertim il- lis verbis, *Ne fortē colligētes zizania, eradicetis simul & triticum:* quasi illis verbis Dominus prohibuerit hæreti- cos comburi, aut morte puniri. Ad- ducunt præterea verba Chrysosto- mi, illud ferè tradentis, ait enim ho- mil. 48. in hunc locum: *Non prohibet cōciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi conci- dere: verū interficere ac trucidare. Sed vide quā mitis sit: non enim solū pro- hibet, sed cur prohibet, rationem expo- nit. Quid autē si perseuerabunt ad mor- tem vsque zizania? Rursus eos verbo Ioannis commonefacit, quibus iudicem ipsum fore assererat, dicens parcedum esse zizanijs, quousq; cum frumentis in agro sunt, quia possunt in frumenti sta- tū cōmutari. Similia ferè Euthymius Chrysostomum sequutus scripsit.*

Sed certē diligenter rem suā agūt hæretici: atq; hic locus pro illis mini- mē facit, & à Patribus aliter exponi- tur. Nam in primis hīc tantum est ser- mo de hæreticis, quando euelli de vi- ta non possunt, sine manifesto pericu- lo tritici. Vnde Hieronymus ait: *Quod autem dicitur: Ne fortē colligentes zi- zania, eradicetis simul & frumentū, da- tur loc⁹ pœnitentiæ, & monemur, ne citō amputemus fratres: quia fieri potest, vt il- le qui hodie noxio deprauat⁹ est dogma- te, cras respiciat, & defedere incipiat ve- ritatē. Illud quoq; quod sequitur: Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem, videtur il- li præcepto esse contrariū: Auseres ma- lū de medio tui, & Nequaquā societatem habedā cū his, qui fratres nominantur, & sunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicatio, & vsq; ad messem tenenda est patientia: quomodo eijcendi sunt quidam de medio nostrū? Inter triticum & zizania, quod nos ap- pellamus lolium, quandiu herba est, &*

nondū culmus venit ad spicā, grādis si- militudo est, & in discernēdo, aut nulla, aut perdifficilis distantia. Præmonet er- go Dominus, ne, vbi quid ambigū est, ci- tō sententiam proferamus; sed Deo iudi- ci terminum reseruemus: vt cum dies iu- dicij venerit, ille non suspicionem cri- minis, sed manifestum reatum de sancto rum cœtu eijciat. Eadem ferè docet Augustinus lib. 3. contra epistolam Parmeniani cap. 2. cuius hæc sunt verba: *Ipse Dominus, cum seruis nolentibus zizania colligere, dixit: Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem, præmisit causam, dicens, Ne fortē cum vultis colli- gere zizania, eradicetis simul & triti- cū. Vbi satis ostēdit, cū metus iste nō sub- est, sed omnino de frumentorum firma stabilitate certa securitas manet, id est, quando ita cuiusq; crimen notum est om- nibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales ha- beat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disci- plinæ, in qua tanto est efficacior emen- datio prauitatis, quanto diligentior cō- firmatio caritatis. Hi ergo duo Patres vnanimi consensu tradūt, sensum hu- ius loci esse, prohibitam punitiōnem hæreticorum, quando non cōstat de certo crimine, sed tantum est suspi- cio, aut quando timetur maius malū per eorum punitiōnem in Ecclesiam accessuri.*

Est alius secundus sensus huius lo- li, qui diligenter & seriō expendū- est, Dominum hæc verba non dire- xisse ad præpositos, & magistratus, si- ue ecclesiasticos, siue seculares, quo- rū est punire fontes, & eradicare zi- zania, & quibus dicitur, *Maleficos non patietis viuere: & Apostolus, Non enim, inquit, sine causa gladium por- tat: & rursus, Vtinam & abscindatur, qui vos conturbant: in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiā. Aufe- res malum de medio tui: Modicum fer- mentum totam massam corrumpit: Qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Eth- nicus & publicanus; aliās enim nec homicidæ, nec fures; nec seditiosi, nec proditores morte essent plecten- di, sed expectandū vsq; ad finem secu- li.* Verba ergo Christi ad seruos pa-

Aug. to. 7.
prope ini-
tium.

14
Alter sen-
sus illius sen-
tentia, satis
eius accom-
datus.

Rom. 13.
Gal. 5.
2. Cor. 10.
Deuter. 13.
1. Cor. 5.
Gal. 5.
Matth. 18.

Sentes puni re soli qui debeant.

trifamilias directa sunt, qui priuata autoritate & zelo volebant infurgete ad zizania de medio tollenda: qui nec potestate laica, nec ecclesiastica praediti sunt. Ideo non est cuiusuis, crimen, vel in Deu ipsum admissum, nisi tantum magistratus Dei potestatem & locum habentis, punire. Atq; huic nihil hoc loco dicitur, nihil prohibetur, sicut nec Medico officium secandi, vel vrendi, cum opus est, interdicitur: sed tantum declaratur, ex somno & culpa praepositoru Ecclesiae custodiar deputatoru, & negligentia & vitio magistratus secularis in haereticos, & alios seditiosos homines, vt decet, non animaduertentis, hanc zizaniorum cum tritico permixtionem prouenire, & zelo praferuidis volentibus haec diuina & extraordinaria potestate punire, prohibet, & propheticè annuntiat, se nolle cum eis alia via procedere, quam expectatione temporis, & messis, iudicij tarditatem, supplicij grauitate compensando: & interim non euelli zizania, reddi in beneficium tritici: & ex pugna cum illis, victoria gloriosior elicitur, & dogmatum Fidei traditio clarior: ac vt tyranni fortitudinem martyrum suis persecutionibus exercuerunt: ita haeretici suis disceptationibus & argumentis doctores Ecclesiae catholicos in pugna illustres & conspicuos reddiderunt: nam oportet hereses esse, ait Apostolus, vt & qui probati sunt, manifesti fiant.

Improboru hominu pcc nam cur differat in die vsq; iudicij Deus.

I. Cor. II.

Quo sensu Chrysostr. mus hereticos, dixerit esse tolerandos, nec euita tollendos.

Quare ex hoc loco nihil habent pro se haeretici, nec seditiosi: quia cum scandala & facientes iniquitatem Dominus interpretetur per zizania, non posset magistratus villos delinquentes punire: nihil ergo, inquam, habet isti ex hoc loco, sicut nec ex verbis Chrysostr. mi, qui intelligi potest, vel de his, qui nondum sunt in haereticam prauitatem & obstinationem prolapsi, vel de illis, qui obstinati sunt, qui locus poenitentiae minimè est de negandus: vt tametsi corporum, non tamen animarum iacturam faciat. Ipse etiam aperte docet, ob periculum, quod imminet Catholicis, si haeretici puniantur, abstinentium esse ab infli-

genda illis morte: His verbis Dominus prohibet euelli zizania: ne forte simul cum zizanijs herbam etiam tritici euellant: decebat enim, vt bella, & effusionem sanguinis prohiberet. Nam si tunc trucidarentur haeretici, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferretur. Eadem ferè verba affert Euthymius, vt intelligas Chrysostr. mi sententiam ab illa Augustini non disidere: nam & aliquando Augustinus in ea fuit sententia, vt in haereticos gladio non animaduertentis, postea tamen se eam mutasse, testatur epistola. 48. ad Vincentium Donatistam, sic scribens: Mea primitus sententia erat, neminem ad unitatem Ecclesiae esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apertos haereticos non ueramus. Sed haec opinio mea, non contradicendum verbis, sed demonstrantiu superabatur exemplis: nam primò mihi opponebatur ciuitas mea, quae cum tota esset in parte Donati, ad unitatem Catholicam timore legum imperialiū conuersa est, quam nunc videmus ita huius vestrae animositatis perniciem detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliae multae, quae mihi nominatim commemorabatur, vt ipsis rebus agnosceret etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est: Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Ita sensit Augustinus. Et statim quidem haeretico infligitur excommunicatio, quia sine scandalo fit, & medicina est peccanti: sed non statim infertur mors, quia post eam non potest poenitere. Etsi ecclesia sine scandalo non valet mortem inferre, vt quado multi sunt haeresi maculati, vel fautores habet potentes, mortem inferre non solet. Si autem potest, ipsa per se iudicium sanguinis non exercet, sed tradit magistratui laico, vt nolentem respicere, vel in haereticum relapsum, iuxta leges imperiales puniat, quanquam relapsus & respicientem, vt saluus mortem oppetat, in gremium recipit suum. Deus autem malos tolerat, vt aliquando conuertantur, vel bonos exerceant, vel exemplum eis benefaciendi per eorum mala praebant: vt misericordia

Euthym. 6. 24. in Mat.

Aug. to. 2.

Augustinus de haereticis statim coercendis quare sententia mutauit, eodem auctore.

Prou. 9. Ecclesia vt puniat haereticos.

Malos Deus cur tolerat.

Dei

Dei ostendatur, ac ne boni omnes ex necessitate esse videatur. Ecclesia autem peccatores, si haeretici non sint, tolerat, quia non cognoscit omnes malos, nec aduersus notos malos idoneas habet probationes, vt eos possit punire, nec vires habet euellendi. Si ergo nesciuntur, praestat vt deliteant. Si autem sciuntur, & sunt leuia peccata, vt haeresis sine pertinacia, secundum Augustinum, & Hieronymum, tolerandi sunt qui ea admittunt, atq; docendi. Si autem magna & manifesta, & sine scandalo puniri possunt, puniendi sunt: alias superfedendum est. Quia ergo ait, Sinite utraq; crescere vsq; ad messem: debent qui zelo vruntur, & ipsi iudicij Dei acquiescere. Et messem vocat, consummationem mundi, in qua erit plena perfectio, tum iustorum, tum impiorum. Cum interim locum habeat illa sententia: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Et in tempore messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Messores interpretatus est Dominus esse Angelos: qui sicut ministrant nobis in procuranda salute nostra, ita etiam in remuneratione accipienda: & in malos ac reprobos diuini iudicij sententiam exequentur. Ideo alligare zizania in fasciculos iubentur: cum quibus factores ipsorum zizaniorum, hoc est, daemones, simul colligentur; quare daemones executores non erunt Diuinae sententiae. Et quod ait, Primum, non dicitur respectu tritici, quasi prius colligenda sint zizania, quam triticum: sed respectu reliquorum, qui propter suas iniquitates damnabuntur: nam illi insigniter mali, & qui seduxerunt alios, prius alligantur: unde Dominus interpretans dixit: Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis, &c. Vbi primò per scandala intelligit zizania, quae semina fuerunt alios per haeresim, vel schisma seducendi: per eos vero qui iniquitatem faciunt, vel

B. August. lib. vntico questionu secundum Matthaeum q. 11. to. 4. Hieron. in Mat. to. 9.

Quid messis.

Apoc. VI.

Angel. qui messores.

Illud colligite primum zizania, quo accipiendum sit modo.

Illud colligite primum zizania, quo accipiendum sit modo.

Dei ostendatur, ac ne boni omnes ex necessitate esse videatur. Ecclesia autem peccatores, si haeretici non sint, tolerat, quia non cognoscit omnes malos, nec aduersus notos malos idoneas habet probationes, vt eos possit punire, nec vires habet euellendi. Si ergo nesciuntur, praestat vt deliteant. Si autem sciuntur, & sunt leuia peccata, vt haeresis sine pertinacia, secundum Augustinum, & Hieronymum, tolerandi sunt qui ea admittunt, atq; docendi. Si autem magna & manifesta, & sine scandalo puniri possunt, puniendi sunt: alias superfedendum est. Quia ergo ait, Sinite utraq; crescere vsq; ad messem: debent qui zelo vruntur, & ipsi iudicij Dei acquiescere. Et messem vocat, consummationem mundi, in qua erit plena perfectio, tum iustorum, tum impiorum. Cum interim locum habeat illa sententia: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Et in tempore messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Messores interpretatus est Dominus esse Angelos: qui sicut ministrant nobis in procuranda salute nostra, ita etiam in remuneratione accipienda: & in malos ac reprobos diuini iudicij sententiam exequentur. Ideo alligare zizania in fasciculos iubentur: cum quibus factores ipsorum zizaniorum, hoc est, daemones, simul colligentur; quare daemones executores non erunt Diuinae sententiae. Et quod ait, Primum, non dicitur respectu tritici, quasi prius colligenda sint zizania, quam triticum: sed respectu reliquorum, qui propter suas iniquitates damnabuntur: nam illi insigniter mali, & qui seduxerunt alios, prius alligantur: unde Dominus interpretans dixit: Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis, &c. Vbi primò per scandala intelligit zizania, quae semina fuerunt alios per haeresim, vel schisma seducendi: per eos vero qui iniquitatem faciunt, vel

expositio est verbi praecedentis scada la, id est, qui in iniquitate perseuerat; vbi discipulos eorum intelligit, vel potius peccatores alios, qui vt hostes Christi danati sub pedibus eius conspiciuntur: omnes tamen in caminum ignis mittentur. Quod verò dixit, in fasciculos, & non in vnum fascem, id, secundum Augustinum, referendum est ad multitudinem haereticarum; & diuersitatem errorum. Nam erunt Arriani, Valentiniani, Manichaei, Pelagiani, Lutherani, Sacramentarij, & innumeræ penè aliae sectae: & apparebit tunc eos non solum à Catholicis, sed etiam à se inuicem dissentire: vt etsi caudæ vulpium Sampsonis sint cunctae & colligatae, facies tamen earum fiant auersae. Et significatur per fasciculos, quod vnus alterum comburet: quemadmodum vnus alterum seduxit. Significatur insuper, quod habebunt pedes, & manus ligatas in supplicio, qui hic ad malum operandum, cui pertinaciter haeserunt, operante daemone, colligatas habuerunt, ne ab eo se diuelli sinerent. Quod verò in igne proieciuntur, pulchre ostendit, quo sint digni heretici supplicio: nam etsi ignem praesentis seculi euadant, haud tamen aeternum gehennae ignem effugient: Et vt Deus Num. 16. Dathan & Abiron schismaticos igne puniuit: ita omnis hereticus, cum se ab unitate praescindat, schismaticus est, & igne dignus. Nam vt olim Dominus quinq; ciuitates infando crimine laborantes igne exussit, ob quam causam igni apud nos solum impletur: ita haeretici, qui schismaticos illos imitatur, digni sunt, quin igni percellantur: maxime cum ignis supplicij terribile existat, & vehementer animos spectantium à crimine haeresis amouere, & perterrefacere possit, & soleat. Horreu verò, in quod reconditur bonum triticum, caelum est Empyreum, & terra viuentium, in qua non minus, pro varietate meritum, multae erunt mansiones, quam in inferno, pro varietate criminum, diuersa supplicia. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Id est, existentes in conspectu Patris, fulgebunt

In fasciculis, non autem in vno fascem, cur zizania colligenda. Aug. libr. praedicto.

Iudic. 15.

Christus quid per fasciculos designauerit.

Quid quod zizania alliganda sunt ad comburendum.

Gen. 19.

Horreum in quod triticum congregandum.

sicut

Iusti quomodo fulgebunt sicut Sol in regno Patris eorum. Matt. 5.

sicut Sol, quia de paterno lumine participabunt; ac tales erunt, quales dignum est esse filios ante oculos tanti Patris, quorum lux nunc fulget coram hominibus; ut videantur opera eorum bona, & glorificetur eorum Pater, qui in caelis est. Sed tunc clarius fulgebunt, quoniam liberati ab omni errore, peccato, & malorum permixtione, omnibus apparebit esse filios Dei, quod nunc impijs non apparet, imò nec ipsis Dei filijs usquequaque; comperitum est. Charissimi, inquit Dilectus, nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Et impij tunc dicent, Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij, &c. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Propterea merito Dominus subiungit: Qui habet aures audiendi, audiat. Id est, quisque; tempestiue oculos aperiat, tantumque; malum cauere satagat, tantumque; filiorum Dei gloriam & splendorem diligenter consequi studeat; praesente Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto semper uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

1. Ioa. 3.

Sap. 5.

Quorsumid, Qui haberaures audiendi, audiat.

TRACTATUS VII.

In parabolam seminis iacti, & crescentis dum homonefcit, de qua solus Marcus cap. 4. loquitur.

Hic Dicebat, Sic est regnum Dei, quemadmodum si homoiaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & semen germinet, & increfcit, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. Haec parabola, quam solus retulit

Marcus, breuis est, & non admodum obscura, & ordine temporis praecedat illam grani sinapis, teste eodem Marco in hoc ipso capite, & consequitur tempore illam zizaniorum; atque; illam Dominus seorsim Apostolis, at non turbare dixit, quando scilicet eis exposuit primam parabolam. Scopus illius facile apprehenditur, si consideres praecedentia. Cum enim Dominus parabolam primam exposuisset, hortatus est Apostolos, ut lumen acceptum, in se ipsis non tantum retinerent, sed ut in alios illud effunderent; non tantum nihil eos amissuros praedicens, sed etiam dona ipsis collata cumulatueros. Nam omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.

His dictis, praesentem subiicit parabolam, ad declarandum modum, quo sua, siue Apostolica praedicatio fructum ferat. Nam praedicatio, siue sua, siue Discipulorum, similis est homini seminanti semen in agro, cuius germinatio & fructus, non a se, sed aliunde expectatur, scilicet a terra. Ita praedicationis fructus non ab ipso seminante, sed ab auditorum cordibus pedet. Et ut tempore messis apponitur falx, ita producto praedestinato fructu, succiduntur viri iusti de hac vita per mortem. Quoniam enim in prima parabola semen ceciderat in tres partes terrae sine fructu: & in secunda parabola quaedam bona semina in zizania interdum conuerti explicuerat: ne propterea Apostoli munus praedicationis subterfugerent, & crederent se sine fructu praedicatueros, & oleum, & operam perdituros, proposuit hanc parabolam, qua ostendit, operam praedicationis Euangelicae mercede sua aeterna non carituram, etiam si auditores, vel verbum non recipiant, vel receptum amittant, vel eorum vitio & negligentia in zizania conuertatur. Nam fructum edere bonum, non est seminantis, sed ipsius qui semen recipit, hoc est auditoris.

Quod ad literam attinet, non est hoc loco ignorandum, regnum Dei, siue regnum caelorum, multipliciter

Quando hac parabolam Dominus proposuit, & qui bene explicuit.

Eius scopus.

Matt. 25.

2. Praedicatio Euangelica quam similis sementi.

Cuius proprium sit edere fructum bonum.

3

Regnum Dei, siue Regnum caelorum variae acceptiones in Euag.

Matt. 8.

Infra. 21.

Rom. 14.

Matt. 6.

Infra. 17.

Matt. 28.

in nouo Testamento accipi: nam & pro Christo Domino accipitur, qui, quantum ad humanitatem attinet, regnum Dei est, Deo subditum atque; obediens, pendens Deo tributum honoris, obedientiae atque; utilitatis, dum per Christum mundum sibi reconciliauit. Secundum, regnum Dei, dicitur Ecclesia Militans, tanquam sponsa Christo coniuncta, qui Rex eius est, & cui pendit praedictum tributum, dum pro eius honore & obedientia militat. Tertium, Ecclesia Triumphans vocatur regnum in caelo collecta. Quartum, per analogiam quandam, praemium vitae aeternae regnum Dei, vel caelorum dicitur. Non omnis, ait Dominus, qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum caelorum: ita etiam per analogiam caelum ipsum Empyreum, tanquam locus, in quo Deus regnat, dicitur regnum Dei. Eadem ratione per proportionem quandam ad Ecclesiam Militantem, quam diximus appellari regnum Dei, Fides est regnum Dei, quia per illam est aditus ad regnum Dei. Scriptura ipsa, quae hoc regnum caelorum explicat, regnum quoque; Dei nuncupatur, iuxta illud, Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Caritas, siue gratia Dei, regnum dici potest, quia per illam regnat in nobis Deus: ut merito sit dictum ab Apostolo, Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & gaudium in Spiritu sancto. Aduentus Domini ad iudicium, regnum Dei appellatur, de quo dicimus, Adueniat regnum tuum: quia appariturus est in gloria: quemadmodum in die Transfigurationis traditur venisse in regnum suum: & in die Resurrectionis dicitur regnum ingressus, cum inquit, Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Praedicatio enim Euangelica, & Sacramentorum dispensatio, nec non hierarchia Ecclesiasticorum ordinum & pastorum, qui clauis habent regni caelorum, regnum Dei sunt, & dicuntur, de quo Act. 1. Quibus & praebuit se ipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Cum igitur tam multiplex sit huius vocis significatus; propterea mihi

rari non debemus, tot parabolis regnum Dei explicari: nam modum hanc, modum illam significationem respicit. Cum ergo regnum caelorum, vel regnum Dei, simile dicitur, aut grano sinapis, aut Femeto, aut Margaritae pretiosae, vel Decem Virginibus, non intelligas quod conueniat quantum ad omnes partes regni, sed quantum ad aliquid sui. Nam regnum caelorum varia in se complectitur, nempe regnum, ciues, legem, praemium, pastores, &c. quanquam facillima ratio sit explicandi similes loquutiones, ut regnum caelorum dicatur simile huic, vel illi rei, quia videlicet in regno caelorum tale quid contingit, quale de huiusmodi re narratur. In praesenti autem parabola regnum Dei, quod ad ministerium praedicandi attinet, seminanti assimilatur, quemadmodum in alijs quantum ad alia: quod semel hic dictum esse volumus, ne opus sit toties idem repetere.

Deinde quantum ad corticem, expende, terrae dari ut vltro producat, primum herbam, deinde spicam, &c. Quibus verbis CHRISTVS nequam intendit terrae tribuere voluntatem, aut liberum arbitrium, sed latius accipit vocabulum vltro, nempe pro eo, quodcunque natura ex se, ac sine violentia operatur. Nam ut violentia dicuntur, quaecunque extra se principium operandi habent, siue naturali, siue sensitiuo, siue rationali appetitu operentur: ita vltro, vel sponte fieri dicuntur, quae suapte natura, & ex principio intrinseco, etiam si non nihil exterius adiuuentur, operari solent. Vnde Poeta lib. Georgicorum ait: Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura sponte tulere sua, carpsit. Et Ouidius, Ipsa quoque; immunis, rastroque; intacta, nec vllis saucia vulneribus per se dabat omnia tellus. Et rursus, Sponte sua fruges tellus inarata ferebat. Quod attinet ad sensum principalem, & intentum, expediendum est.

4. Similitudines praedictae, comparationes variae atque; diuersae regni caelorum quemadmodum accipienda sint. Matt. 25. Facillima illas explicandi ratio.

5. Parabola feminatis cortex.

Violenta quae dicantur.

Virgil. lib. 2. Georg.

Ouid. 1. Metamor.

Idem ibidem.

6

Quo respectu regnum Dei sit simile semini.

7 Homiacies seminem, quis ille.

Seminet agrum duplici semine quis. Leuit. 19.

Matt. 7.

1. Cor. 3.

8 Dormiat, & exurgat quado mystice Christus.

Hæc lectio Græcorum: Sic est regnum Dei, quæ admodum si quis iaciat,

Et dicebat: Simile est regnum Dei. Nempe quantum ad regem, & ministros eius seminantes, id est, Christum, & Apostolos, & Apostolico prædicationis munere fungentes. Et quantum ad semen, id est, verbum Euangelicum, quo regitur. Et quantum ad subditos regni, qui sunt vt terra quæ regitur à Deo: tum quod ad finem regni attinet, id est, cœlestem gloriam, quæ significatur per messem.

Sicut si homo iaciat sementem. Christus homo factus est, vt apte seminantis fungeretur officio, vel quibus bonus minister ratione vtens incedendo verbo Dei, quod nõ nisi in arata, & purgata terra à sentibus & faxis ferere debet. Et si ratione vtitur, nõ debet ferere agrum duplici semine, quod lege veteri cautum erat, id est, verbo Dei, & verbo hominum, nempe fabulis poetarum, vel errorum hæresibus ab hominibus excogitatis. Seminatur etiam agrum duplici semine, qui se ipsum cum Christo prædicat. Debet præterea sanctum cambus minime dare, nec proijcere porcis margaritas. Debet paruulis lac porrigere, & prouectis solidum cibum. Hic est enim homo, qui ratione vtitur in serendo.

Et dormiat, & exurgat. Christus in cœlum ascendens se recipit, vt cum suis à labore quiescat: vel in suis ministris laborans, & ferens post prædicationem dormit, dum orationis, & cõtemplationis somnum capit. Debet enim ministri pro incremento seminis prædicati Dominum deprecari. Exurgit autem à somno, dum seminata curat ne deuorentur ab auibus, vel ab inimico homine zizanij supereminentur. Non enim dormire, hoc loco est negligenter agere, vt in præcedenti parabola zizaniorum, sed curam proferendi fructum Deo permittere. Ipse tamen nõ debet esse immemor officij sui: quia debet dormire suo tempore, & rursus suo exurgere. Nocte & die semen germinet, & crescat dum nescit ille. Hæc videtur præstantior lectio, quam dicere, Exurgit nocte & die; etsi hanc lectionem sequantur Theophylactus, & Chrysostronus, qui exponunt, CHRISTVM homi-

nem semen iactum erigere per prospera, & aduersa. Omnia enim ad fructum edendum nos inuitant: & ita esset explicandum: Dormit nocte, & exurgit de die; id est, negocia sua operatur humanitus. Prior tamen lectio bonum sensum habet: Nocte & die semen germinat, & crescit; id est, postquam seminumatum est granum, agricola vacante alijs negocijs, ac nesciente, semen virtute terræ corrumpitur, quod ad corpus spectat: & quantum ad quandam partem, quæ in semine instar animæ est, viuit, & germinare incipit, primum sub terra, deinde crescit super terram, & se spectabile reddit quod antea delitescerat, & secretis auctibus increfcit. Ita verbum Dei prædicatum, & in corde hominis susceptum, primum mortuum efficitur, quod attinet ad corpus, dum veterem hominem occidit, & rationem per fidem humiliat, corpus verò abstinentia, & continentia sacrificat, deinde nouus homo in terra delitescens: postremò incipit prodire foras, & per fructum boni operis se spectandum, ad aliorum exemplum, præbere. Ac subdit: Dum nescit ille. Auctor commentorum in Marcum sub falso nomine B. Hieronymi, exponit, id est, dum ille nescire nos facit, quis scilicet in fine fructum affert: nam qui perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Vt ergo scire dicitur, quando scire nos facit: vnde Abrahã dixit Gen. 22. Nunc cognoui quod timeas Deum: ita nescire dicitur, dum nescire nos facit. Alius tamen sensus ex litera Græca colligitur, dicitur enim εσθη οιδμα αυτος id est, quasi ille nõ videat. Prædicator enim rete verbi Dei tendit, nesciens quem piscem debeat comprehendere: aut quando in illo sermo prædicatus fructum ferre debeat. Interdum etiam vitium aliquod infectatur aut hæresim aliquam digrediendo impugnat: tamen si ipse nesciat, quod tendat Spiritus sanctus, qui impellit eum ad dicendum, & quorsum quid dicatur, ignoret. Nã, vt scribit Augustinus, dum semel sermonem haberet ad populum, magno feruore Spiritus in Manichæos impugnãdos

&c. atq; do exurgat nocte, & die, quæ sensum habeat. Theophyl. in Marcum. Chrysostr. hom. 47. in Matt. to. 2. Illaverò. Nocte & die semen germinet, & reliqua, quid significet.

Verbi Dei cum semine in terram iacto sensum succrescente comparationis explicatio.

Semen diuini verbi vt crescat prædicatore nesciente. Tom. 9. operum B. Hieronymi.

Gen. 22.

Alter sensus

Possido. e. 15. Vitæ S. Aug.

Augustini digressionem negociator quidã Manichæus conuersus.

Alterum exemplum in humano conceptu, partuq;

Ephes. 2. Iacob. 1.

Tertium exemplum in horologio.

9

Humani arbitrij liberum in terra fructificare primum herbam, deinde spicam, postea frumentum plenum in spica, pulchra descriptio. Eccles. 15. Ibidem.

digressus est, dicens multa quæ minime præcogitauerat: sed vbi finem sermonis dicendi fecit, audiuit Manichæum quendam suæ concioni ad fuisse, cuius adiuueto ad sanamentem, & fidem Catholicam redijset. Ignorat etiam, qua ratione verbum Dei interiorius operetur, & auditoris mentem ad ferapiat atque conuertat, hominemq; ex animali spiritualem efficiat. Nam vt facile est intelligere, qua ratione vir legitimam suam vxorem cognoscat, sed qua ratione materia seminaria coalescat in foetum, aut foetus organis distinguatur, aut anima rationis compos illi infundatur, prorsus humanæ mentis aciem transcendit, ad eum modum concionatori satis est, verbum Dei aperte proponere, illudq; charitatis ardore ad persuadendum effundere, etiãsi ignota sit virtus eius, quæ in auditorum corde operatur, & illos ex filijs iræ, in filios Dei regenerat, secundum illud: Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquid creature eius. Ergo fructus crescit, dum nescit ille. Sicut enim horologii umbram progressam vides, progredientem verò nequam percipere potes, quia eius motus sub sensum non cadit, ita ingeniorum & vitæ profectus cernitur, sed progressus eius, non sentitur.

Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Pulchre describitur hominis liberum arbitrium, in quo à Deo conditum est, vt non nisi liberè bonum, aut malum fructum edere possit; ita vt qui liberum arbitrium hominis inficietur, naturam prorsus hominis ignorare videatur, sensumq; ipsum, atq; experientiam abneget: cum cognoscat se relictum in manu consilij sui, & habere potestatem siue in aquam, siue in ignem porrigendi manum, id est, siue bene, siue malè operandi, siue inter bona, & mala, siue inter plura bona, siue inter plura mala quodcumq; voluerit, eligendi. Et dum vult, potest desistere ab actu volendi: sicut etiam cum non vult, & nulla est necessitas, vel repugnantia, vel propositio, & infirmitas carnis, vel illa

dæmonis quantumuis grauis têtatio, & persuasio, quæ hominem cogere, & vim illi inferre queat: quanquam sine gratia Dei ad fructum bonum edendum per se natura non sufficiat. Sed hæc gratiam nulli Deus denegat, nisi ipse sibi velit deesse, & oculos veritatis luci velit claudere. Proinde quod ad rem præsentem attinet, quem admodum terra nondum seminata nõ nisi tribulos & spinas, & alias noxias herbas, in quibus latitant serpentes producit: ita homo suapte natura, quæ vitio primi parentis corrupta est, & propensa ad malum, bona opera edere nequit, sed vitia, & peccata, quibus dæmones delectantur, germinat. At si terra bono semine sit cõspersa, nec hoc quidem fatis est ad producendum bonum fructum, nisi adsit Sol cœlestis, & pluuia tēpestiua, & absint nebulæ, aut grandines, & cetera impedimeta, quæ bene seminata suffocare solent. Simili ratione homines verbo Dei audito, nõ possunt ad bonam frugem emergere, nisi adsit diuina gratia, quæ instar Solis maturos edat fructus, & more pluuie animam irriget, & fecundet. Vnde dictum est Iacob Gen. 27. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terre, abundantiam frumenti, & vini, & olei: nõ ait, de labore tuo: nõ quod laborare non debeamus, cū dicat Paulus, Abundantius illis omnibus laboraui; sed quia primas partes habet Dei gratia, propterea subdidit Paulus, Nõ ego, sed gratia Dei mecum. Et ideò in proposta autoritate prius dicitur, De rore cœli, & de pinguedine terre: ros enim cœli, gratia Dei est: pinguedo terræ, consolatio Spiritus sancti: quæ si cum labore nostro coniungantur, proferunt frumentum, id est, solidum cibum virtutis, vinum, hoc est, gaudium spirituale, & oleum, id est, misericordiam ad proximum.

Deinde cõsidera, quid terra sata proferat, nempe herbam, spicam, & plenum frumentum. Et per herbam significantur qui virtutis principia demonstrant, & ad certam sunt adhuc delicati & teneri, quæ admodum herba. Deinde profert spicam, quæ eos, qui in bono progressi sunt, & ad ferèdas, cõtumelias duriores

Liberum hominis arbitrium, vt fructificet, quæ egeat diuina gratia, & auxilio. Genes. 3.

Terra ad fructificandum, quibus opus habeat cœli beneficijs.

Expenditur illud verbum Isaac ad Iacob: Det tibi Deus de rore cœli, &c. 1. Cor. 15.

Ros cœli quid, & pinguedo terræ, vinum, oleum que significet.

IO Terra cœlestis seminata, quam proferat herbam, spicam, & frumentum plenum in spica.

effecti, ac proficietes significat: spica siquidē internodijs distinguitur, & re- cta in altum erigitur; & aristis volucri- bus semen rapere volētibus obsistit. Plenū verò frumentū designat homi- nes perfectas habētes virtutes, & ple- na opera habentes, & qui pro Christo parati sunt animā ponere, & quasi fru- mentū mola confici, vt similia fiāt de- licata, vt illam Dominus edat.

II Non ignoro, multis alijs modis re- ctē accomodari posse hęc tria mem- bra, quæ Christus distinxit: vt herba sint, qui fide, & timore à malo rece- dunt, quia *Timor Domini expellit pec- catū; & Initium sapientiæ timor Domi- ni*: Spica sint, virtutem spei habentes, quæ in altum erigitur, spem fructus æterni percipiēdi præstat, etiā si ad il- lū fructū percipiendū, quia in alto si- tus est, opus sit saltu aliquo terrā ip- sam deserere, & in sublime attolli, vt pulchrē meditatuse est Gregorius Ma- gnus, pōderando illa verba Apostoli ad Timotheū: *Apprehēde vitā æternā*. Plenū verò frumentū, sunt amantes, & qui plenitudinē dilectionis habēt, quæ primum *patiens est, benigna est*, vt docet diuinus Paulus. Nam *Chari- tas omnia sustinet* aduersa, & omnia operatur bona propter dilectum. Se- mini, dum adhuc in herba est, immi- net periculum à gelu, ne arefcat, quæ res peccatū est. Pericula etiā bestiarū conculcantium, id est, ne recta animo- rum desideria & consilia depascant demones, qui bestiarum more omnia conculcant, de quibus Dauid; *Ne tra- das bestijs animas cōstitentes tibi*. Inter dum tamen segeti, dū est in herba; & tēpestiuus quā par sit, ob pingue- dinē terræ in altū erigitur, consultū est, vt ab ouibus depascatur, vt ita ma- iores radices agere possit: quā ratio- ne expedit imperfectis, & incipienti- bus, vt domi se contineāt, nec statim foras erūpant, & se ostentēt, cū non- dū firmas radices egerint: ne suscitata aliqua persecutione arefcat, nimirū sibi placentes, & quæ Dei sunt, si- bi tribuentes. Spicæ verò imminet periculum nebulæ Solem tegetis: ita proficientibus periculum est à te- piditate, quæ Christum Solem nobis

tegit, & amittere facit omnē spē cœle- stis præmij: & interdū incidit in hære- ses, & errores, qui quidem Christum falsis scripturarum testimonijs velāt: quales sunt, de prouidentia Dei, de immortalitate animorum, de simplici fornicatione, & similibus. Et deni- que vt nebula granum minus, & ma- gis tenue reddit, nec finit ad plenitu- dinem suam peruenire: ita hæresis Christum quendam tenuem, & no- uum, ac nō plenum nobis efficit. Fru- mento verò periculū imminet à grā- dine, & igne, id est, à vehemēti ten- tatione, quæ perfectis seruatur: quan- quā non minū periclitetur ob aua- ritiam hominum, qui illud fossis sub- terraneis abscondunt; quod dæmo- nes præstare solent, dum perfectis hominibus persuadēt, vt in eremum, aut in quendam secretum locum se- abdant; vt populum verbo Dei, aut vi- tæ exemplo non pascant.

III Non ignoro, alias adferri posse cō- modas expositiones: vt herba fuerit in lege naturæ, spica in illa Moyfi; frumentū in lege Euangelica. Vel in ipso Euāgelio herba sit contritio, spi- ca, cōfessio, satisfactio, & vitæ emēda- tio sit, plenum frumentū. Vel herba infirma, & quæ nō procul distat à ter- ra, laici sint terrenis immerfi, vxori, & filijs vacantes: spica, sint sacerdo- tes, & religiosi boni à terra eleuati, in cœlestia & diuina assurgentes: ple- num frumentum sint pastores & an- tistites Ecclesiarum, quorum est alios pascere, non minū verbo & Sacra- mento, quā exēplo. Siue, vt Grego- rius in Ezechielē scribit, *Cūm deside- ria bona cōcipimus, semē in terrā mitti- mus: cūm verò opera recta incipimus, herba sumus: cūm ad profectum boni operis crescimus, spica: cūm in eiusdem operationis perfectionem, plenum fru- mentum de spica proferimus*. Sed nos istis, quas attulimus, contenti sumus, & liberum est in huiusmodi vnicuiq; quæ vera sunt, & in Ecclesia recepta, huic ternario numero accomodare.

IV Tætatio hic quorundā occurrit, di- centiū, quòd aut velint simul omnia opera bona præstare, vel omnia in tē- pus senectutis præstāda seruare: quæ

Hæresis qua- lem nobis Christū pro- ferat.

Fru- mentum quæ peri- mant, & ex- tinguant.

III Aliæ appli- cationes pa- rabolę semē- tis.

Gregor. ho- mel. 15. nō procul ab- initio. to- mo. 2.

13

sanē

Parabolę hęc sementis in terrā iactæ, quorū tētatio ni aduersari videatur.

Isa. 28.

14 Quid mitte- re falcem in spicam plenā frumento.

Mensis verò quid, quā di- citur adue- nisse.

Sap. 4. Ibidem & Gen. 5. Ibidem.

Neminem à Deo nisi ple- num atq; per- fectū asserēs tolli de vita, improbatum opinio.

sanē egregiē hęc confutatur. Quia vt infans nō potest esse statim vir, & plā- ta non statim est perfecta, nec semen vt in terrā iactū est, nō statim fit fru- mentū, sed primū est herba, deinde spica; ita nemo repente, aut in vitio, aut in virtutis perfectione euadit sum- mus. Proinde quisq; tēpestiuē viam Dei arripiat, & in ea progressus faciat, & vt dixit Propheta, *Qui crediderit, non festinet*,

Sequitur, *Et cū ex se produxerit fru- ctū, statim mittit falcē, quoniā adest mes- sis*. Falcē hoc loco vocat partim iudi- ciū inuitabile, quādo omniū electo- rum fructus consummato seculo col- ligetur; partim verò mortem, quæ ho- minum vitam, & omnia humana cōsi- lia, atq; desideria secare solet, & in- choata omnia ædificia, & negotia de- serere facit, quòd nullū suis cupidita- tibus modū homines ponāt. Messem porrò appellat collectionē iustorū, hi enim fructus sunt Euangelici semi- nis. Nec desunt, qui asserant, Deum pro incomparabili sua bonitate ho- mini vitam non adimere, donec sit plenum frumentum, & fructum ex se produxerit; more boni agricolæ, qui fructum nō nisi bene maturum ex ar- bore colligit: quia, vt Sapiens, inquit, *Iustus, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit; & Raptus est, ne mali- tia mutaret intellectum eius; aut ne fi- ctio deciperet animam illius*. Item, *Con- summatu in breui, expleuit tempora multa*. Quæ sententia nequaquam probabilis videtur. Nam si per fal- cem mortis non secaret quenquam, nisi quando plenus atque perfectus est, nullus peccator in peccato actu permanens, & qui aliquando fuit in gratia Dei, mori permetteretur; nul- li item baptizato esset hęc vita pro- roganda, in qua propter sua insignia crimina dignus fieret geenna. De- nique omnes qui baptismo initiati sunt, nunquam perire possent, si semper homo colligeretur à Deo eo tempore quo perfectus est. Quod cōtrarium sacris literis videtur: nam & Iudas, & Cain, & Saul, & Antio- chus aliquādo boni extiterunt; & ex decem virginibus, in quibus re-

presentata est Dei Ecclesia, quinque prudentes seruantur, & quinque im- prudentes excluduntur. Non vestitus etiam veste nuptiali, de conuiuio ex- cluditur. Quod autem de quibusdam dicat Scriptura, vt de Abraham, Iob, & alijs, mortuos esse in senectute bo- na, prouectęque etatis, & plenos die- rum; contra verò de alijs, quòd rapti sunt, ne malitia mutaret intellectū eo- rū, aut ne fictio deciperet animam il- lorum, & quòd *Viri sanguinum & do- losi non dimidiabunt dies suos*: id pri- uilegium fuit, & ex paucorum priui- legijs non licet generaliter conclude- re, quòd idem Deus faciat cum alijs omnibus. Et peculiari Dei prouiden- tia fit, noxij & perniciosi vt de me- dio tollantur, ne alios suo exemplo contaminent, & plus noceant. Si ta- men in mundo peccatum non extitisset, non opus esset morte, ceu fal- ce vitam secante, nam homines iusti in cœlum, post multos bonorum o- pum editos fructus, à Deo in cœlum trāslati fuissent, vt de Enoch, & Helia tradit Scriptura, vt ita iustis omnibus conspicua & illustris, nobisq; specta- bilis & commendabilis reddatur bo- nitas, & charitas Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu san- cto detur omnis honor, gloria, & im- perium in sempiternum, Amen.

TRACTATUS VIII.

De parabola grani sinapis, quæ habe- tur Matt. 13. Mar. 4. & Luc. 13.

ALIAM parabolam pro- posuit eis, dicens: Simile est Regnum cœlorū grano si- napis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod mini- mum quidem est omnibus seminibus; cū autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœ- li veniant, & habitent in ramis eius.

Matt. 25.

Supra. 22. Quæ videtur illam fouere sententiam, diluuntur. Gen. 25. Iob. vlt.

Psal. 54. Vita cur in- terdum ini- quorum om- nium Deo vo- lute, per mor- tem abrum- pitur.

Gen. 5. 4. Reg. 2.

Hæc parabola cur sumpta ab agriculura: quod tēdār.

Quarta in ordine est præfēs parabola, quæ, sicut tres etiã priores, ab agricultura desumpta est, vt posset melius & cōmodius à turbis, & rudibus intelligi. Hæc autē etsi proparabola, & epi-parabola careat, finis tamē eius, & scopo nō est obscurus. Videtur enim eō tēdere, vt vim, efficaciam, & augmentū regni Dei, quod à principio exiguū & modicū fuit, explicet. Nā, vt in rebus natura constantibus, cernimus magna flumina ex paruis & exiguis fontib⁹ proficisci, sed quo magis progrediuntur, eo latiora & maiora fieri: in his etiã, quæ arte, & industria hominū cōstant, videmus maxima Imperia, & florentissimas Respublicas ex paruis initijs sumplisse principia; & quod maius est, in rebus naturam superantibus, aspiciamus Deum non nisi ex aliquo modico principio molē hanc vniuersi orbis, qui ab ornatu ipsius, & elegantia (Græcis quidē dicitur κόσμος, Latinis verò mundus) ex nihilo condidisse: ita in opere redemptionis, vt Diuina sapientia se magis redderet conspicuam, & commendatione dignam, voluit ex modicis & tenuibus principijs Regnum Dei, quod est Ecclesia, breui temporis spatio per paucissimos ministros in vniuersum orbem proferre. Et ita cum præcedētib⁹ parabolis in multis periturum esse semen explicuisset, & multa semina vitio hominum corrupta, in zizania conuertenda, & vsque ad finem seculi malos bonis admixtos esse tolerandos: ne quiscquam propterea parū proficere posse prædicationem Apostolicam cogitaret, declarat hac parabola Christus, Regnum suum vbique proferendum, atque propagandum, vt ita consoletur Apostolos, & verbi sui virtus, cuius ministerio res tanta facta est, agnoscat, atque illustretur. Et cum præcedenti parabola de semine crescenti locutus fuisset, in hac demonstrationem huius profectus & progressus ostendit.

Magnarum rerum ferē parua esse so lentinitia.

Imis quibus opus redemptiois ad summa progressum sit.

Quo hæc parabola tēpore Christi

Sabbato, adductam fuisse. Cū enim exemplo bouis, & asini, quæ in Sabbato soluuntur, & ad aquam ducuntur, aduersarios suos confutasset, illique erubescerent; tunc & hanc & illam fermenti parabolam replicauit, ad excusandam eorum verecūdiam: quod minimē mirum sit eos scandalum pati, eo quod Regnum cælorum à principio paruum appareret. Et eūdem pudorem commendat: nam aliquid est saltem incipere erubescere: qui pudor, principium cognitionis peccati est. Vnde Comicus dixit: *Erubuit: salua res est.* Et de parabole instituto hæc dicta sufficiant.

In cortice verò literæ est aduertēdū, hanc parabolam à tribus esse Euāgelistis cōscriptā. Et quod Matthæus ait, granum sinapis seminātū in agro, Lucas in horto, Marc⁹ in terra, nihil, quod ad sensum spectat, variant; cū reuera in horto de more seminatum sit; hortus autem in agro erat, qui nihil est aliud quā terra. Et quod Dominus præmisit huic parabole in Marco; *Cui assimilabimus Regnū Dei; aut cui parabola cōparabimus illud?* factū est consultō, vt hac interrogatiuncula magis attentos redderet auditorum animos.

Deinde aduertendū, granū sinapis minimum dici inter omnia semina: quod nō videtur verisimile, vt obijcit Albertus Magnus: quia semē papaueris, vel rutę minus videtur grano sinapis. Cupressi etiã semē minimū est, adedō vt visum etiã fallat, vt docet Plinius: & idedō hinc surgit quæstio agriculturæ. Sed dicēdū est, Dñm loquutum fuisse habito respectu ad fructū, qui ex grano nascitur: maius enim, & minus per cōparationem ad aliud dicuntur. Etsi ergo papaueris granum minus sit, non tamen lignescit, vt stipis sinapis. Ruta verò, etsi lignescat, haud tamen assurgit ad tantam altitudinē, vt fiat arbor, & producat ramos, sicut sinapis, sed remanet inter frutices: & papauer, & ruta non censentur inter olera, cū vtraque herba in medicinis locum habeat verius quā in culinis. Et cū Dominus dicat; *Maius fit omnibus oleribus,*

stus induerit. Euāgelium in aouerarios mirabernignitas.

Terent. in Adelph. act. 4. sec. 5.

3 Cortex parabolæ.

4 Granum sinapis minimum esse inter omnia semina, quomodo verum. Alb. Magnus. Plin. libr. 17. c. 10.

nihil

I. Cor. 13.

5 Caietani de quātitate seminis in Italia obseruatio.

Euthym. c. 24. in Matthæum.

6 Sinapis quæ vox.

Sinapis ingenua & natura. Plinius.

Pythagoras.

nihil ad rē, quod adducitur decuprefso: quoniam cōparatio fit inter olera, non inter arbores. Græcē etiã non dicitur; *Minimum omnibus seminibus,* vt habet Matthæus: quia oratio illa parum Latina esset, & nisi subintelligatur verbum Est, obscura etiã, ac dubia: sed vtrobique est *μικρότερον ἰσὶ πάντων σπέρματων* id est, *minimum est omnium feminum*, Et ponitur comparatiuum loco superlatiui, vt in Paulo; *Maior autem horum est charitas;* id est, maxima horum. Et idem dicendum de eo quod subditur, *Fit maius omnibus oleribus:* *Ἰσχυρα πάντων πῶρ λαγυῶν αὐτοῦ*, id est, *fit maximum inter omnia olera.* Sic ergo dicitur minimum omnium feminum, quia inter omnia semina est valde paruum.

Caietanus scribit, deprehēdisse vāriā quantitātē seminis sinapis in Italia; & idedō existimat fieri posse, vt sit minimum inter omnia olera. Et idē dicēdū de eo quod assurgat in arborem magnam: nam et in Italia non videamus in tantam magnitudinem se attollere, tamen credendum est in Syria, vt Dominus dixit, sinapis arborem in magnam molis quātitatem assurgerē, ita vt in ramis eius aues nidificent. Quod Dominus dixit, teste Euthymio, ad demonstratiōnē magnitudinis, ac firmitatis eius. Quo enim semina minora sunt, eo etiã fertilia esse solēt: facili⁹ enim augetur, & citius aētis qualitati obtemperat.

Tertio aduertendū, Sinapi vocem esse Græcam, & Latine pronuntiatā media producta: dicitur enim Græcē *σινῆπι*. Et siue dixeris hoc sinapi, vel sinape, vel hæc sinapis, non erraueris, quia apud bonos auctores illis omnibus modis in lecti consuevit. Natura autem sinapis accuratē, ac diligenter descripta est à Plinio lib. 2. cap. 22. Est enim maximum semen quantitate, maximum verò qualitate, & virtute, & maximum inter omnia olera, vt Dominus ait, atq; vilissimam, nec colore, neq; odore blandiens; calidæ, & subtilis naturæ; ita vt principatum habeat teste Pythagoræ inter ea, quorum quilibet sublimis feratur: quoniam non aliud magis

in nares, & cerebrū penetrat: vim habet vaporē expirandi: contritū verò maximē suam virtutem indicat: purgat pituitā, & cerebri superfluitates: condit cibos, tollitq; eorū superfluas humiditates, & tenacitatem: excretionem facit: ad dentium dolorem manditur: tritum cum aceto, ad serpentium ictus, & scorpionum illinitur: fungorum venena discutit: vmbriā, & nidū aibus cœli præstat. Ad hæc lib. 19. c. 8. in fine, AEquinoctio Autūni serūtur coriandrū, anethū, atriplex, malua, lapathū, berephyllo, quod Pæderota Græci vocant, & acerrimū sapore, ignei effectus, ac saluberrimū corpori, sinapi, nulla cultura, melius tamē plāta relata. Sic ille.

Quod verò Erasmus vertit: *Adedō vt veniant volucres cœli, & nidulentur in ramis illius,* nō ita propriē verbum est, quod Græca habent; *ἄγε ἰδὲν τὰ πτερυγὰ τῶ ἔραυθ, καὶ κατασκυῖν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ:* vt *inhabitent, & requiescant in ramis eius:* plus enim est in habitare, quā nidulari: nā qui nidulatur, certo tēpore auolat; qui verò habitat, perpetuō cōmoratur. Ad hæc Græcē nidulari, dicitur *νιδύειν*, vnde *νιδύειν ἄνθρωπος*, & *νιδύειν πῦρ*; at *κατασκυῖν* est *Inhabito*, *Desedeo*, *Immoro*: vnde *σκηνα*, & *σκηνώματα*, tabernacula, tētoria, vmbacula, conopœa; in quibus tuus est; & tēcta: protectio, & mātio. Hinc etiã scenopægia. Hæc de cortice.

Iā applicatio ad sensum principālē tractāda est. Cū autē regnū cœlorū varijs modis accipiatur in Euāgelio, vt superiori tractatu differuimus: hinc est, quod Patres varias hui⁹ parabolæ expositiones adducunt: & quoniam inter se nō pugnat, omnes debēt cū veneratione suscipi. Hilari⁹ enim, Ambrosius, & Gregori⁹, & Petrus Ravennas regnum cœlorum pro Christo accipiūt; quē grano sinapis cōparāt. Chrysostomus & Euthymius de ecclesia, quæ parua fuit ab initio, interpretantur. B. Augustinus de Fide interpretatur, cuius feruor similis illi sinapis, & Dominus dixit, *Si habueritis fidē sicut granū sinapis, &c.* Hieronymus hoc loco, prædicationē

Sinapis virtutes.

Idem Plin.

7 Erasmi: hui⁹ lociverfio minus ac commoda.

Scenopægia vnda dicta.

8 Primus sensus dictæ parabolę de grano sinapis. Hilarius in Matt. Can. 13. Ambrosio. 3. ser. 3. Chrysost. homil. 48. in Mat. Greg. libr. 19. Moral. c. i. tom. 1. Pet. Rauē. serm. 98. Chry. hom. 47. in Mat. Euthym. c. 24. in Mat. Alter sensus.

ind

D 3 nem

Aug. lib. 1. Quest. Euāgel. q. 11. tom. 4. Terent. Hier. in. c. Matth. 13. tom. 9.

9

Christus quā similis grano sinapis, minimo omnibus oleribus. Matth. 13.

Luc. 22.

Psal. 21.

Isa. 53.

1. Cor. 1.

Idē verō vt excreuerit arbore magnam.

Ioan. 3.

Isa. 18.

né Euangelij sinapi comparatā docet. Et fortē nō abs re: quoniā in alijs parabolis, vbi agitur de semine, semen expositum est esse verbū Dei. Verū hic sensus nō longē distat ab illo Augustini, & vterq; à duobus prioribus: quia fides, & verbi prædicatio nō longē distant ab Ecclesia, in qua fit; & à Rege, cuius nomine fit.

Luxta primum igitur sensum Christus minimus est inter omnes legislatores, & Prophetas, quod attinet ad externā speciē, quæ ex diuitijs, & nataliū splendore, eloquentia, & comitatu pēdere solet: Christus autē generatione habebatur filius fabri: diuitias nullas habebat, nec vbi caput reclinaret: minimus etiā erat inter Apostolos, quibus ministrabat, ac quibus dicebat; Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Se filium hominis appellabat, quasi in oculis hominum vilem, & abiectum. In cruce etiam minimus fuit, ipso dicente: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobriū hominum, & abiectio plebis: & alij dicunt cum Propheta: Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum. Quid enim minus, aut abiectius hoc Christi dogmate, quod ab Apostolis prædicatum est. Prædicamus, ait Paulus, Christum crucifixum; Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Sed idē Christus, vt granum sinapis, calidæ fuit, & subtilis naturæ, propter diuinitatem. Contritum in cruce, indicauit quantæ sit virtutis; nam commouit vniuersum orbem: & exaltatus à terra, omnia traxit ad se ipsum. Sustulit venena errorum, & superstitionū per vniuersum orbem prædicatus. Condiuit cibos, quos nobis edendos proposuit; id est, verbi, & sacramēti. Hoc granum, seminatum est in horto: nā Christus in horto captus est, & post mortem in horto sepultus: at mox vt surrexit à mortuis, maximus factus est, & creuit in arborem magnam, quæ per ascensionem ipsum cælum excelsit, impletumq; est verbum Isa. c. 4. Erit germē Domini in magnificentia, & fructus terre sublimis. De inde hæc arbor protulit & expādit ramos suos, id est, discipulos suos, quos in orbē terrarū emisit, cum dixit: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Petrus enim, Paulus, Bartholomæus, & reliqui Apostoli, sicut palmites dicuntur respectu Christi, cui, vt viti, sunt insiti; ita rami respectu grani sinapis eos producentis, & per eos operantis. Et licet numerus sit in ramis, est tamen vnitās in fundamento sinapis: ita etsi varia sint quæ credimus, & varij ministri, vna tamen est omnium fidelium & dogmatum Ecclesiæ Christi fides. Maius est omnibus oleribus, & fit arbor, superans omnia olera, hoc est, omnes sectas extinguens. Sicut enim Malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Vel, vt egregiè exponit Hieronymus, Maius est omnibus oleribus: quia excedit omnes Prophetas, qui erant velut olera ægrotanti Israël. Rami autem in eam magnitudinem dicuntur creuisse, vt volucres cæli veniant sub vmbra eius, & nidum ibi faciant. Volucres cæli hoc loco dicuntur, secundum aliquos, Angeli, qui in cordibus Apostolorum quieuerunt; quemadmodum dæmones in mentibus superbiorum & impiorum, tanquam in nido quodam quiescunt. Et aduerte, in prima parabola per volucres cæli intelligi dæmonia: in hac verō Angelos. Vel secundum alios, volucres cæli dici videntur homines cælestis desiderij, & cælestis mentis, siue homines magnis & excelsis ingenijs præditi, vt Philosophi multi, & Oratores, qui ad Fidē conuersi sunt: qui sub vmbra doctrinæ Apostolicæ requiē captarunt, & solatiū, & cū Sponsa dicebant, Sub vmbra illius, quæ desiderauerā, sed in illi astum ire Diuinæ, tormentaria; & mortem ipsam pro Christi doctrina, quā prædicabant; sustinentes, nobis quibus hæc doctrinā tā firmis rationibus tradita est, vmbre refrigerationem præstant. Ibi etiā in ramis huius sinapis nidificantur: quia omnem spem suam à se ipsis, & à creaturis omnibus auellentēs, in vno

bor protulit & expādit ramos suos, id est, discipulos suos, quos in orbē terrarū emisit, cum dixit: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Petrus enim, Paulus, Bartholomæus, & reliqui Apostoli, sicut palmites dicuntur respectu Christi, cui, vt viti, sunt insiti; ita rami respectu grani sinapis eos producentis, & per eos operantis. Et licet numerus sit in ramis, est tamen vnitās in fundamento sinapis: ita etsi varia sint quæ credimus, & varij ministri, vna tamen est omnium fidelium & dogmatum Ecclesiæ Christi fides. Maius est omnibus oleribus, & fit arbor, superans omnia olera, hoc est, omnes sectas extinguens. Sicut enim Malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Vel, vt egregiè exponit Hieronymus, Maius est omnibus oleribus: quia excedit omnes Prophetas, qui erant velut olera ægrotanti Israël. Rami autem in eam magnitudinem dicuntur creuisse, vt volucres cæli veniant sub vmbra eius, & nidum ibi faciant. Volucres cæli hoc loco dicuntur, secundum aliquos, Angeli, qui in cordibus Apostolorum quieuerunt; quemadmodum dæmones in mentibus superbiorum & impiorum, tanquam in nido quodam quiescunt. Et aduerte, in prima parabola per volucres cæli intelligi dæmonia: in hac verō Angelos. Vel secundum alios, volucres cæli dici videntur homines cælestis desiderij, & cælestis mentis, siue homines magnis & excelsis ingenijs præditi, vt Philosophi multi, & Oratores, qui ad Fidē conuersi sunt: qui sub vmbra doctrinæ Apostolicæ requiē captarunt, & solatiū, & cū Sponsa dicebant, Sub vmbra illius, quæ desiderauerā, sed in illi astum ire Diuinæ, tormentaria; & mortem ipsam pro Christi doctrina, quā prædicabant; sustinentes, nobis quibus hæc doctrinā tā firmis rationibus tradita est, vmbre refrigerationem præstant. Ibi etiā in ramis huius sinapis nidificantur: quia omnem spem suam à se ipsis, & à creaturis omnibus auellentēs, in vno

Eius arboris qui rami, quos protulit. Mar. 11.

Ioan. 15.

Vnitās fidei

Ephes. 4.

Quā superet omnia olera arbor Christus. Alter sensus. B. Hilari. Can. 13. in Matth.

Quinam illi v. lucres cæli qui habitant in ramis eius. Matth. 13.

Alterā interpretatio.

Can. 2.

Quomodo in ramis Christi nidificantur.

Acerrimi Fidei propugnatores de eius oppugnantibus qui redditi.

2. Cor. 5.

10

Apostoli, eo quod lectatores (vt Gregorius interpretatur), qui fuerint granum sinapis.

Luc. 12.

1. Cor. 1.

Matth. 20.

Quales Apostoli in oculis suis erāt. Ephes. 3.

Christo, & Fide eius per Apostolos disseminata, posuerūt. Multi etiā veteres & magistri viri ad Christum conuersi, pro doctrina Apostolica cōtra Iudæos, & Gentiles scriptis decertarunt, vt Dionysius Areopagita, Clemens Romanus, Clemens Alexandrinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Basilus ac Gregorius Nazianzenus, & reliqui; qui dum egregiè Apostolicam traditionē aduersus infideles, & hæreticos tuentur, quid aliud faciunt, quā quod in ramis grani sinapis nidificat. Nidificant rursus omnes boni pastores, & Doctores, qui per doctrinam Apostolicam filios Dei regerāt, & prolem spiritualem filiorum Dei Apostolico ministerio verbi, & Sacramēti Deo sufficiunt. Cantillāt, & garrūnt aues dum nidificant: quia laudes & preces ad Deum effundunt viri sapientes, dum bona opera edūt, sed maxime dum alios Christo lucrificiunt.

Denique hunc primum sensum, quo granum sinapis Christo comparatur, testimonium habet, & confirmationem: nam Danielis cap. 2. scribitur. Lapidem de monte sine manibus abscissum percussisse statuam: & lapidem factum in monte magnum, & impleuisse vniuersam terram. Quadrat secundum hæc parabola, iuxta sensum Gregorij, ipsi Ecclesiæ, quæ initio quidē parua extitit, iuxta illud, Nolite timere, pusillus grex. Parua quidem numero, quia duodecim tantum Apostolis constabat. Qualitate etiam parua erat, quia Apostoli peccatores, pauperes, & ignobiles erant. Verū, vt ait Apostolus, Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nō sunt, vt ea quæ sunt, destrueret, vt nō gloriētur omnia caro in conspectu eius. Hinc Apostoli in oculis suis minimi erāt, iuxta doctrinam Domini: Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Vnde Apostolus talem se cognoscens, dicebat: Mihi, omnium sanctorum minimo: & in alio loco

co, Ego sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus. Erāt etiā minimi in oculis aliorum: vnde Apostolus ait: Puto quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Etrursus, Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium perissemā (hoc est, reiectamentum) vsque adhuc: vt intelligas quanto in pretio Apostoli suo tempore haberentur.

Sed isti minimi, isti nouissimi, in terra tanquam granum sinapis à Christo seminati, maximum fructum ediderunt, & creuerunt in arborem magnam, trahētes vniuersum orbem, & captiuantes omnem intellectum in obsequium Fidei: venena errorum extinxerunt: cultum idolorum sustulerunt: & vt sinapi contritum vim suam edit, ita illi persecutionibus, tormentis, & durissimis ac ignominiosissimis mortibus attriti, & afflicti, vim diuinam in se ipsis delitescētem proferebant, & maiorem hominum multitudinem cōuertebāt ad Fidē: quia vt scribit Tertullianus in Apologetico, Sanguis martyrum, semen est Christianorum. Et vt Apostoli rami erant respectu Christi, ita primitiui illi Patres, & Doctores per Apostolos conuersi, rami Apostolorum dici possūt: in quos se receperunt magni, & excellentes viri, qui, relictis terrenis, tāquam volucres in cælum respiciebant, vt in eis quiescerent, vmbraque consolationis acciperent: & bonorū operum fructus proferentes, nidificarent. In ramis igitur Apostolorum, seu Apostolicorum virorum, & eorū qui Apostolico munere defungūtur, tota requiescit Ecclesia: eorum meritū suscipit: eorum precibus adiuuatur: eorum doctrina eruditur, & regitur: eorum admirandis exemplis permouetur: denique eorum gloria quā in Ecclesia habent, quæ adhuc militat, sed præcipue in triumphati perfruatur, accenditur & inflamantur, vt & ipsa efficiatur granum sinapis. Et quicumque in Ecclesia Dei magna doctrina splendent, siue excellentibus charitatis exemplis coruscant, aut qui-

1. Cor. 15.

1. Cor. 4.

Ibidem.

11 Illi vt creuerint in arborem magnam.

2. Cor. 10.

Tertul.

Illius arboris rami quinam sint.

Quam sint Ecclesiæ viles illi atque salutare.

Grano etiā sinapis qui merito comparetur.

cunque martyrij gloria flagrat, ita vt alios ad virtutem accendat, recte grano sinapis comparari potest. Vnde Augustinus serm. 2. de beat. Laurentio, illum grano sinapis comparauit. Et hactenus de secundo sit dictum.

Aug. tom. 10.

II

Fides vt sit granum sinapis.

Tertio, quadrat regnum cœlorum comparatum grano sinapis, vel prædicationi Euangelicæ, per quam homines inducuntur in regnum, vel Fidei, per quam quis ingreditur in illud, regiturque; in eo, nã hi duo sensus vicini sũt. Verbum enim Dei prædicatum, & creditum, vel Fides de verbo Dei prædicato, parum inter se distant. Vt ergo granum sinapis minimum est inter omnia semina; ita Fides, siue verbum Dei minimum est, & in oculis hominum contemptum. Omnia enim verba humana rationi nituntur: & quia rationis lumine illustrantur, libenter ab omnibus acceptantur: at Fidei verbum autoritate tantum dicentis nititur, quod videtur esse puerorum, & sine vlla ratione cogente credentium: vnde definitur ab Apostolo, Est autem Fides, inquit, sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium, & à beato Augustino, Fides est, credere quod non vides: cuius merces est videre quod credis. Gregorius etiam ait: Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Dicitur etiam minimum verbum Fidei ratione eorum, quæ tradit de Christo conspuit, flagellato, & morti crucis addicto, quæ humanæ rationi scandalum, & stultitiã videntur. Ad hæc paruum dicitur verbum Fidei, si comparatur ad magnitudinem futuræ gloriæ, quæ reuelanda est in nobis. Præterea minimum existit, si ad eos, qui illud prædicarunt, id est, pisces, sutores, & thelonarios, oculos conijciamus: nihil habet splendoris, aut eloquentiæ humanæ; rudi & simplici sermone, ac ex media plebe deprompto, & vix voce, & scriptis traditum est. Postremo, minimum est hoc semen ab effectu; quia minimos homines facit, in quorum cordibus seminatum est: quare Dominus dicebat. Nisi efficiamini sicut parui, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Hinc Apostoli se minimos

Heb. 11.

Aug. Epist.

Grego.

Fidei semen minimum dupliciter.

Eius effectus.

Matth. 18.

in oculis suis habebant, & minimos se prædicabant. Hoc granum sinapis feruidæ est, & subtilis substantiæ, quia de inuisibilibus bonis, quæ iustos homines, & de supplicijs, quæ malos manent, & sub aspectum non cadunt, differit: atque articulos de altissimo, ac planè recondito Trinitatis mysterio apprehendit ac concipit. Contritum valde dilatatur: Quia virtus Dei est in salutem omni credenti: etsi pyssillo crebræ meditationis, vel tribulationis atteratur, acceditur, & inflammatur: & apparet eius virtus penetrans vsque; ad caput, quia subito obtinet rationis arcem, hoc est, mentem, quæ caput omnis inferioris hominis est, siue ad caput nostrum pertingit, hoc est, Christum, quem placat, vt ait Augustinus. Dissoluit viscosa, quia tollit concupiscentias: vaporem emittit, per spiritum charitatis, quia spirat spiritum vitæ. Condit cibos, id est, scripturas, sacramenta, crucem aduersitatis, studium precandi, & cætera, quæ dura videntur; facit excreationes, & spiritus purgationes, quia mundat à superficialibus cupiditatibus, & ab erroribus intellectus: expellit venena, vt docet Plinius, & Augustinus: quia ad vomitum confessionis, quæ expellatur peccatum, siue hæreses vti à nobis deserantur, efficit. Hoc accipiens homo seminatur in agro suo: Hic homo, est Spiritus Sanctus, vel Christus, qui interiori seminatur, prædicator verò exterior, imò homo ipse qui credit, quia sine sensu eius seminari nõ potest, quoniam cum cetera possit homo, nolens: sed credere non nisi volens. Hoc semen est sitis spiritus sancti virtutis, ad aquam tamen, & alijs, contemperatum, amittit vigorem suum: nam verbum Fidei nostris frigidis glossis illud relaxantibus, & exemplo mala vitæ Ecclesiasticorum, & Religiosorum, qui illud præponunt, amittit vim suam, ne aut verum credatur, aut efficax sit in nobis: quippe affectibus, quæ cupiditatis nostris veluti temperatum, virtutem omnem & energiam deperdit, ita vt nec montes transferat, nec ab aquis abstinat, nec à carnibus ab-

Fidei vis, & natura.

Rom. 10.

B. Aug.

01

Plinius. August.

12

Semen Fidei quod homo in agro suo...

Ibid.

13

14

Illud semen quod ratione inefficax redditur...

1. Cor. 13.

scenis voluptatibus se contineat. Precepta verò Christi, siue condonandi iniurias, siue macerandi carnem, siue ieiunij amplectendi, non tantum dura, sed impossibilia æstimat. Sed hoc vitio nostro fit, non ex vilo ipsius Dei verbi, siue Fidei defectu.

13 Quando creuit in arbore magna, & redditum magnum omnibus oleribus. Colossen. 1.

August.

In ramis arboris Fidei quibus volucres Cœli nidificant, & habitent.

Hoc semen creuit in arborem magnam, dum ad Fidem per Apostolos prædicatam vniversus orbis conuersus est, ita vt Paulus dicat, verbum veritatis Euangelicæ ad vniversum mundum penetrasse, & in eo fructificare, & crescere cœpisse. Crescit autem in arborem magnam, ita vt maior sit omnibus oleribus: id est, vt Augustinus exponit, Dogmatibus: dogmata enim sunt placita sectarum; hoc est, quod placuit singulis. Hæc ille. Atque ita cernimus, Christi doctrinam non solum veterem legem abrogasse, sed etiam vniversas hæreticorum sectas extinxisse. In ramis huius seminis, id est, in articulis Fidei, volucres cœli nidificantur: nam in Trinitatis mysterio, & cæteris Incarnationis, prædicationis, mortis, Resurrectionis, & Ascensionis Sacramentis, magna, & crudelissima ingenia, tanquam in vmbra consolationem, otiumque captarunt: in illis omnes Christi cultores nidificauerunt, & nidificant: siquidem opera Christi meditantur, & per totum annum, vt Ecclesia distribuit, celebrantes, & pacem, & quietem incredibilem experimur: & diuino fauore adiuti, vitam nostram ad imitationem eorum, quæ in his ramis continetur, formantes, filios bonorum operum proferimus, qui non solum nobis ad æternam vitam proficiunt, sed etiã quàm maxime spectent ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto, debetur omnis honor, gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

TRACTATUS IX.

De parabola fermenti, quæ habetur. Matth. & Luc. 13.

L I A M parabolam loquutus est eis: Simile est Regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus, donec fermentatum est totum.

Quinta numero est hæc parabola, parua admodum, & minimè obscura, & cum non legatur exposita à Domino, careatque; pro parabola, & epiparabola, ex ipsamet similitudine, siue ex præcedentibus & subsequenter coniectanda est eius mens: cumque, apud Mathæum, & apud Lucam hæc nam granum sinapis consequatur parabolam, ex his, & ex similitudine ipsius fermenti, quod cum sit modicum, totam massam fermentat, videtur ad idem propositum spectare, ad quod & illa granum sinapis. Propterea Lucas huic parabola præmittit, iterum dixit: quo ostendat, eundem finem respicere: Cui simile, inquit, æstimabo Regnum Dei? Interrogationes enim, maioris claritatis sunt causa, & vim habent, & energiam auditorem excitandi: nempe: Quæ inuenietur huius rei congrua ad terrena quæ homini nota sunt, comparatio? Cum enim Regnum cœlorum per similitudines rerum, quæ sub aspectu cadunt, & nobis sunt familiares, representatur, dicitur Civitas sancta Hierusalem descendere in terram, vt scribitur Apocal. 21. Cum verò similitudines referuntur ad intellectum spiritualium, tunc terra ascendit ad Filium hominis, qui est in cœlo.

Est igitur scopus præsentis parabola, efficaciam, & virtutem ostendere Euangelij, quod et si minimum sit, si externam speciem spectes, breuitatem totum orbem occupauit, totumque; hominem fermentauit in omnibus eius partibus; & ita maximè est propinqua parabola de grano sinapis: in hoc differt, quod granum sinapis seminauit homo in orto suo: fermentum verò Abscondit mulier in farina satis tribus: vt omnis sexus, tam foemineus, quàm masculinus, mysteria Regni Dei comprehendere valeat. Hinc Petrus Rauennas hoc ponderas, scribit: Ante sinapis granum memorat accepisse

I Propositum parabola scopus vnde venandus sit.

Interrogationis visus.

Similitudinis, comparationis vnde duplex applicatio in scripturis sanctis.

Apoca. 21.

Ioan 3.

2 Quod tendat hæc parabola fermenti.

Psal. 18. & Rom. 10. Eadem à præcedenti quid differt tantum modo.

Petrus Rauennas serm. 99. sub initium.

Sexus uterque æquè ap-
tus Regno
cælorum.

1. Cor. 11.

Ephes. 5.

Christus cur
varia nomi-
na sortitur sit.

3

Fermentum
vnde dica-
tur, & quid
sit.

Plin. libr.
18. cap. 7.

Calor fer-
menti quid ef-
ficiat.
Alb. Mag.
Arist.

Ibidem.
Plin. lib. ci-
tato. c. 10.
prope ini-
tium.

Validiora
sunt corpora
quæ semen-
tato pane a-
luntur, quàm
quæ azymo,
ait Plinius.

pisse virum; mulierem nunc asserit acce-
pisse fermentum: dicit autē, exiguum se-
men virum fuisse in magnæ arboris in-
crementum, mulierem modò fermentum
breue ad profectum totius massæ abscon-
disse manifestat. Verè, sicut dixit Apo-
stolus Paulus, Neque vir sine muliere,
neq; mulier sine viro in Domino. Adnū
regnū diuersum sexū varia similitudo:
perducit; neq; virum separat à muliere
vocatio Christiana: quos Deus coniūgit,
natura sociat, & mira similitudine simi-
les reddit habitus, forma componit. In-
frā subdit, *Mysterium hoc magnum est:*
ego autem dico in Christo, & in Eccle-
siā. Hactenus ille. Consultumq; fuit,
vt de vna, & eadem re plures trade-
rentur similitudines, vt quod vna præ-
stare nō potest, altera significet: quæ
admodum CHRISTVS multis
nominibus exprimitur, vt quod vnū
aut alterum significare non valet, plu-
rimis saltem exprimat. Hæc de
primo.

Ad corticem parabolæ meliùs capi-
endum, aduertendum est, fermentum,
quod à feruendo dicitur, ob calo-
rem, & feruorem, & Græcè ζύμη,
siue ζύμη (vnde & panis azymus,
quod fermento caret) & ab effectu
augendi, & eleuandi farinam Italicè
dicitur *Crescito*, siue *Leuito*, Hispani-
cè verò *Leadura*, re ipsa nihil esse
aliud, vt tradit Plinius, quàm farinam
ipsam, quæ subigit priusquam adda-
tur sal, ad pultis modum decocta, &
relicta donec acefcat: vulgò verò
nec sufferuere facit, sed tantum pri-
die asseruata materia vtuntur. Et vt
Albertus Magnus ex Philosophi do-
ctrina accepit, calor fermenti humi-
dum panis maturat, & spirituale effi-
cit, & acore suo eleuat,apidum red-
dit, digestumq; præparat. Hinc, teste
Philosopho, nemo aliquid de fermento
secundum substantiam materiæ in
ipso pane facto inuenire potest: quia
solum in conspersione euaporauit.
Et, vt Plinius docet, validiora sunt cor-
pora quæ fermentato pane aluntur,
quàm quæ azymo: tale est fermentū,
& illius proprietates, qualitatesq;: Vn-
de Ambrosius scribit: *Fermenti vim*
atque virtutem omnibus notam esse, non

dubium est. Nam cum sit magnitudine
paruum, specie simplex, natura com-
mune, tantam fortitudinem intrinsecus
gerit, vt cum reconditum fuerit in fa-
rina, succus, hoc totam massam faciat
esse, quod ipse est: & ita semper vniuer-
sum cumulum aspersoris suæ vigore dif-
fundit, vt omnem ipsam magnitudinem
pollinis faciat fermentum: ac si res ipsa
fortitudine sua molem sibi propij vigo-
ris acquirit. Hoc autem faciunt mulie-
res, vt viris suis salubriorem panem, &
cibum vilè diligenter exhibeant. Hæc
Ambrosius. Vnde per metaphoram
vocat M. Varro lib. de re rustica, ter-
ram stercore colubino maximè fer-
mentari, id est, rare fieri, & intumesce-
re: & Plautus in quadam comædia,
fœminam in fermento iacere ait, pro
eo quod est, iratam esse, inflatam, siue
turgidam.

Vt igitur apud Gētiles vsus huius
vocis propriè, & metaphoricè inueni-
tur, ita in sacris literis propriè inter-
dum accipitur fermentum: Vt cum
egressus de Egypto, *Fulit populus fa-*
rinam conspersam, antequam fermenta-
retur. Vnde religio per septem dies
introducenda vescendi azymis panibus:
& Leuit. 23. offerebantur duo panes
cum simila fermentata in die Pente-
costes. Accipitur etiam metaphoricè
tū in malam partem, tū in bonā:
vt annotauit Augustinus lib. de Do-
ctrina Christiana. Nam cum dicitur
Matth. 18. *Attendite à fermento Phari-*
sæorum, & Saducæorum, per fermentum
intelligebat prauam eorum do-
ctrinam, vt infra declarat: quemad-
modum etiam hominem hæreticū,
aut praua docentem, siue doctrinam
hæreticorum, fermentum vocat Apo-
stolus ad Gal. 5. *Modicum,* inquit, *fer-*
mentum totam massam corrumpit. Et
idem 1. Corinth. 5. peccatum, siue
peccatorem nomine fermenti desi-
gnat. Cum enim de incestuoso loque-
retur, qui vxorem patris sui habebat,
ait: *Non est bona gloriatio vestra. Nesci-*
tis quia modicum fermentum totā mas-
sam corrumpit? Expurgate igitur vetus-
fermentum, vt sitis noua conspersio. Et
rursus ad celebrandum Pascha sine
peccato exhortans, inquit: *Itaque epu-*

Ambro. ser.
5. sub ini-
tium. tom.
3. circa fi-
nem.
Fermēti vir-
tutes ex Am-
brofio.

M. Varro
lib. 1. de re
rustica. ca-
pit. 38.
Plautus in
Mercatore,
& rursus
in Cassina.

Fœminā in
fermento ia-
cere, apud
Plautū quid.

4

Vbi scriptu-
rarū propriè
accipitur fer-
mentum.
Exod. 12.

Vbi impro-
priè, ac meta-
phoricè.

Aug. lib. 3.
de doctrina
Christiana
c. 25. tom.
3. sub ini-
tium.

Quid per fer-
mentū Pha-
risæorum, &
Saducæorū.

Corinthij
quod expur-
gere debe-
bant vetus
fermentū, vt
essent noua
conspersio.

lemur:

Hæreticorū
doctrina, pu-
blicèq; pec-
cantium vi-
ta fermentum
quàm re-
tè vocatur.
Fermentum
bene etiā in
scripturis so-
nat.

Vnde supra
fermenti pa-
rabola.

Plin. 18.
Quādiu Ro-
mani pistori-
bus vsi non
sunt, teste Pli-
nio.

5
Frequens nu-
meri certi
pro incerto
in scripturis
acceptio.
Chrysof-
tom. 47.
tom. 2.
Ioseph.
Hierony. in
Matthæu.
tom. 9.

lemur: non in fermento veteri, neque in
fermento malitiæ, & nequitia: sed in a-
zymis sinceritatis, & veritatis. Hære-
ses namque quæ ab hæreticis ferun-
tur, & peccata, quæ à criminosis pu-
blicè fiunt, vim habent fermenti ad
corrumpendum doctrinam Fidei Ca-
tholicæ, & mores homine Christia-
no dignos. Accipitur etiam & in bo-
nam partem fermentum, vt in hoc
loco: quia vt fermentum tot, & tās
commoditates præstat toti consper-
sioni, quæ ex farina conficitur: ita
Euangelium cordibus hominum re-
ceptum, tanquam fermentum quod-
dam diuinas illas communicat pro-
prietates. Deinde aduertendum, dici
fermentum abscondi à muliere, quo-
niam opera molendi farinam ad mu-
lieres spectabat, vt quodam loco su-
perius probauimus, vnde Matth. 24.
cum Dominus dixisset in genere ma-
sculino: *Duo erūt in agro, vnus assume-*
tur, & alter relinquetur: ita subdit
in genere fœminino: *Dua molentes in*
mola: vna assumetur, & vna relinque-
tur. Vt ergo ad ancillas mulieres spe-
ctabat studium molendi, ita etiam
opus conficiendi panes. Et confirma-
tur autoritate Plinij, qui libr. paulò
ante allegato. cap. 11. ita scribit. *Pisto-*
res Romæ non fuerunt ad Persicum vs-
que bellum, annis ab vrbe condita super-
quingentis octuaginta: ipsi panes faci-
bant Quirites: mulierumq; id opus e-
rat, sicut & nunc in plurimis gentium.
Artoptam Plautus appellat in fabula,
quam Aululariam vocat. Ita Plinius tra-
dit.

Tertiò ad literam aduertendum,
quod dicitur, *In farina satis tribus, tri-*
b' dici, pro multis, vt annotauit Chry-
sostomus. Est autem satum, non parti-
cipium, nam Græcè dicitur σάτυς, &
vox Syra est, quæ iuxta morem pro-
uintiæ Palæstinæ, significat sesquimo-
diū, authore diuo Hieronymo hoc
loco: qui haud dubiè mutuū accepit
à Iosepho, qui lib. 9. Antiqui. cap. 4.
Satum, inquit, *fert modium vnum, & se-*
mis Italicum: quanquā alibi Hierony-
mus vertat illā vocē in modiu, vt. 4.
Reg. 7. & Ruth. 2. At iuxta Hebræorū
mensurandi rationem, satum conti-

net mēsuram. 140. ouorum: vnde tria
fata faciunt mensuram Ephī.

Supereft, vt ad applicandam meta-
phoram in sensu principali acceda-
mus. Per fermentum igitur aut Chri-
stum ipsum per similitudinem intel-
ligimus, vt exponunt Hilaritus, & Am-
brofius; aut Ecclesiā ipsam, vt Chry-
sostomus, & Theophylactus inter-
pretantur, aut de prædicatione Apo-
stolica, vel Hieronymus hoc loco
sentit, dicens, *Mulier ista quæ fermentum*
accepit, & abscondit illud in fari-
nae satis tribus, donec fermentaretur to-
tum, vel prædicatione mihi videtur Apo-
stolica; vel Ecclesia, quæ de diuersis gen-
tibus congregata est. Hæc tollit fermentum,
notitiam scilicet, & intelligentiā
scripturarum, & abscondit illud in fa-
rinae satis tribus, vt spiritus, anima, &
corpus in vnum redacta, non discrepēt
inter se, sed cum duobus & tribus conue-
nerint, impetrēt à Patre quodcumq; po-
stulauerint. Sic Hieronymus expo-
nit. Aut denique per fermentum cha-
ritas ipsa, siue dilectio, vt Augustinus
lib. 1. de Quæstionibus Euangeliorū
quæst. 13. explicat. Neque hæc varie-
tas aut Scripturam obscurat, quæ po-
tius ostendit eius authorem fœcun-
dum esse in sensibus, quod tales simi-
litudines vsurpauerit, quæ multis re-
bus, quæ in Regno cælorum sunt, a-
commodari possunt. Neque rursus
nobis debet esse molesta, cum varie-
tas, & rerum vicissitudo oblectare
nos consueuerit: & hi omnes sensus
cū à tot luminibus Ecclesiæ sint pro-
diti, Scripturarum potius fœcundita-
tem, quàm contradictionem contine-
re videantur. Et quomodocumq; ex-
ponatur parabola, vnus & idem sen-
sus constatur, & coalescit, amplitudi-
nem, & incrementum Regni Dei in-
dicans atque demonstrans.

Primus igitur sensus tradit, Chri-
stum esse fermentum: quia vt fermentum
est pars farine, seruata, & separata
in opus fermentationis: ita Christus
separatus à Deo fuit, tanquam pars
naturæ humanæ selecta, ad illam totā
fermentandam, ac vt fermentum est
acidum, & amarum, ita Iesus Cruci-
fixus est, & mortuus pro nobis, & in

6

De semen-
to varie in-
terpretatio-
nes Parrum.
Hilar. can.
13. in Matth.
Ambrosius.
ser. 5. tom.
3.
Chrysof.
Theophyl.
Hierony.

Matth. 18.

Aug. tom.
4.

Varietas sen-
suam scriptu-
ræ quid ar-
guat.

7

Christus
quàm rectè
fermentū vo-
catur.

Matth. 27. Secunda ratio. Deut. 4. Luc. 12. Matt. 11.

Tertia ratio. Psal. 18. Roma. 10.

Gen. 3.

Quæ nam mulier illa quæ fermentum accepit, & abscondit in farinæ satis tribus.

B. Bernar.

Psal. 77. Psal. 103. Luc. 1. Ibid.

Cruce aceto potatus est, quo per Fidem in eius Crucem, & mortē fermetur. Deinde ut fermentum est naturæ calidæ, ita Christus ignis consumens est, & Ignem, inquit, veni mittere in terram; & plenus charitate, virtutem spiritualement trahendi ad se hominem habet: vnde dicebat, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Impleuit etiam ut fermentum massam naturæ humanæ: quia in omnem terram exiuit sonus eius, & in fines orbis terræ verba eius. Eleuauit præterea naturam nostram in diuinam, & corda hominum à terrenis ad cœlestia; à momentaneis ad solida, à perituris ad sempiterna, reddiditque nos proinde sapidos ori diuino, qui primò erramus tera male dicta, quæ data est in cibum Serpenti, cum dictum est illi, Terram comedes cunctis diebus vitæ. At postquam fermentati sumus per Christi doctrinam, cibus Deo gratus effecti sumus, ut iam Fidem nostram probet, & opera nostra commendet, & digna æterna remuneratione efficiat. Hoc fermentum accepit primò mulier illa sanctissima Virgo Maria, figurata in Sara, cui dicitur Gene. 18. Accelera, tria sata similia commisce, & fac subcineritios panes. Illa ergo prima primò in corde suo, deinde in alio pudicissima accepit hoc fermentum, & in se abscondit, ac commiscuit farinæ satis tribus, nempe verbum, animam, & carnem, id est, æternum, nouum, & antiquum: ut egregiè exponit Bernardus: qui serm. de tribus mixturis egregiè in hunc modum philosophatur: Habes, inquit, in his, triplex genus potentie, quod non erat, creatum, hoc est, anima; quod perierat, reparatum, id est, caro; quod super omnia erat, paullo min⁹ ab Angelis minoratum. Hæc sunt Evangelica illa sata farina, quæ pariter fermentantur, ut sint panis Angelorum, quem manducet homo, panis cor hominis confirmans. Felix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus, superueniente igne sancti Spiritus, coctus est panis iste. Felix, inquam, mulier, quæ in hæc tria sata immisit Fidei suæ fermentum, siquidem Fide concepit, fide pe-

perit. Idem lib. 5. ad Eugenium Papam de hac mixtione verba facies, docet, in ea nouum, æternum, & antiquum inueniri: noua anima à Deo creata est; antiqua caro, quia ex Adam producta est: æternum verò Verbum, quod in principio erat apud Deum. Considerat etiam triplex genus diuinæ potentie, quod factum sit de nihilo aliud, de vetusto nouum, de damnato & nouo, beatum & æternum. Hoc accepto fermento, B. Virgo fermentata est, quæ & ipsa confestim ascendit in montana, ut fermentaret Ioannem Baptistam, & parentes eius Zachariam, & Elisabetham, quos suo aduentu repleuit fermento Spiritus sancti, & Prophetas reddidit. Rursus Ioannes fermentatus ipse cœpit colligere discipulos, & prædicatione, & baptismo disponere ad recipiendum fermentum Christi. Rursus Christus ad se traxit Apostolos, per quos in vniuersum orbem disseminauit doctrinam Evangelicam fermentum, ut omnes calidi & feruentes ad diuina efficerentur, Deo implerentur, & ad Deum eleuaretur. Et, ut dixit Plinius, corpora fermentato pane virtutia, effici validiora; ita animi hominum ad virtutem capeffendam, & vitium declinandum, & mortem pro veritate, & salute aliorum contemnendam, redditi sunt robustiores, validioresque. Hæc latius explicans Ambrosius serm. 5. sic habet. Legimus in sancto Evangelio, dicente Domino Christo de se ipso: Nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Ergo si triticum, Dominus, & Dominus est fermentum, quia fermentum non nisi de tritico fieri solet: recte ergo fermento Dominus comparatur, qui cum esset specie homo, humilitate paruus, imbecillitate deiectus, tanta intrinsecus sapientie virtute pollebat, ut doctrinam ipsius mundus ipse vix caperet: qui cum se cœpit per totum orbem diuinitatis vigore diffundere, statim omne hominum genus in substantiam suam sui potestate pertraxit, ut & iugum Spiritus sui sancti infunderet omnibus, hoc est, Christianos cunctos faceret esse quod Christus est. Nam

Ibid.

Triples genus diuinæ potentie quæ Bernardus. Luc. 1.

Ioan. 1. & seqq. & 3. & Matth. 11. Marc. 11.

Plin. libr. 18. natu. hist. cap. 10.

Animi priorum vnde ad virtutem confirmantur ac roborantur magis. Ambrosius homi. 3. circa finem. 10. 12.

quod

Quomodo quis fieri possit & ipse fermentum, secū dūm Ambrosium.

quod homo Dominus Iesus vnus & solus esset in mundo, tanquā fermentum in massa reconditum, vniuersos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhaerit, efficitur & ipse fermentum, tã sibi vtilis, quàm idoneus vniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitione securus. Sicut igitur fermentum cum in cumulum conspergendum est farinarum, confringitur, comminuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, ut dispersam illam farinam multitudinem in vnum vigorem constringat, atque in solidum corpus redigat, quod in pulueris modum ipsa diminutione languebat, faciatque coniunctio ne sui vtilis massa, quod propria dissolutione videbatur inutile: sic & Dominus Iesus Christus cum esset totius mundi fermentum, diuersis passionibus confractus, laceratus, & dissolutus est, & succus eius pro salute nostrâ, qui est pretiosus sanguis, effusus est; ut admixtione sui omne genus humanum solidaret, quod per diuersa antra resolutum iacebat. Hæc ille, non minus eleganter, quàm docte.

8 Mulieri fermentum abscondenti in farinæ satis tribus coparetur diuina sapientia, quæ apte, & accōmodatè. Hilar. can. 13. in Mattheum. Gen. 6. Hierony. tomo 9. Regnum ite cœlorum simile esse fermento. Matth. 10.

Dici etiam potest, mulierem hanc, diuinam esse sapientiam, quæ abscondit hoc fermentum in farinæ satis tribus: quia per Apostolos viles, & contemptos, in quibus delitescere virtus huius fermenti; breui tempore occupauit Africam, Asiam, & Europam, quasi tria sata; vel, ut eleganter dixit Hilarius, vniuersos homines ex Sem, Chã, & Iaphet progenitos. Si verò per regnum Dei intelligamus Ecclesiam de diuersis gentibus congregatam, ut etiam Hieronymus intelligi posse affirmat, dicemus, Regnum cœlorum simile esse fermento: quia Apostoli numero pauci erant, & fortuna bonis destituti: ob ignem tamè charitatis, & spiritum in eis loquentem, & operantem, & animos illorum excelsos, & ad diuina eleuatos, breui tempore discurrentes per vniuersum homines ad Christum pertrahentes reddidit. Et ut fermentum farinæ appositum, & immixtum, totam penitus massam fermentat: ita & illi hominibus admixti, ac persequutionibus & impugnationibus quasi farina subacti, homines à terrenis eleuauerunt ad cœlestia, & cibum Deo

gratum reddiderunt. Atque hoc fermentum à se prius factum mulier diuina sapientia accepit, & immiscuit prædictis farinæ satis tribus: ut superius expositum est. Et ut fermentum, non in massam, sed potius massa in fermentum conuertitur: ita de Apostolis dictum intelligi potest, quod de quodam Propheta dicitur: Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Chrysostomus pulchrè hinc philosophatur, virtutem Apostolicam admirandus considerans; Quemadmodum fauilla, inquit, cum in arida ligna incidit, in flammam ipsa conuertit, quæ vi sua deinde vel viridia ligna facile incendit: eodem quoque modo prædicatio. Sed cur nam non dixit ignis, sed fermentum? Quoniam non ignis virtute totum fit, sed lignorum quoque ariditate fermentum verò per se ipsum omnia conficit. Si autem duodecim homines totam penè farinam orbis fermentauerunt; diligenter animo versa, quanta sit nostra malignitas atque ignauia, qui cum iam innumerati simus, haec Gentium reliquias conuerti non possumus, qui vel mille mundis satisfacere deberemus. Sed Apostolos illos fuisse, inquit. Quid ad rem? Nonne tecum eiusdem naturæ fuerunt? Nonne cum hominibus etiam ipsi conuersabantur, artes professi, eisdem rebus nutriti? Viuendi ergo disciplina est, quæ ubique fulget, quæ spiritus etiam gratiam attrahit. Quod enim signum Ioannes fecit, qui tot tantasque ciuitates erudit? Nam nihil miraculose ipsum egisse testatur Euangelista, dicens: Ioannes quidem nullum signum fecit. Vnde autem Helias mirabilis factus? nonne quia Regem liberè alloquebatur? Nonne quia nihil possidebat, clarius quàm per signa quoque perfecit? Iob autem illum quibus signis diabolus admiratus est? Certè signo quidem nullo, vitæ autem mirabili disciplina & robore animi excelsos atque inuictos. Quæ signa David adhuc adolescens effecit, ut Deus diceret, Inueni David filium Iesse, virum secundum cor meum? Abraham porro, Isaac, & Iacob, quos mortuos suscitauerunt? quæ leprosum mularunt? Hactenus doctus, & eloquens Pater. Tertius sensus est, ut per fermentum intelligam charitatē, seu gratiā, quæ

Hierem. 15.

Chrysost. hom. 47. in Matth.

Apostolicæ virtutis insignia.

Quid causæ sit, secū dūm Chrysost. quod cum Apostoli vniuersum conuerterint mundum, nos ne paruas quidem Gentium reliquias conuerti possumus? Ioann. 10. 3. Reg. 18. Iob 1. & 2.

1. Reg. 13.

9

F est

Charitas vt sit etiam ip- sa fermentu. Rom. 5. 2. Cor. 3.

Quid quod offerendi e- rant panes fermentati cu hostia paci- fica.

IOAN. 1.

Gratia Chri- sti, & chari- tatis virtu- tes. Hilar. can. 13. in Mat- thæum.

Hierony.

IO Explicatur hoc verbu: Donec fer- mentatum est totum.

est Christi lex scripta in cordibus per Spiritu sanctu, & per qua Deus in no- bis regnat, & nos in illo: per gratiam enim, vt per fermentu, maturatur cor hominis, sitq; calidu atq; feruens: co uertitq; homine a carne ad spiritus: erigit ad diuina & celestia, quia gu- stato spiritu, desipit omnis caro. Gra- tia hæc reddit nobis Deu sapidu, ver- buq; eius & Sacramentu; nosq; ipsi Deo gratos reddit. Hinc Leuit. 7. pre- cipit sibi offerri panes fermentatos cu hostia pacifica: quia nullu sacrificium Deo placet sine fermento charitatis. Hoc fermentu gratia non inuenitur apud nos, sed opus est mutuo accipe- re de plenitudine eius, qui plen' fuit. Deinde eius vsus est in potestate no- stra, propterea ait, Quod acceptu mulier abscondit in farina satis tribus. Anima autem, est sposa, siue mulier, qua hoc fermentum abscondit in penetralibus cordis, seruandu a latronibus. Sata fa- rinae tria, sunt tres leges: quia in omni tempore fuit gratia Christi, licet in vno tempore maior qua in altero. Et in lege veteri hæc gratia fuit abscondita, se- cundu Hilariu, in Psalmis, & Prophe- tis: & in Nouo Testamento apparuit hæc gratia per Fide, Spe, & Charita- te, qua susceperunt Fide credentes Tri- nitatem, vel triplicem Christi naturam, corporalem, spiritalem, & diuina: & Fi- de suscipiendo opus creationis, redem- ptionis, & glorificationis: Spe, expe- ctantes remissionem peccatoru, gratiam virtutu infusaru, & gloria: Caritate, di- ligentes Deu, proximu, & se ipsos. Et in studio bonoru operu gratia facit inci- pietes, proficietes, & perfectos, siue fe- retes fructu trigecuplu, sexagecuplu, & cetuplu. Et in quolibet homine fer- metat gratia Dei corpus, animam, spi- ritum, siue, secudu Hieronymum, Rationabilem partem nostram, Irasci- bilem, & Concupiscibilem. Quia enim quidam se prebent fa- rinam fermentabilem, quida vero mini- me, quida etiam permittunt se ferme- tari quantu ad Fidem, & intellectum; non autem quantum ad voluntatem: hinc non debemus desperare, etiam si paucissimos videamus Christianos, etiam si perierit Fides in Græcia, Afri-

ca, Asia, Germania, Anglia, & reliqua- rum prouinciarum periclitentur: quia pauco fermento potest iteru Deus omnia fer- mentare. Neq; de nobis, etiam tales non simus, quales lex Euangelica nos esse precipit, desperandum est: si qui- dem paulatim fermentu Fidei, & Charita- tis operatur, modo sim' farina per co- tritionem molita, cuius mola superior, spes, inferior, timor: ne vel arrogates, vel meticulosi simus. Simus farina al- ba cadore innocentie, & purgata a fur- furibus cupiditatu, feramufq; aqua ca- lida tribulationis, vt per illa subiga- mur: gustemusq; acore fermenti Chri- sti, carnis omnes concupiscencias pre- scindendo, vt ita nos possit penetrare fermentu Christi, & duritiem nostra- resoluere, & nos ipsos ad Deum ele- uare. Mirum est autem quantum possit fermentum diaboli: nam vel vnus prauus doctor, vel vnus mala, & impu- dica femina, totam ciuitatem corrumpit, & alios ad malum sollicitat: ita vt pudere nos debeat, quod potentior sit vitio nostro diabolus ad perditionem nostra, qua Christus, alioqui po- tetissimus, ad salutem nostra, ad qua no- stra culpa eu reddimus impotentem. Sequitur in textu: Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt im- pleretur quod dictum erat. per Prophe- tam, dicentem, Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutio- ne mundi. Quod Dominus sine para- bolis ad turbas non loqueretur, hoc ideo fiebat, quoniam inter turbas ad- missi erant multi ex hostibus suis, qui eius doctrinam cauillabantur, eiusq; sermones obseruabant, vt accusaret eu. Marcus etiam alteram causam indicat loquutionis Domini parabolicæ, Pro- ut poterant, inquit audire, hoc est, pro- captu auditoru, quod nudi sermonis nondum essent capaces: ideo similitudi- nes accipiebat a rebus tritis & vulga- ribus, per quas rudes & idiotæ induci possent ad credendu mysteria. Quod allegat testimonium Dauidis, ostendit non fuisse nouum in Christo eum loquendi morem, qui per Prophe- tas predictus erat. Quod dicitur, Per prophetam dicentem, annotat B.

Deus vt fer- mentare nos possit, si ve- limus.

Diaboli fer- mentum qua potens & ef- ficax.

II

Psal. 77.

Duplex cau- sa loquutio- nis Domini in parabolis.

Hie

Quorsumid, vt implere- tur quod di- ctum est per Prophetam, &c.

12

Calet. Historico se- su, non my- stico illud te- stimonium fuisse produ- ctum ab E- uangelista.

13

Altera Caletani ratio in contrarium diluitur.

Qualis A- saph Chri- stus.

Hieronymus se in nonnullis codici- bus legisse scriptum, Per Isaiam prophe- tam, dicentem: quod cum in Isaiam non inueniretur, arbitratur Hieronymus, a prudentibus viris esse sublatum. Et subdit: Sed mihi videtur in principio ita editum, Quod scriptum est per Asaph prophetam, dicentem. Septuagesimus enim septimus psalmus, de quo hoc sum- ptum est testimonium, Asaph prophe- te titulo inscribitur. Et primu scripto- re non intellexisse Asaph, & putasse scri- ptoris vitium, atq; emendasse nomen Isa- ie, cuius vocabulum manifestius erat. Quod attinet ad ipsum testimo- nium, putat Caictanus transumpti- ue, & in mystico sensu Euangelistam gesta Veteris Testameti per similitu- dinem dicta, applicare ad similitudi- nes metaphoricæ Noui Testameti: vtraq; enim conueniunt in commu- ni ratione parabolæ, siue a similitudi- ne ducti sermonis. Sed profecto hæc videntur falsa: quia præmittunt ver- ba illa impleri ad literam de illo A- saph, quod certe verum non est: nam quis ille erat, vt ei secundum literam conueniret dicere, Attendite popule meus legem meam? quem ipse popu- lum sub se habebat? aut quam legem poterat cuiquam præcipere? aut quo- modo transumptiue ait locum istum ad Christum trahi, cum Euangelista testetur impleri in illo? quod secun- dum veritatem intelligi debet de pa- rabolis his, quas Dominus protulit, quæ non erant quid verè gestum. Quod verò ait, similitudines verè gestorum in ratione parabolæ conue- nire cum similitudinibus metaphoricis, & confictis, non nisi valde æqui- uocè verum est: & ineptè alteru præ- cise dictum ad alterum traheretur, etiam si in ratione generica conueni- rent. Sermo enim de asino præcise lo- quens, incongruè ad hominè trahere retur, ob hanc causam quod homo & asinus in ratione animalis conueniât. In Christo ergo ad literam impletur locus iste, vt omnes Catholici recepe- runt, quia id Euangelista testatur, & verba ipsa satis porrigunt. Ipse ete- nim est verus Asaph, qui venit vt di- sperfa colligeret: ipsi datus est popu-

lus ad instruendum: ipse propriam legem ore proprio tulit, & docuit. Et vocat Mattheus κρυπταίνα, id est, ab- sccondita, quæ videlicet attentu requi- runt auditorem, & ænigmata dicun- tur. Atq; hæc sint satis de hoc testi- monio allato. Contendamus itaq; & omnibus viribus adnitamur, vt ferme- tu charitatis possideamus, illudq; in nobis augeamus, vt plenè tum nos ip- sos, tu alios ad Dei gloria illustranda inuitemus, & ad cognitionem plenio- rem alliciamus sapientia & virtutis Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viu- it, & regnat, in secula seculorum. Amè.

TRACTATUS X. De parabola thesau- ri absconditi in a- gro: quæ habetur tantum Matt. 13.

SIMILE Est regnum celo- rum thesauro abscondito in agro: que qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio il- lius vadit & vedit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum.

Origenes hanc, & duas sequentes, non parabolas, sed similitudines esse existimat, quia iam ingressus do- mum, eas Apostolis, non turbis, dixit: nec eas parabolas vocauit, vt in alijs prioribus fecit. Verum hæc ra- tiones non sunt tam solidæ, vt pro- positum euincant: nam etsi non vo- cauerit a principio parabolas, satis est in fine Euangelistam dixisse; Et factum est, cum consummasset Iesus para- bolas istas, transijt inde. Nec etiam fir- mum est, quod eas non turbis, quibus loquebatur Dominus in parabolis, di- xerit, sed Apostolis domi interro- gantibus: etenim non repugnat, Do- minum interrogatum explicasse præ- fatas parabolas, & addidisse has tres de integro, atq; illas simul exposuisse. Forma etiã loquedi in istis tribus, no- min' qua in prioribus, parabolica est, & ab illa grani sinapis, & fermenti non

I Origenis p- osiam para- bolam, no pa- rabolam sed si- militudinem esse negatis opinio con- futatur. Orige. in c. 13. Matth. in princip. tom. 2.

Secunda ra- tio.

Tertia & po-
strema.
Grego. Nazian.
tom. ultim,

2
Ad quem sit
finem præ-
fens hæc pa-
rabola the-
sauri abscon-
diti in agro
a Domino
inducta.

Eum thesau-
rum licet ab-
sconditū ha-
bentes, quæ
bene fortu-
nati illi sint.

I. Ioa. 3.

Hora. lib. 1.
Sermon. sa-
tyr. 1.

Pretium re-
gni Dei, quæ
inestimabi-
le.

3

dissimiles: & Patres omnes pro para-
bolis agnoscunt, maximè Nazianze-
nus in carmine de parabolis apud Mat-
thæum.

Porro sex ta numero est hæc para-
bola, & ad agricolas spectas (quia eo-
rū est agros emere) sicut omnes aliæ
præcedentes, præter illā fermēti. Quā
quæ autē hæc parabola quod tēdat, ne-
q; ex præcedētib; neq; ex subsequē-
tibus indicetur: ex ipso tamē similitu-
dinis corpore, & Patrū cōmētarijs per
hæc & sequentē parabolam de nego-
tiatore querēte bonas margaritas in-
dicatur, profefsionē Euangelicā, non
esse leuiter aut vulgari studio expe-
tendā, sed omnibus omisissis hoc vnū
summū studio conandū, omniūq; bo-
norū nostrorū iactura, summū illud
bonū comparandū: quod etsi non sit
cuius obuiū, tamen semel repertum,
summā habet felicitatem. Et quanquā
interim lateat apud homines tantus
thesaurus, nec ostēdat sese; tamen is
qui possidet, tacitè sibi ipsi plaudit, se-
curus expectans illū diem, quo tanti
thesauri felicitas, quæ nunc in obscu-
ro est, in apertū proferatur, dicens cū
Ioanne; *Nunc filij Dei sumus, & nondū
apparuit, quid erimus. Scimus quoniā
cū apparuerit, similes ei erimus: quoniā
videbimus eum sicuti est: & cum quodā
alio, de quo Poëta quidam scribit di-
xiss:*

*Populus me sibilat: at mihi plaudo
Ipse domi, simulac nummos contemplor
in arca.*

Et meritò his parabolis ostēditur
meritum & pretium regni Dei, vt pro
illo comparandō omnia nostra bona
sint contemnenda atq; distrahenda,
Nam cū duabus præcedentibus pa-
rabolis regnū Dei rebus minimis
& contemptis comparasset, id est,
grano sinapis & fermento, quod mo-
dicum esse solet, ne quisquam pro-
pterea minus præclarè sentiret de re-
gno Dei, totidem alijs, nempe thesau-
ri, & margarite, eius summam, & im-
mensam dignitatē, atq; inestimabile
pretium declarauit.

Seorsim autē absq; turba has duas
parabolas sequentes proposuit, vt do-

ctè Euthymius notauit, nam conse-
quitur sunt expositionem parabolę zi-
zaniorum, quæ seorsim fecit: & quia
sciebat iam illos per ea quæ dicta es-
rant, sapientiores effectos, ita vt pos-
sent intelligere, idcō post finem pa-
rabolarum ait eis, *Intellexistis hæc om-
nia? Dicunt ei: Etiam Domine. Et hæc*
nus de proposito.

De cortice similitudinis, quid &
nomine, & re sit thesaurus, explican-
dum est. Nomen hoc etsi in Lati-
na lingua, & vulgari materna vsurpa-
tum sit, ipsum tamen natura sua Gre-
cum est; dicitur enim *θησαυρός*, id
est, vt interpretatur Eustathius Ho-
meri interpres, *θησαυρός* ἴσθ' ἀπόρον, re-
positum in crastinum: nam pecu-
nia recondita, & in copia congesta,
qua ad communes expensas non v-
timur, thesaurus dici solet. Iuxta
rem verò, Paulus Iurisconsultus de
acquirendo rerum dominio. l. Nun-
quam, *Thesaurus*, inquit, *est tam ve-
tus depositio pecunie, vt eius non ex-
tet memoria, & iam dominum non ha-
beat. Sic enim fit eius qui inuenit,
quod non alterius sit: alioquin si quis
lucris causa, vel metus, vel custodia
condiderit sub terra, non est thesau-
rus, vt pote cuius etiam furtum sit.*
Hæc ille: atque hoc est propriè the-
saurus. Per metaphoram autem quid
quid in copia possidetur, vt sit tan-
quam penu quoddam, & promptua-
rum, dici solet thesaurus: virum enim
sapientia & scientia repletum atque
refertum tradidit Dominus, de the-
sauro suo proferre noua & vetera:
& Cicero libr. 1. de Oratore, *The-
saurus rerū omnium est memoria.* Hinc
apud Iob, *Nunquid ingressus es the-
sauros niuis, aut thesauros grandinis
aspexisti, quæ preparauit in tempus
hostis in diem pugne, & belli? Vbi the-
sauros niuis, & grandinis vocat, infi-
nitam earum copiā, & quæ sepe depro-
matur præter opinionem hominum,
& expectationem, quas vbi conditas,
& velut in thesauris repositas Deus
haberet, nemo scire poterat, cū fere-
na esset facies cœli, atq; his armis de-
pugnat Deus cōtra seuos hostes suos.*
Ita etiā Psalm. 32. *Ponehs in thesauris*

Euthym. c.
24.
Quæ causa
fuerit hæc,
& sequentes
parabolas ex-
plicandi so-
lis, discipulis
non turbis.

4

Thesaurus
quid nomi-
ne, & re.

Paul. Iurisf.

Quid meta-
phorice the-
saurus.

Matth. 13.

Cicero.

Iob. 38.

Thesauri ni-
uis, & gran-
dinis qui sint
apud Iob.

abyss=

Ventos pro-
ducit de qui-
bus thesau-
ris suis Deus
Virgil. lib.
2. AENEID.
Coloss. 2.

2. Cor. 4.
Apostoli
quem habe-
bant thesau-
rum in vasis
fictilibus.
1. Tim. 6.

Rom. 2.
An liceat,
thesauro in-
uento in a-
gro, agrum
emere.

5
Thesaurus
cui restituē-
dus.

abyssos; quia profunditates immensas
aquarum in locis occultis & profun-
dis constituit. Et rursus Psalm. 134.
Qui producit ventos de thesauris suis,
id est, de locis cauernosis, & profun-
dis; quasi innuens in illis delitescen-
tes ventos contineri: quemadmodum
Poëta Aëolum fingit vētorum regē,
sub mole quadam montis eos conti-
nere: ita etiā metaphoricè dicuntur
thesauri scientiæ & sapiētiae Dei esse
in Christo, sicut diuitiæ, & bonitatis,
& sapientiæ in Deo. Ita per metapho-
ram, Apostoli dicuntur gestare thesau-
rum in vasis fictilibus, hoc est, augu-
stum & pretiosum prædicationis E-
uangelicæ munus: & ad Timotheum
scribit, vt diuitibus huius seculi præ-
cipiat, non sublime sapere, sed diui-
tes fieri in bonis operibus, facilè tri-
buere, libenter communicare, thesau-
rizare sibi fundamentum bonum in
futurum: vt apprehendat vitam æter-
nam. Et vt qui bona opera bonis ac-
cumulat, dicitur bonum thesaurum
thesaurizare: ita per contrarium qui
peccata peccatis addunt, *thesaurizant
sibi iram in die iræ*, teste Paulo. Dein-
de ad literam illud considerandum,
an licitum sit, thesauro inuento in a-
gro, agrum emere? quia videtur esse
species furti, rem pretiosam sibi no-
tam paruo ære comparare. Ad hoc
dicendum est, quædam inueniri, quæ
nunquam fuerūt ab aliquo actu pos-
sessa, vt sunt lapilli inuenti in littore
maris, vel montibus, & gemmæ in ca-
pitibus piscium: & talia primi occu-
pantis fiunt, & transeunt in eius do-
minium: alia quædam sunt, quæ fue-
runt alicuius, & tamen iam nullius
sunt, quia pro derelictis habentur: &
taliam primo occupati cōcedunt. The-
sauri autem in terra reconditi non ha-
bentur pro derelictis, sed potiùs vt
melius seruentur; ideò non efficiuntur
inuenientis.

Sed hinc distinguendum est, quia si
thesaurus sit nouitius, ac nō antiquus,
quod pecunia ipsa & vasa nostri tem-
poris indicare possunt, reddendus do-
mino est, plus quàm res inuenta,
quæ potest putari pro derelicta. Si
autem thesaurus sit antiquissimus,

cuius probabiliter non creditur do-
minus superesse, nec hæredes, qui illi
iure succedant, etiam si daremus deci-
mā vel duodecimā generationē super-
esse, nō tamē posse cognosci eiusmo-
di successione, thesaurus iste efficitur
totus inuentoris, sicut res quæ in nul-
lius bonis est: nam etsi aliquando
habuerit dominum, iam non habet,
& perinde est ac si nunquam habuisset.
Iura tamen humana, ad vitanda
scandala, decernunt: Si quis thesaurū
inuenit in proprio prædio, quàm
primū efficitur ipsius inuentoris: si
autem in alieno, distinguendum est.
Nam aut ille locus est priuatus, aut
publicus, siue sacer. Si est locus pri-
uatus, & casu inuenit thesaurum, me-
dia pars eius cedit in dominium in-
uentoris, & media pars in dominium
eius, qui dominus est loci. Si verò
studiosè quæsiuit, & inuenit in agro
alieno, totus efficitur domini agri.
Si autem locus est religiosus, vel sa-
cer, siue publicus, & in eo fortuitò in-
uentus est thesaurus, totus fit inuen-
toris: vt Institut. De rerū diuisione. §.
thesaurus, & C. de thesauris libr. 10.
Neque his legibus obstat lex. 3. §. si
in locis. ff. de iure fisci, vbi traditur,
quod si thesaurus inueniatur in loco
communitatis, media pars est fisci, &
media inuentoris: nam hæc lex ante-
rior fuit Institutionibus Imperatoris
Iustiniani, per quas illa lex Iuriscon-
sulti Trebatij correctæ fuit. Quanquā
adhuc quidam restringant legem il-
lam Institutionum, docentes veram
esse, si rigorem spectes, secus si equita-
tem. Et hi sunt Syluester, & An-
gelus, & Couarrubias. Nec deest ra-
tio quæ hoc confirmet: nam quod di-
citur in Institutionibus, intelligēdū est
de thesauris, qui in nulli? sint dño: at
loc? cōmunitatis, aut loc? sacer seper
in alicui? bonis cōputari, vel cōmu-
nitatis, vel ei? qui præest ecclesie, & il-
lo cōmuni iure agendū vt mediapars
cedat? cōmunitati, media inuētori,
velel qui præest loco sacro. Tēpore au-
tē Christi ea lex erat, ideò qui thesau-
rū inueniebat in agro alieno, emebat
agrū, vt liberè & licitè totū thesaurū
possidere posset. Ideò quidā ignorates

De inuento
thesauro iu-
ra humana
quid statuāt.

Quæ leges
oppositū de
cernūt, quo-
modo acci-
piendæ sint

E 3 hanc

hanc legem, frustra asserunt, nō posse in omnibus accommodari parabolā: quia emptio agri speciem quandam furti continere videatur.

Quōd verō interdū thesaurus sic in terrā fossus deperat, accidens est: sicut quōd morte praeuentus, maneat thesaurus absconditus, nepe thesaurū nō infodit vt periret, sed vt fidelius, & securius illū asseruaret. His de parabola cortice praemisissis, iā agendum de applicatione. Regnum caelorum hoc loco, simile esse thesauro abscondito, tripliciter potest exponi. Primō, secundū Hilarium, & Hieronymū, de diuinitate Verbi latēte in humanitate: quem sensum secutus est B. Vigilius lib. in Eutychetē, intelligēs ob id inuentorē thesauri nō statim illū abstu- lisse de agro, sed voluisse simul cū eo acquirere. & agri possessionem, quōd non profit agnouisse Diuinitatem in carne delitescētem, nisi cum ea etiam agnoscamus & confiteamur humanitatem. Et Paschasius libr. De corpore CHRISTI: Non recte, inquit, caro sine diuinitate sumitur; nec diuinitas sine carne praestatur. Vnde in Euangelio: regnum caelorum simile dicitur thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, vadit, & vendit omnia quae habet, & emit agrum illū: quia nec ager, corpus videlicet Christi, sine thesauro, id est, diuinitate, nec thesaurus diuinitatis sine agro carnis iure comparatur. Deinde, de Ecclesia, & numero electorum; siue societate sanctorum, quorum vita abscondita est cum CHRISTO in Deo, quique pretiosus sunt Deo thesaurus: Tertio, exponitur ab Augustino; & Hieronymo, pro sacrae Scripturae intelligentia, & ante eos Origenes dixit: Agro non est dissimilis sacrae Scripturae, in qua reconditus est inestimabilis thesaurus sapientiae Dei. Et hic sensus potest cum primo coniungi, vt homo inueniens thesaurum, sit ille, qui CHRISTI diuinitatem in humanitate absconditam, & thesauros diuinæ sapientiae in Scripturis delitescētes inuenit. In secundo, verō sensu, homo qui inuenit thesaurum, hoc est, pretiosam ecclesiam electo-

rum, siue animarum sanctorum, Christus est, qui pro comparando tanto sanctorum thesauro, omnia bona sua distraxit. Et in hoc sensu Christus quaerit nos vt suum thesaurum: in priori nos quaerimus Christum vt thesaurum nostrum; & quia causa nostrae salutis: & vt nos Deum quaeramus tanquam incomparabilem thesaurum, opus fuit Christum priorem nos diligere, & quaerere, quā nos ipsum: propterea ille secundus sensus primō tractandus est.

Simile ergo est regnum Dei thesauro. Qui vt conflare solet ex auro, argento, & margaritis, atque alijs rebus fulgentibus, & natura, vel arte praestantibus: ita pij & electi varijs donis, & gratijs ornantur, & ex eis vt lapidibus pretiosis constituitur caelestis Hierusalem, vt habetur Apocal. 21. & Isa. 54. vbi ait; Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam Iaspidem propugnacula tua; & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles; vniuersos filios tuos doctos à Domino; & multitudinem pacis filijs tuis. Et idcirco quaelibet anima pro sua portione, thesaurus est: Non est enim (ait Sapiens) ponderatio digna continentis animae. Quaelibet etiam abscondita est, ac in agro carnis delitescens, ac si filia reginae sub schemate ancillae lateret sub crudelissimi ferui dominio, ac tyrannide. In agro etiam mundi, & sub curis seculi humani latitat: vt enim dicitur in Ecclesia stico, Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus; quae utilitas in vtrisque? Porro omnia excellentia, hic sunt occulta, vt aurum in venis terrae, margaritae, & corallia in mari, & conchis eius: anima etiam delitescit sub corpore: & natura sine gratia nil iuuat, quia hominem ita Deus condidit, vt à se pendere voluerit.

Hunc dicitur homo inuenire: id est, Filius Dei factus est homo sine humana hypostasi: & inuenit meritō, quaerendo per totā vitam suam, quae via eius erat, quemadmodū Ioseph fratres inuenit, & pastor ouem errantem, caelestia nec curantem, nec in-

7
Thesaurus ex quibus consistit.

Qui sint velut lapides pretiosi superne Hierusalem.

Anima fidelis vt sit thesaurus, atque idem absconditus. Eccle. 26.

Simile.

Sup. 20.

Excellentia quaeque recondita, quae nam illa sunt.

8
Thesaurum animae quis homo ille qui inuenit. Genes. 45. Luc. 15.

Regnū caelorum simile esse thesauro abscondito, tripliciter accipi potest. Primus sensus. Hilarius in Matt. can. 13. Hieron. tom. 9. ibidem Vigil. Papa lib. 3. in Eutyche. Paschas. libr. de corpore Christi, cap. 17.

Alter sensus.

Colos. 3.

Te tuis. Augus. lib. 1. questio. Euag. cap. 13. tom. 4. Hieron. in Matth. ca. 13. tom. 9. Origen. in cap. Matt. 13. tom. 2. initio. Hic sensus cū prior vt conueniat.

Psal. 13. & Rom. 3. Psal. 118. Quando inuenit illum thesaurum. Luc. 15.

Quare abscondit.

9
Quomodo abscondit.

Rom. 8.

Psal. 26.

Præ gaudio thesauri illius inuenti vadit, & vendit vniuersa quae habet, & emit agrum illum, quando.

Heb. 12.

Luc. 15.

Quanta Christo in nos charitas.

2. Cor. 5.

Ecclesia quibus comparat thesaurum absconditum in agro.

1. Cor. 6.

telligentem: Nō est, inquit, iustus quisquam, non est intelligens, non est qui reus Deum. Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt: Et Dauid de se ait, Erraui sicut ovis quae perijt: quare seruum tuum, &c. Actum autem inuenit, cum iustificat, vt cum iuniorem filiū à regione longinqua redeuntem, pater blandē suscepit. Dicitur homo inueniens abscondere thesaurum: quia quantum attinet ad corticem, hic homo per rimas viderat thesaurum, quē nec auferre poterat, nec licebat; idē tēctus. Emit autem agrum, vt totum haberet, & totum extrahere posset.

Iuxta sensum verō intētum abscondit Christus inuentam animam, tanquam vitē viridem, & viuam in hyeme, quae sicca delitescit vsq; ad aestatem: tegitur autem similitudine carnis peccati, & similitudine interitus hominis, & iumentī, insipientis, & stulti, & sub tabernaculo occulte prouidentiae Dei, de quo ait Psaltes, Protegit me in abscondito tabernaculi tui. Tegitur pallio humilitatis, lucē, paupertatis, poenarum, tentationū, & scrupulorum, vt fomitem comprimat, & purior efficiatur. Præ gaudio autem illius vadit, & vendit vniuersa; dum proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta: & vt Prodigus in cruce omnem suam substantiam corporis, animae, & Deitatis, quodam modo dilapidasse, & dissipasse videtur, vt corpus nostrum, & animū redimeret. Neq; tantū thesaurum, id est, electos, sed etiam agrum, scilicet omnes homines, totumq; mundum sibi comparauit: ita enim cruci affixit corpus nostrum, & sibi illud subiecit. Idē quisq; videat, ne sibi viuat, gemitio suo indulgens; sed ei, qui pro se mortuus est, & resurrexit. Ecclesia in natalitijs virginum legens has parabolas, Thesauri, & Margaritarum, confirmat hunc sensum, nimirum nomine thesauri & margaritae intelligendas animas sanctas, quae virginitatem, & ceteras virtutes colunt. Idē pretiū requiretur à nobis, & laboriosa inquisitio Christi. Empti enim sumus, vt ait

Apostolus, pretio magno; proindē

portare debemus Deum, & gloria re. in cordibus nostris.

Quōd vt prestare possimus, secūdū sēsus suppeditat, qui est: Simile est Regnum caelorum thesauro abscondito in agro. In quo sensu Christus est thesaurus, de quo ait Hieronymus: Thesaurus iste, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi, aut Deus Verbum est, qui in carne Christi videtur absconditus: aut sanctae Scripturae, in quibus reposita est notitia Saluatoris: quem cum quis in eis inuenit, debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, vt illum possit habere quē reperit. Sic ille. Et confirmatur hic sensus, siquidem Christus thesaurus dicitur à Salomone, nam loquens de sapientia ait; Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinam dona commēdati. Quadrat etiā Christo ratio thesauri, quia ipse integrum est mentis, & sensus regnum: & omnes creatas & increatas perfectiones; tanquam thesaurum possidet: vnde & ait; Mecum sunt diuitiae, & gloria, opes supernae, & iustitia. Melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso, & gemina mea argento electo. Et in eodem loco; Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis, & omne desiderabile ei nō potest comparari Beati qui contemplantur in ipsa cuncta: reliqua illi fordent, & tanquam sterora deputantur. Ad hęc, qui habet thesaurum, omnia necessaria habet, si uē ad victum, vt cibum, potum, vestem, & domum; si uē ad delicias, nobilitatem, & sapientiam: ita qui Christum habet, omnia habet: possidet cibum saturantem mentem sine fastidio, quia & ipse dixit: Qui edunt me, adhuc esurient. Habet potum consolationis delectantem. Si quis, inquit, sitit, veniat ad me, & bibat. Habet vinum letificans cor per amorem. Commēdate, ait, amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Habet vestem, per imitationem Christi, de qua Apollolus, Induimini Dominum nostrū Iesum Christum. Habet domum in presenti, per quietem, & pacem conscientiae; & in futuro, quia in domo Patris man-

IO
Christi quare sit thesaurus absconditus in agro, secundū Hieronymum. Hiero. tom. 9. Coloss. 2.

Quantus sit ille thesaurus Salomoni. Sapient. 7.

Secunda ratio.

Prouer. 8.

Philip. 3.
Tertia ratio

Christū qui habet, quā diues ille: Ioan. 7.

Cant. 5.

Rom. 13.

Ioan. 14.

2. Petr. 1. *iones multæ sunt. Habet nobilitatem, quia magna & pretiosa nobis promissa donauit, per quæ efficiamur consortes diuine nature. Habet solidã cû Deo amicitiam, & Angelis eius: vt enim ait liber Ecclesiastici, Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illũ, inuenit thesaurum. Dat possessiones bonorum æternorum. Si vis, inquit, perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurũ in cælo. Deniq; confert dominationem, & regnum. Venite, inquit, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.*

II
 Christus thesaurus quare absconditus in agro. *Isa. 45. In quo agro sit absconditus.*

Ioan. 1. *1. Cor. 1.*

Secundus sensus. *Ibidem.*

Tertius sensus. *Matth. 13.*

Quartus sensus, & quintus. *Coloss. 2.*

Sextus & postremus.

est quæuis anima sancta, concipiens Christum, & seruans in præcordijs, vt illo ditari possit. Dicitur autem absconditus in illo agro, non tantum animantibus ratione carentibus, quæ oculum ad videndum eum nõ habet; aut Gentibus, quia Nullus principum huius seculi eum cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, sed etiam Iudæis per Scripturas instructis, qui tamen dicebant, Filium hominis esse Ioannem Baptistã, aut Heliam, aut Hieremiã, aut vnũ ex Prophetis. Imò etiã Angelis ipsis ignotus, ac incomprehensibilis fuit hic thesaurus, quod attinet ad naturam illorum, quãquã ex gratia Dei, & reuelatione cognouerint; ac proindè dæmonibus multo magis extitit ignotus cognitione illorum naturali; quibus tantum innotuit, quãtum ipse voluit. Solus Pater huc thesaurum nouit, qui de illo solus testatus est; *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsemet, qui se ipsũ detegebat & signis admirandis, & verbis, dũ diceret; Ego sum pax vite; Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio, & vita; Ego sum via, veritas & vita.*

Huc thesaurũ dicitur homo inuenire; nã etsi sit absconditus, inueniri tamen potest. Et primò quidẽ inuenitur forte, id est, nullo merito præcedenti; sed ex mera Dei gratia, & beneplacito, & Patre reuelate per Fidẽ, qui thesaurũ abscondit: quia à patre familiaris absconditur, vt traditur in libro Digestorũ, titulo De acquirẽdo rerũ dominio: & vt sit inuẽtoris, opus est, vt lógo tẽpore fuerit absconditus. Paulus autẽ ad Rom. ait, *Secundum reuelationẽ mysterij tẽporibus æternis taciti.* Et ita forte inuẽtus est à Samaritana, à Matthæo stãte in thelonio, à Latrone in cruce, & à Paulo eũte in Damascũ, vt persequeretur discipulos Domini. Secundò, thesaurus hic detegitur, vel Patre indicatẽ, vt fecit cum Petro, cui Dominus dixit; *Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus cælestis: vel per prædicationẽ, quã cõmunius esse solet. Tertio inuenitur per rimas fulgorem emittens, id est,*

Quibus fuerit absconditus. *1. Cor. 2.*

Matth. 16.

Angelis ipsis quatenus innotuit hic thesaurus.

Supr. 3. & infra. 17. Ioan. 6. Infra. 8. Infra. 11. Infra. 14.

12. Quibus modis inueniri valeat.

Rom. 16. Ioan. 4. & seq. Matth. 9. Luc. 23. Act. 9. Secundus modus. Matth. 16.

Tertius modus.

verbis,

Quartus.

Prouer. 2.

Mos antiquorum in reponendo thesauro.

13. Inuentũ thesaurũ, Christũ scilicet, cur homo abscondat, & quibus. *Isa. 24. Matth. 7.*

4. Reg. 20.

Greg. tom. 2.

Matth. 5.

verbis, operibus, & miraculis; tũ in vita, tũ in morte, tũ post mortem in suis discipulis coruscans: vt verẽ ostẽderit Deum absconditum. Quarto, eum aliquis inuenire solet, fodiendo terram. Ita enim ait Salomon; *Si sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentia: si quæseris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & sciẽtiam Dei inuenies.* Et Iob capit. 3. *Qui expectant mortem, & non veniunt; quasi effodientes thesaurum, gaudentq; vehementer, cum inuenerint sepulchrum?* Hec ille, alludẽdo ad morem antiquorum, qui cum mortuo reponerent in sepulcro thesaurum: secundum quam rationẽ in nostra mortificatione, spiritualiq; nostra absconditione delitescit thesaurus noster. Fodiendus ergò ager multiplex, vt in illo inuenire possimus tantum thesaurũ latitantem.

Inuentum autem thesaurum magis abscondit: quia qui perfectẽ ad Christum conuertitur, non tutẽ hoc renuntiat amicis suis & domesticis, quia inimici hominis domestici eius: sed dicit cum Propheta; *Secretum meũ mibi, secretum meum mibi.* Deinde abscondit à canibus, & porcis, ne pedibus conculcent margaritas, aut morsibus lacerent, quod sanctum est. Tertio abscondendus est thesaurus, ne ostentatio eius elationem pariat, & euanescat; & fiat, quod dicitur in pro uerbio, thesaurus carbonum: quemadmodum quia Ezechias alienigenis suos thesauros patefecit, Dominus iratus est. Vnde Gregorius homil. XI. *In presenti vita quasi in via sumus, quã ad patriam pergitur. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latronculi obsident: deprædari ergò desiderant, quia thesaurum publicẽ in via portant.* Hoc autem dico, non vt proximi opera nostra non videant; cum scriptum sit; *Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est; sed vt per hoc quod agimus, laudes exterioris non queramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per in-*

entionem, qua Deo soli placere querimus, semper optemus secretũ. Hæc ille. Non ergò abscondendus est thesaurus ex inuidia, sed timore seruantis, & nolentis perdere, vt ait Hieronymus. *Si quis, inquit Apostolus, existimat se scire, videat ne cadat. Et videte vos metipsos, ne perdatis, quæ operati estis. Et præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersã quæ habet.* Magnum est, Deum inuenisse, si de denario inuenito gaudemus: & si de fratre, quem putabamus periisse, recuperatõ ita letamur. Hic ergò præ gaudio ebrius, sui, & suorum oblitus, pergat, vt vendat vniuersã quæ habet, non partem tantum, quẽadmodum Ananias, & Sapphira, qui defraudarunt venditi agris pretium. Et tantum est regnum Dei, & Christus, vt non possit pecunia parata comparari: opus est nos vendere bona stabilia, atq; ad eũ renuntiare omnibus quæ possidemus, hoc est, Gentilibus dogmatibus, & Iudaicis, voluptatibus, opibus, & commoditatibus nostris, quemadmodum Paulus fecit, qui dicebat; *Omnia arbitratus sum, vt stercorea, vt Christum lucrificiam.* Est enim omnium renuntiatio, quasi quẽdam venditio, quæ non est sine emptore: emptor autem est ipse Dominus, qui pro bonis quæ illi reddimus, pendit se ipsẽ in meritum in præsentia vita; & in futura, in vitæ æternæ præmium. *Et emit agrum illũ.* Ita enim est coniunctus thesaurus agro, vt nisi efficiaris agri dominus, tantum thesaurum habere non possis. Audiant qui negant Christi humanitatem, aut Virginis dignitatem matris, aut sacramentum Eucharistiæ, aut qui Scripturarum sensum peruertunt. Caro autem vellet thesaurum agro non empto: & quia illi ager est fodiendus, & labore comparandus; dicit, vt de emptore scribit Salomõ, *Malum est, malum est, inquit omnis emptor: sed cum recesserit, tunc gloriabitur.* Solet enim emptor, quò vilis emat, rem prius vituperare: sed ubi emerit, iactat se, & gloriatur de peritia in emendo, & de vilitate pretij: ita omnibus studio bonorũ operum durum esse videtur comparare

Caue a quæ absconditio thesauri. Hieronym. *1. Cor. 10.*

2. Ioan.

Dei inuentio thesauri quã læta, quã delectabilis.

Act. 5.

Luc. 14. Vededa quæ propter illũ vniuersã.

Philip. 3.

Emptor quis nam sit.

Pro habẽdo thesauro cur ager emendus.

Prouer. 20.

Emptorum ingenium.

vitam

vita æternam: verum cum ad illam pervenerint, agnoscent & gloriabuntur, pro eo quod vilissimo pretio eam comparauerint, & intelligent verba Apostoli; Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et hæc de secundo sensu.

Rom. 8.

14 Scriptura diuina eiusque sensus, qualis thesaurus Augustino. August. tomo. 4.

15 Ad Christum, thesaurum scilicet diuinum comparatum adhortatio. Rom. 8.

2. Cor. 12.

Thesaurus Ecclesie qui vocatur vnde patrum ac quisitus, constatque sit.

In tertio accipitur pro intelligentia Scripturæ, de quo Aug. lib. 1. Evangelicarum questionum quest. 14. sic scribit: *Thesaurum in agro absconditum, dixit duo Testamenta legis in Ecclesia, quæ quis cum ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere, & vadit, & vendit omnia sua, & emit illud, id est, contemptu temporalium, comparat sibi otium, ut sit diues cognitione Dei.* Hæc ille: & quia in alijs sensibus prolixiores fuimus, in hoc tertio breuitati studentes; Augustini allegatis verbis contenti sumus.

Contendamus igitur tantum possidere thesaurum, hoc est, Christum, quia portatu facilis est, imò portat se portatè: comunicabilis est, sine eo quod amitti possit: consumari nequit, quia infinitus est, & vi vlla à nobis extorqueri non valet: ait enim Apostolus, *Quis nos separabit à charitate Christi?* Vili pretio comparatur, quia tantum venditur, quantum habes, & quisque se ipsum dando, illud consequi potest. Per hunc thesaurum augetur in nobis Fides, inflammatur Spes, Caritas sumit incrementum, & studio bonorum operum thesaurizamus nobis thesaurum indeficientem in celo. Et quo quisque magis eum possidet, & maiori charitate flagrat, instar patris thesaurizare potest pro filiis suis: quemadmodum viri excellentes, & vite sanctitate præelari, Ecclesiam suis amplissimis meritis ditant: quorum opera, quod ad rationem merendi attinet, etsi in ipsis cumulatè sint remunerata, quantum tamen ad vim satisfaciendi spectat, quoniam plura perpessi sunt, quam debent, remanent in Ecclesie communi thesauro referuata, ut in alios liberaliter per indulgentiarum concessione in omnia membra Ecclesie distribui, ac dispensari valeant, merito atque virtute Domini nostri Iesu Christi, cui cum

Patre, & Spiritu sancto reddatur ab omni creatura honor, gloria, imperium, & gratiarum actio in sempiterna secula. Amen.

TRACTATUS XI.

De parabola negotiatoris quærentis bonas margaritas: & habetur tantum Matth. 13.

UTERVM simile est Regnum celorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

Septima in ordine hæc est parabola, ad vnum & idem institutum spectans, ad quod præcedens: nimirum ut constet nobis Regni celorum amplitudo, valor, & pretium, quatenus pro eo possidendo, non grauatur feramus, omnia, quæ in bonis nostris sunt, distrahere atque cõtènerè. Pulchrè autem ad hoc significandum, similitudine thesauri, & margaritæ vitur: quia hæc tanti apud nos sunt, ac in tanto pretio habentur, ut propter ea possidenda, homines ad omnia bona quæ habent, dimittenda excitentur: trahunt enim vtilitate, pretio, ac dignitate sua, nisi quod homines magis thesauro, quam margaritis delectentur: contra fœminæ margaritis magis, quam thesauro: & ita aptis modis ad trahendum vtrunque; sexum proponuntur. Ad hæc, casu inuenitur thesaurus, sed voluntate comparatur: margaritæ verò à mercatore ex intentione quærentur, atque emuntur. Tales quippe margaritæ fuerunt, Peccatrix, quæ ad Christum venit cum alabastro, & lacrymis: Prodigus sancta plenus verecundia reuersus ad patrem: Eunuchus Cædæcis Reginæ veniens in templum, orans, & legens in curru scripturas; Cornelius Cen-

I Quod spectat hæc parabola.

Regnum celorum thesaurorum & margaritæ cur simile esse perhibetur.

Pretiosas Christi margaritas quas inuenit.

Luc. 7.

Infra. 15.

Astor. 8.

Astor. 10.

turio

2 Negotiator quis.

Firmicus auctor.

Horat. lib. 1. epist. 1.

Origen. in cap. Matth. 13. prope init. tom. 2. initio. Margaritarum varia genera ex Origene.

Captura earum qualis.

turio cum ieiunijs & eleemosynis Deum deprecans. Et hæc de fine parabole.

Quod attinet ad literalem sensum parabole, negotiator in primis dicitur, qui magno studio ac diligentia artem negotiandi, siue emendi, & vendendi exercet; & non qui semel aut bis quæ necessaria sunt tibi comparat, sed qui ex arte & habitu margaritarum negotiationi incubit, qui margaritarum à Firmico nuncupatur. Pulchrè autem ingenium mercatoris, qui margaritas cõmit, describere videtur: nam magno labore, & studio, ac non sine periculis eas regiones adit, in quibus margaritas venales inueniat, ut vili emptas, magno suo emolumento eas distrahatur. Talè negotiatorem describit Poëta quidam his verbis:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Rursus ponderat Origenes, quod quæret bonas margaritas, cuius hæc sunt verba: *Inuenimus igitur apud eos, qui de gemmis tractarunt, de margaritæ natura hæc. Margaritarum alias esse terrestres, alias maritimas: ac terrestres quidam apud solos Indos nasci; quæ congruunt sigillis, annulis, ac monilibus: maritimas autem, siquæ sunt insignes, apud eosdem Indos inueniri, quæ etiam optimæ in mari Rubro nascuntur. Proximum autem in margaritis locum habent, quæ ex Oceano Britannico capiuntur. Tertij autem ordinis inferiores sunt, non solum primis illis, verum etiam secundis, quæ in Bosphoro iuxta Scythiam inueniuntur. Insuper hæc dicuntur de Indico margarito, quod conchis innascitur, quæ similem habent naturam cum prægrandibus cochleis, quæ narrantur veluti turmatim in mari nasci, velut armati duce quopiam exploratore, qui referat, qualis aut quanta sit regio; atque hæc aiunt præeminere cæteris sub ipsa degentibus, ut res similitudinem habeat cum examine quod dicitur apum. Narrant autem de ratione capiendi præstantiores, hoc est, eas quæ in India reperiuntur, quod incolæ posteaquam magnum littoris ambi-*

tum retibus cinxerunt, adnatant vrinætes, studentes ducem agminis vnum ex omnibus apprehendere: siquidem hoc capto, ferunt nullo negotio capi huic subditum agmen; quippe nulla iam subsistente ex toto grege, sed vnaquaque; cetero vincta, sequente gregis ducem. Hæc de margaritis Origenes sanè admiranda tradit.

Deinde aduerte, margaritam (quæ Latine, & in fœminino, & in masculino, & neutro genere declinatur, & vox est Græca, nam dicitur in masculino μαργαριτης, & Latine vario in eodem genere, quod nulli duo reperiantur indiscreti in conchis ubi nascuntur) speciem esse gemmæ maritimæ, quemadmodum & corallium ex medio mari eruitur à piscatoribus. Eius verò naturam & proprietates pulchrè describit Plin. lib. 9. capit. 35. his verbis: *Principium ergo, cuiusmodi omnium rerum pretij margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit Oceanus. Inter illas belluas tales tantasque, quas diximus, per tot maria venientes, tam longo terrarum tractu, è tantis solis ardoribus, atque Indicis quoque, insulis petunt, & admodum paucis. Fertilissima est Taprobana & Toicis, ut diximus, in circuitu mundi. Item Perimula promontorium Indiæ. Præcipue autem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris Rubri. Origo autem atque genitura conchæ est haud multum ostrearum conchis differens. Has ubi genitilis anni simulauerit hora, pandentes se se quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt, grauidas postea eniti, partumque concharum esse margaritas, pro qualitate reris accepti: si purus influxerit, candorem conspici: si vero turbidus, & fœtū sordescere; eundem pallere, celo minante conceptum: ex eo quippe consistere, cælique eis maiorem societatem esse, quam maris. Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum. Si tempestiue fatientur, grandescere & partus. Si fulguret, compressi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si vero & tonuerit, pauidas, ac repente compressas, quæ vocant physemata, efficere speciem, verum inani inflatam sine corpore: hos esse concharum abor-*

3 Quid sit margarita: vario nomine cur veniat.

Eius natura & proprietates ex Plinio

Ortus eiusdem & fœtus, genitura, cui similis, eodem auctore.

Abortus concharum.

tus.

tus. Sani quidē partus multiplici cōstāt cute, non improprie callum vt existimari corporis possit; itaq; & purgantur à peritis. Miror ipso tantum ees cœlo gaudere, Sole rubescere, candoremq; perdere, vt corpus humanum; quare præcipuum custodiunt, pelago altius mersa, quàm vt penetrent radij. Flauescunt tamen & illa senecta, rugisq; torpescunt: nec nisi iuuenta constat ille qui queritur vigor. Crassescunt etiam in senecta, conchisq; adhærescunt, nec ijs auelli queunt, nisi lima: quibus vna tantum est facies, & ab ea rotunditas, auersis planities; ob id Tympana nominantur. Et infra: Quidam tradunt, sicut apibus, ita concharum examinibus singulas magnitudine & vetustate præcipuas esse veluti duces, miræ ad cauendum solertia: has vrinantiū cura peti, illis captis, facile cæteras palantes retibus includi, &c. vsu atteri nō dubiū est, colorēq; in diligentia mutari. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus in tantum, vt nulli duo reperiantur indisereti: vnde nomen vnionum Romana scilicet imposue re delicia. Nam apud Græcos non est, nec apud Barbaros inuētores, aliud quā margarita. Refert in eodem capite, Cleopatram Aegypti Reginam duos maximos vniones per omne æuum per manus Orientis Regum sibi traditos possedisse: promisit M. Antonio, quem exquisitis quotidie saginabat epulis, vna se cœna centies millē sestertium absumpturam: quod cum ille minimē fieri posse arbitraretur; illa sponsionibus factis postero die, quo iudicium agebatur, magnificam aliā cœnam, ne dies periret, sed quotidianam Antonio exposuit irridenti, computationemq; expostulanti: respondit illa, collarium id esse, consumpturamque se ea in cœna taxationem confirmans, solamque se centies H—S. cœnaturam, inferri mensam secundam iussit. Ex præcepto ministri vnum tantum vas ante eam posuere aceti, cuius asperitas, visque in tabem margaritas resoluit. Itaque expectante Antonio quidnam esset actura, detractum alterum mersit, ac liquefactum absoruit. Iniecit alteri manum L. Plancus iudex spō-

sionis eius, eum quoque paranti simili modo absumere, victumque Antonii pronuntiabit homine irato. Ille autem vnio dissectus est, vt esset in vtrisque Veneris auribus Romæ in Pantheo dimidia eorum cœna. Hæc ille ad verbum ferē.

Lucianus ab ipso loco vnde nascuntur, vniones designat: nam & Indicum lapidem, & Erythreum lapidē, hoc est, Ἰνδικόν λίθον, & Ἐρυθραίων λίθον vocat. Tradunt etiam illi, qui margaritis delectantur, quod vbi margaritum aliquod macula aliqua fuerit distinctum, si pullo columbæ tradatur edendum, & post quartum horæ, vel etiam citius occidatur pullus columbæ, inueniri margaritum macula illa purgatum.

Habet ergo margarita loco causæ efficiētis, lumen cœli, siue Lunę: pro materia seminali, humorem rosci dū. Locum habet in concha cōclusa, quasi matrice: nō enim hæc cōchę coeūt, nec per commixtionem generāt. Forma autem eius constat magnitudine, colore candido, ac lucido, rotunditate, atq; læuore. Finis autem est ornamentum hominum, sed præcipuè Regū, & Principum fœminarum, quæ in monilibus, & incipitibus, & in auribus, & in brachijs eas gestare delectātur. Hinc baccatum monile apud Poëtam, quod maioribus vnionibus, qui baccarum similitudinem referūt, est decoratum. Imò etiam, vt Plinius tradit, non crepidarum tantum obstragulis, sed etiam totis focculis margaritas addunt.

Quod autē dicitur inuenisse vnam pretiosam margaritam, vel singulare ponitur pro plurali, vt sæpè consuevit Scriptura, vel intelligit margaritā, cui multæ alię sunt coniunctę, & vocari solet margaritum fulgens. Et hæc de margaritis. Videtur auem, vt quidam interpretes volunt, hæc speciem pro genere poni, hoc est, margaritū pro omnibus gemmis, seu pretiosis lapidibus, id est, pro adamāte, smaragdo, sapphiro, topazio, crysolitho, ac cæteris, quorum miræ sunt virtutes, ac magno in pretio haberi solent; eorumq; metaphoras plerunq; vsurpat

4
Vnde Lucianus vniones designet.

5
Margaritæ efficiens, materia, forma, finis.

Virgil. lib. 3. Aeneid. Baccatū monile apud poëtam, quid. Plin. lib. 9. cap. 35.

6
Schema scripturis frequens.

Prouer. 25. Margaritæ vocabulum quam latè patet. Apocal. 21.

Quæ cōchę, & cur tympana nominentur.

Vnionū nomē à quibus impostum.

Idem.

Cleopatra Aegypti Regina vna cœna quantum absumpsit.

Quid est, quod thesaurum, & margaritā simul ac cōiūctim plures Scripturæ cōmemorant. Psalm. 18. Psal. 118.

Sapiētie pretium incomparabile.

Apoc. 21.

7
Quis ille negotiator quærens bonas margaritas.

Alter sensus.

Augus. lib. Questionū Euang. secundū Matth. q. 13. tomo. 4.

8
Quomodo Regnum cœlorum simile sit homi-

Scriptura. Imò Scriptura agnoscens nos thesaurum, & margaritas, siue lapides pretiosos magnificare, propterea aliquoties illa coniunxit: vt hęc fecit Dominus, post thesauri parabolam apponens illā pretiosæ margaritæ. Ita Dauid de diuinis mādatis, De siderabilia, inquit, super aurū, & lapidē pretiosum multū. Et iterum: Ideo dilexi mandata tua super aurum, & topazium. Consecratus est parentē suū Salomon: nam Prouerb. 8. Melior est, inquit, fructus meus auro, & lapide pretioso. Et pauld ante, Accipite disciplinā meā, & non pecuniā: doctrinam magis quā aurū eligit. Melior est enim sapiētia margaritis (Ita habet Hebræa litera pro eo quod nos habemus, Cūctis opibus pretiosissimis. Et in Apocalypsi, Platea ciuitatis superba Hierusalēam mundum, & portæ eius duodecim, quæ sūt duodecim margaritæ. Neq; hęc subiungā horū lapidū proprietates, q̄ facile hæc ex Plinio, & alijs auctorib⁹ sibi mutuari quisq; possit, etiāsi in applicatione aliquid dicturi simus.

His positis, & præmissis circa literā, iam tertio loco de applicatione parabolę agendū est. Atq; huic idē illud accidit quod præcedenti. Nā vt in illa homo inueniens thesaurū, vel est Christus, qui nos inuenit tanquā rem pretiosā, vel nos sumus, qui Christū vt infinitū thesaurū inuenimus, ita in præsentī parabola duplex est sensus: nam vel Christus est mercator, & animæ sunt margaritæ, vel rursus mercator est quis homo, margaritæ autem Christus, vel aliquid spectās ad Christū, vt est veritas sacrę Scripturę, quo modo Græci interpretātur: vel est virtus dilectionis, vt Augustinus exponit, vel margaritū, dixeris vnā aliquā speciem perfectionis, vt vitā actiuā, vel contēplatiuā, vel mistā, vel ministeriū prædicationis, quia nemo potest omnib⁹ studijs pretiosis vacare: idē inuēta vna pretiosa quiescit, illamq; emit, & ad eam possidēdam, & aptē exercendam se disponit.

In primo igitur sēsu simile dicitur Regnū cœlorū, qđ ad Regē suū attinet, homini negotiatori. Filius Dei ob singularē ipsius pietatē, & amorē er-

ga hominē induētē illū affectib⁹, qui ad hominis exaltationē, & commodū spectāt, similis dicit homini: negotiatori verò, quia omnib⁹ illis prælidijs, & adiuuētis, quæ prudētē mercatorē cōstituūt, præditus erat. Erat enim in signi sapiētia, & prudētia ornatus, tū quia nouerat tēpora apta ad negotiandū. Vbi venit, inquit Apostol⁹, plenitudo tēporis, misit De⁹ Filiū suū. Ipse quoq; dicebat, Tēp⁹ meū nōdū adueni: & Nōdū venit hora mea: ac rursus, Pater, venit hora, clarifica Filiū tuū. Tū quia nouerat loca opportuna negotiationi vnde Angelū misit in ciuitatē Nazareth, ad Incarnationis mysteriū peragēdū: Exijt edictū à Cæsare Augusto, vt veniret in Bethleē ad natiuitatē: fugit in Aegyptū: reuersus est in terrā Israēl: habitauit in ciuitate Nazareth: venit ad Iordanē, vt Baptismū suscipere: in desertum, vt tentaretur; in Iudæā, & in Galileam, vt prædicaret: præcipiebat Apostolis, In viā gentiū ne abieritis: ac itē: Euntes in mundū vn uersū, prædicate Euāgeliū omni creaturæ: tandē in cœlum conscendit: vt intelligas, loca bene negotiandi sibi comperita fuisse. Tū postremò, quia ipse nouit mercium naturam & bonitatē, & idcirco pretium: vnde, Ipse sciebat quid esset in homine. Et eos, qui receperunt hęc mercedem suam, vituperabat: & Viduam duo æra minuta in gazophylacium conferentem commendabat. Sciebat etiam modū conficiēdi, ac conseruandi merces animarū. Si nō in timore Domini, inquit Sapiēs, tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua: & Dominus ipse, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Insuper, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Iterūq; , Theaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi neq; arugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Nouit quoque hominum ingenia, & dæmonum naturam, cum quibus negotiatur, & illufos deludere: quia cum electo electus est: & cū peruerso peruertitur. Præter prudētiam habet volūtātē ardētē & cor magnificū ad negotiandū, quia nō parcat expēsis, modò bonas merces emat, neq; anxiat, si aliqua mer-

ni negotiatori quærenti bonas margaritas. Secunda ratio.

Gal. 4.

Tertia ratio.

Luc. 1.

Infra 2.

Matth. 2.

Ibidem.

Infra 3.

Infra 4.

Ibidem.

Infra 10.

Marc. vlti.

Quarta & postrema ratio.

Ioan. 2.

Matth. 6.

& seq.

Luc. 21.

Eccli. 27.

Matth. 6.

Luc. 21.

Matth. 6.

Psal. 17.

Iob. 34.

Eccli. 13.

Ioan. 6.

Psal. 68.

Luc. 19.

Isa. 8.

9

Negotiator
Christus cur
querit bonas
margaritas.

Irene. in
procem. li-
bro. 1.

Quomodo
querat.

Luc. 15.
Ibidem.

Quæ sint il-
le bonæ mar-
garitæ.

Virg. lib. 6.
Aeneid.

Vnde bonæ.

ces nõ suovitiopereat, quemadmodũ dæmones perierũt: quia, Cõteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis: vt recte dixerit Salomõ, Diuiti decepto multi recuperatores. Nã Pater, & Spiritus factus, & Angeli, & Prophetæ, & Apostoli, boni; omnes ministri eius causã agunt: vnde discipulis. 70. ab eo discedẽtib; dixit Apostolis: Nunquid, & vos vultis abire? Diligit impẽse diuitias spirituales, ita vt pro illis eruendis à morte, aquas amaras pœnarũ intrauerit: neq; eas cõmittit, nisi negotiatoribus, quibus dixit, *Negotiamini dũ venio*: & seruũ pigrũ, siue nequã punit. Præterea magnis viribus, & diligẽtia mercaturã hãc exercuit, vnde nomẽ eius à Propheta dicitur, *Accelera spolia, festina præduri*: & tãtũ diligẽtes negotiatores per mare, & terrã emisit, inter quos Paulus eminuit, tãta celeritate vniuersũ orbẽ discurrens, vt breuĩ magnẽ orbis partis margaritas cõparauerit.

Ad hæc fingitur hic negotiator quere bonas margaritas: quia aliquẽ sũt falsæ, & spuria, ac nullius momẽti, & vt ait Ireneus lib. 1. *Nõ est cuiusuis inter smaragdũ magni pretij apud quosdã, & inter vitreũ lapillũ in eius cõtumeliã partẽ assimilatũ discernere, nisi aduocetur doctus, & peritus artifex, qui dolli detegat*. Insuper dicitur querere cũ sapiẽtia, & labore, & à principio mũdi ad finẽ, & per se, & per Angelos, & omnes ministros Noui, & Veteris Testamẽti. Quæsiuit etiã cũ lucerna sapiẽtiæ, vt mulier amissã drachmã, & vt pastor errantẽ ouẽ, terrã, & mare discurrendo, donec inuenit. E cœlo ergo peregrinus factus, ad cõparandas margaritas venit. Sũt autẽ animæ nostræ margaritæ, quæ, vt illæ cõchis, sic istę corporibus nostris clauduntur, & ex cœlesti rore creãtur. Anima enim de foris aduenit, de qua quidam cecinit: *Ignis est ollis uigor, & cœlestis origo Seminibus*. In mari verò capiuntur, & querũtur: sic animæ in hoc mũdi pelago tẽpestatibus acto versãtur. Sunt autẽ bonæ margaritæ candidæ innocentia, lucidæ naturæ lumine, & gratiæ rotundæ, quia ad Deum, vnde exierunt, redeunt: ponderosæ, quia

constantes in virtute, læuorem habent mansuetudinis, ac affabilitatis: nõ quæ in aceto reponuntur, id est, in corde frigidò, amaro, & vindictam appetente, tabescunt atq; dissoluuntur: & meliores sunt, quæ rore matutino procreantur, quàm quæ vespertino: nam illæ candidę, istæ fuluæ, sicut præstantiores, quæ cõtèplationi, quàm quæ actioni vacant, animę habentur. Ros enim matutinus, scientia est diuinorũ, vt humanorum vespertinus. Præstant etiam quæ mane incipiunt Deo seruire, quã quæ in vespera senectutis. Ad hæc, illę excellentiores sunt, vt aiunt, margaritę, quæ suapte sponte, & nulla hominum arte perforatę inueniuntur, vt colligari possint in vnum: tales sũt animę vi charitatis perforatę, quæ faciles se præbent, vt in vnum colligari queant, vt Religiosi, qui vitam socialem degunt, & de quibus dici potest: *Ecce quã bonum, & quã iocundũ habitare fratres in vnum*. Vt autem animæ nostræ à maculis contractis purgantur à Christo, tãquam pullo columbę, id est, Virginis immaculatę, & felle omnis peccati carentis, per amorẽ, quo pro nobis passus est, manducatę mũdatur: *Dilexit enim nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo*.

Porrò finis margaritarũ est, vt spõsa Christi monili pretioso margaritarũ, id est, tot animarũ factarũ exornetur, & ex illis efficiatur corona Regis nostri Iesu Christi: vnde Isaias ait, *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsam decoratum coronam, & quasi sponsam ornatum monilibus suis*: quæ verba sunt Ecclesiæ gaudium suum proferentis, & accepta beneficia Christi prædicantis; ac si diceret, Ita me Christus virtutũ ornamẽtis induit, ac si ego essem spõsus in die nuptiarũ splendidaveste, & corona decoratus, & spõsa pulchris monilibus, & ornamẽtis induta.

Facile etiam esset ostẽdere, quomodo electi, sint lapides pretiosi, nam tali appellatiõne gaudet in Scripturis: Vnde Princeps Apostolorũ Petrus ait: *Ad quẽ accedentes, lapidẽ viuũ,*

Quæ meliores & optime.

Psal. 132.

Apoc. 1.

IO
Margaritas
cur querit
Christus mer-
cator.
Isa. 61.

Ecclesiæ
Christi spon-
sæ ornamen-
ta quæ.

II
Lapides pre-
tiosi qui my-
sticẽ.
I. Pet. 2.

Ezechiel.
28.

12
Negotiator
Christus v-
nam pretio-
sam margari-
tam quam
inuenit.
Luc. 15.

Galat. 2.

Margarita,
cũ plures sint,
quid dicitur
vna.
Matth. 7.

Maria Virgo
quam pretio-
sa margari-
ta.

Cant. 4.
Supra. 2.
Infra. 4.
Infra. 6.

ab hominibus, quidem reprobãtũ, à Deo autẽ electũ, & honorificatũ: & ipsi tanquã lapides viui super edificamini: quemadmodũ Angeli etiã lapides pretiosi dicuntur, cum dicitur sub persona Regis Cyri, *In delicijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentũ tuũ: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, &c.* vbi enumerat nouẽ genera lapillorũ pretiosorũ, quę secundũ Patres, nõ uem choros Angelorũ designat: sed ne prolixiores simus, ab hac accommodatione lapillorum pretiosorum ad animas consultò super sedemus.

Dicitur autẽ negotiator inuenisse vnã pretiosam margaritam; & pro ea cõparanda, omnia sua distraxisse. Hęc vna margarita, vel humanã naturam significat, quã relicta Angelica, quasi vnã drachmam perditam quæsiuit, & recuperauit; & ideò pro vnaquaq; anima passus, ac mortuus est: atq; ea ratione distraxit omnia bona sua, ac si pro illa tantũ esset mortuus. Hinc est, vt quiuis insolidũ debeat Christo omnes eius labores, in peregrinãdo, ieiunando, deprecando, & prædicando, atq; patiẽdo sumptos, ob quã causam Apostolus dixit in singulari numero; *Quod autẽ nũc uiuo in carne, in Fide uiuo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*. Dixit etiã, *Inuẽta vna pretiosa margarita*: quia et si plures sunt margaritæ, pauca tamẽ pretiosę; Nã angusta porta, & arctaria est, quæ ducit ad vitã, & pauci sunt qui inueniunt eã. Vel vnã pretiosã dixit, de signas beatissimã Virginẽ Matrẽ suã, quę margarita pretiosa per excellẽtiã dici potest: quia omnes aliæ margaritæ in peccato Adæ maculatę sunt, vt ex cãdore nigredinem, ex luce tenebras, ex rotũditate præcisionẽ, ex læuore asperitatẽ incurrerint, vnica Virgine dũtaxat excepta: de qua in Canticis: *Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. Hortus cõclusus; fõs signatus. Sexaginta sũt Reginae, & octoginta cõcubinae, & adolescẽtularũ nõ est numerus. Vna est colũba mea (id est, candida per innocentiam) perfecta mea (id est, rotũda) vna est matri-*

sua, electa genitrici sua. Viderũt eã filia, & beatissimã prædicauerũt; Reginae & cõcubinae laudauerũt eã. In hac autẽ, vt matre, omnes electi cõtinebatur, quasi filij: vnde ei in Ecclesia canitur: *Sicut lactantium omnium habitatio est in te, sancta Dei Genitrix*. Dicitur negotiator distraxisse omnia bona sua pro ea: quoniã patriã cõlestẽ, & gloriã corpori suo debitã, famã, vitã, labores; & sanguinẽ pro ea cõparãda dedit. Et vt Christus est negotiator animarũ, ita modo suo pasto- res curę animarũ assignati, & prædicatores verbi Dei, & omnes qui minere Apostolico defũgũtur, similes esse debet Christo negotiatori; nõ & ipsi reducẽdis animabus negotiatores à Christo relicti sũt, quibus dictũ est, *Negotiamini dũ venio*: debetq; animas tãquã pretiosas margaritas, quib; Christus delectatur, omni industria quere- re, & Deo lucrificare. Sed vt hoc pos- sint meliõs præstare, debet omnia sua, commoda, & bona posthabere, labori- q; & expensis non parcere, vt ita distrahendo omnia bona sua, valeant margaritas animarũ piscari.

Ex hoc igitur sensu colligimus, vt quisq; videat, an sit margarita, & proprietates margaritæ pretiosæ habeat: q; si nõ habet, roget negotiatore Dõminũ Iesũ, qui nouit merces suas reficere, & melioris cõditionis efficere. Deinde quisq; videat, quãti sit empta margarita animę suæ à Christo optimo negotiatore, qui in emẽdo nõ fallitur, & agnoscat pretiũ animę suę, vt se magni pẽdat, ne se pro nihilo vendat: vt proximus ipsũ in magno pretio habeat: vt dæmõ nõ audeat ad se accedere: vt Angelus sui, tãquã rei pretio- sę curã habeat: vt Deo se sciat esse charissimũ. Tertio agnoscat quisq; se nõ esse sui iuris, vt enĩ inquit Apostolus, *Nõ estis vestri, empti enim estis pretio magno*. Redde ergò te ipsũ illi qui te redemit, vt par est, vel solue sibi pretiũ datũ. Nõ ergò proijcias margaritã tuã atẽ porcos, ne pedib; cõculces, vt prodigus fecit, qui missus est in vil- lam, vt pasceret porcos. Quarto vide, te factum margaritum, vt sis orna- mentum sponsæ Christi, id est, Eccle-

Psal. 86.

13
Christus vt
vendit vni-
uersã quę ha-
luit, pretio-
sam margari-
tam vt eme-
ret: ei quę si-
miles qui nõ
esse debeat.

Luc. 19.

14
Huius para-
bolæ medul-
la, seu fru-
ctus multi-
plex.

I. Cor. 6.

Matth. 7.
Luc. 15.

fiæ, in eius collo, aut auribus, aut annulis, aut vestibus reponendum; vel in ornamentum Regis Messia: ut ve rearis aliqua turpitudine, aut indecenti macula coronam gloriæ Christi, aut decorem gloriæ sponsæ eius fœdare atq; conspurcare. Postremò, animam tuam tamquam rem pretiosam, à dæmonum insidijs & violentia, tanquã à latronibus, predatoribusq; seruato.

15
Qua ratione nos quoque simus negotiatores. Aug. tom. 4. quæst. 13.

1. Tim. 2.
Qualis margarita Christus, lapisque pretiosus.

Ioann. i.
In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Est enim verbum Domini lucidum candore veritatis; & solidum firmitate æternitatis; & vndiq; sui simile pulchritudine diuinitatis: qui Deus penetrata carnis testudine, intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam iam peruenerat, qui ait: Et si noueramus Christum secundum carnem; sed iam nunc non nouimus. Nec ullus omnino intellectus margaritæ nomine dignus est, nisi ad quem discussis omnibus carnalibus tegminibus peruenitur; quibus, siue per verba humana, siue per similitudines circumpositas operitur, ut purus, & solidus, & nunquam à se dissonans, certa ratione cernebatur. Quos tamen omnes veros & perfectos intellectus vnus ille continet, per quæ facta sunt omnia, quod est verbum Dei. Quodlibet autem horum trium sit, vel si aliquid aliud occurrere potuerit, quod margaritæ vnus & pretiose nomine bene significetur, pretium eius est, nos ipsi: qui ad eam possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro nostra liberatio-

Ioan. i.
Eius margaritæ pretium.

ne contemptis, quæ temporaliter possidentur: venditis enim rebus nostris, nullum earum maius accipimus pretium, quã nos ipsos, quia talibus implicati nostri non eramus, ut rursus nos ipsos pro illa margarita demus, non quia tanti valeamus, sed quia plus dare non possumus. Hactenus Augustinus.

Est ergò negotiator in hoc secundo intellectu quisq; Christianus, qui prudentia, magnanimitate, & viribus ad rectè negotiandum præcellere debet. Prudentia quidem Fidei, ut per eam agnoscat loca, tempora negotiandi, & mercium pretium, modumq; conseruandi, atq; suo tempore distrahendi: habeatq; cor excelsum & magnificum, viresq; bonas margaritas quærendi, hoc est, homines bonos, vel scientias vtilis, vel virtutes pretiosas, vel conditiones, & status probatos: nam inter homines vnica & pretiosa margarita est Christus, qui Deus est, & homo: cuius Deitas in concha humanitatis continetur, ex materia virginea, & rore Spiritus sancti conceptus; candidissimus per vitæ innocentiam; lucidus per sapientiæ lumen, rotundus per omnis perfectionis possessionem; leuorem mititatis, & ingenij tractabilis, pretium ditandi hinc homines, & in futuro beatitudinis, & ornandi & præsentem, & futuram Ecclesiam. Præterea Christus non tantum margaritæ, sed etiam omnium lapidum pretiosorum dignitates, & proprietates habet, accepta specie margaritæ pro omni genere gemarum, quæ in magno pretio habentur. Ipse enim est Carbuculus, quia est lux mundi, & agnus, tanquã lucerna illuminas ciuitatē supernā, vitiorumq; sculpturę resistēs, fortis, ut adamas, & amorē erga spōsum, & spōsam concilians; delectans visum, ut Smaragdus; nā in Christū desiderat Angeli prospicere; gaudiū generas, & timorē expellēs, ut Sardius; cōsolationē expectari faciēs, & leprā peccati sanas, ut chryso-passus: iuuat ad partū bonorū operū edēdū, ut Iaspis: bellū mouens in vitia, & in dæmones ad ea sollicitates, ut Onychinus: reddit acutū inge-

16
Christum pretiosam margaritā optimā negotiandi ratio.

Christi margaritæ proprietates.

Christo oēs virtutes lapidum pretiosorum accōmodantur. Ioann. 8. Apoc. 21.

1. Pet. i.

nium,

2. Cor. 13.

niū, ut Beryllus; An experimentū quæritis, inquit Apostolus, eius qui in me loquitur Christus? limā passionū sustinēs; & fluxū sanguinis peccati restringēs, ut Topazius: dæmon es fugās, ut Chrysolythus: paleas incōstatiū hominū trahens ad se, ut igne charitatis cōburat, tanquã Calcedonius: aborti uū peccati per cōfessionē emittere faciēs, ut Achates: niger pœnis, & supplicij, quæ pro nobis vir dolorū sustinuit, ut Dionysia: resistēs somno, & ebrietati spiritus, ut Amethystus: inbecillitatē animi fugās, ut Hyacinth⁹: gaudium spirituale gignens, ut Sardonix: cœlestis coloris, & cœlestia affectari faciens, ut Sapphirus.

17
Christi margaritā tere tur, quā vim habeat.

Quos ornet ac decorēt talis margarita.

18
Christum margaritam respectiū, quatuor genera.

Attrita est hæc margarita, & veluti in aceto, quod Dominus potauit, dissoluta & tabefacta, ut manducari possit, & maducata ab omni genere ægritudinis liberare, ut non tantū extra ornare, & decorare Ecclesiā, sed etiā intrā sanare, & operari videatur. Ornat Christus ut margarita caput spōsę suę id est, superiores; sapiētes, ut monile decoras pectus; religiosos, & obediētes ut gemas pedētes ex auribus; brachia & anulos digitorū, eos scilicet qui laborat, & in actiua vita exercentur; exornat vestimēta omniū statuum, qui in Ecclesia approbati sūt; illustrat martyrum, Doctorū, atq; virginū coronas. Pro hoc ergo margarito cōparādo, omnia bona nostra libenter distrahere debemus, etiam stabilia, ut illud comparare valeamus.

Sed quidā sunt, qui margaritū hoc non quærit; qui in bonis huiusmodi quiescūt. Alij sunt qui quærent, sed non inueniūt, eo quod malè quærent, quia quærit sine spiritu Dei, & vbi non est. Alij quærit quidem, & inueniūt, sed molestè ferunt omnibus commoditatibus spoliari, ut illud possideant: cum tamen Christus se totum pro nobis vilissimis tradiderit, ut nos minimè vereamur pro Rege gloriæ, ac tanto thesauro nostotos tradere. Postremò alij sūt, qui quæsitū inueniūt, & pro eo omnia bona sua distraxerūt, sed postea emptionis factę pœnitentiā agentes, vendunt illud dæmoni seductori, quales sunt religiosi, qui

relictō seculo, & omnibus quæ possidebant, aut possidere sperabant pro hac comparanda, deinceps corde reuerfi sunt in Egyptū, & instar vxoris Loth in statuam salis commutati.

Hunc autem sensum, quo per margaritam intelligimus Christum, confirmat Ambrosius, tractans illud: Nolite margaritas proijcere ante porcos, his verbis: Perdit enim cœlestis margaritæ gratiam, quisquis eam fœdissimo peccatori circumdare conatur. Gemma enim, sicut ipsi scitis, nisi auro non conuenit, margarita nisi pretiosis molinibus non aptatur. Estote ergo aurum optimum, estote monile pretiosum, ut possit in vobis margarita spiritualis includi. Margarita enim Christus est Dominus, quā negotiator ille diues in Euangelio venditis omnibus rebus suis emere festinauit, & maluit omnes quas habebat seculi gemmas amittere, tantum ut vnā Christi emerret margaritam. Sic Ambrosius.

Post hūc modū intelligendi tradūt Patres alios sensus, qui tamē in idem cū in isto recidere vidētur. Et in primis pretiosa margarita est inter omnes sciētias doctrina Euāgelica, ut exponit hoc loco Hieronymus, & Theophylactus: qui scribit; Mare est præsens vita: negotiatores, qui per hæc ambulāt, & quærit sciētiam quādā inuenire. Multa enim margaritæ, multorū sapiētū opinioner. Vna autē pretiosa, vnæ veritas, quæ scilicet Christi⁹ est. Idē Chrysolom⁹ docet hom. 48. super Matthēū. De indē margarita est inter omnes virtutes Charitas, sine qua nihil est homini vtile: cū qua nihil est homini inutile. Vnde Augustin⁹ tract. 5. in epist. Ioānis; Homo negotiator describitur in Euāgelio, qui inuenit vnā margaritā, & vendit omnia quæ habebat, & emit eā: hæc est margarita pretiosa Charitas, sine qua nihil tibi pdest quodcūq; habueris. Quā si solā habeas, sufficit tibi. Hęc illi Patres. Margarita quoq; est inter status virginū, viduorū, & cōiugatorū virginitas, quā Christus, & Apostolus suadet: idē legitur hæc parabola in natalitijs virginū. Inter vitas, actiua, & cōtēplatiua, præstat posterior, de qua Domin⁹ dixit: Maria optimā partē elegit,

Gen. 19.

19
Ambrosius. sermo. 6. tom. 3. prope finem. Matth. 7. Gēma, & margarita quibus conueniat, aptenturq; secundum Ambrosium.

20
Pretiosæ margaritę alud significatum sanctorum Patrum. Hieron. in Matth. tom. 9. Theophyl. ibidem.

Chryst. tom. 2. Secunda significatio.

August. tom. 9.

Tertia significatio. Matth. 19. 1. Cor. 7. & seq.

Luc. 10.

Lyran.

quæ non auferetur ab ea : vt exponit Lyranus. Inter status laicorum, Ecclesiasticorum, & monachorum, excellit religio tanquam margarita pretiosa; nam illa ad alios duos status perfectionem addit.

21

Quarta significatione.

Qua ratione prædicti sensus posteriores ad vnum reduci valeant.

Iob. 40.

Hieronym. tom. 7.

Ioann. 15.

Sed hi omnes sensus ad Christum cognitum, siue dilectum, siue charitate feruentem, siue virginitatem, aut perfectionem contemplationis, & vitæ monasticæ profitentem, reduci possunt, sicut inter omnia præmia præstantissimum est illud sanctis in cælo asseruatum, de quo Hieronymus in commentarijs suis in librum Iob exponit illud: *Concident eum amici: diuident illum negotiatores. Amici, inquit, & negotiatores isti sancti intelligendi sunt omnes, etiam veritatis prædicatores, quibus Christus ait: Vos amici mei estis. Itemque de eisdem per parabolam dicit: Simile est Regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, &c. qui Regnum Dei, & æternæ vitæ præmium velut pretiosissimam margaritam in venalibus proposuerunt mundo, ut vnusquisque, creditorum reddat quæcumque habuerit, delectationem videlicet vitæ præsentis his mercimonijs commutet, & emat eam.* Hæc ille.

22

Christi margaritam vbi tenere debemus.

I. Cor. 12.

Hæc igitur Christi margaritam, humilitate paruam, valore pretiosam, portatu facilem, gestemus in capite mentis nostræ, ad ornatum; in frõte, per cõfessionem Fidei; in auribus, per obedientiam legis, Deo in se, & in superioribus præstandam; in collo & pectore, per amorem, & gustum; in brachio, per bonorum operum exercitium; in annulis digito impositis, per donum discretionis spirituum; in cingulo per castitatem; in vestimentis, per modestiam & sanctam externæ vitæ rationem: vt & ipsi efficiamur margaritum pretiosum, quo alios ad honestatem & virtutem inducamus, & ad imitationem arripiendam sanctissimæ vitæ Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto gloriosissimè triumphat, in secula seculorum Amen.

TRACTATUS XII.

De parabola sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quæ solùm habetur Matth. 13.

UTERVM simile est Regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregati. Quæ, cùm impleta esset, educentes, & secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consumatione seculi: exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etia: ait illis, Ideo omnis scriba doctus in Regno cælorum, similis est homini patrifamiliæ, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

Hæc parabola inter istas octo, quas cõtinuato sermone Christus Dominus turbæ, & Apostolis proposuit, & exposuit, vltima est: & merito, quia de vltimo Dei iudicio, quo discretio fiet inter bonos & malos pisces, sermonem facit. Est autem accommodata parabola Apostolis, qui pisces erant; ac proinde magis illis accommodata ad spiritualia percipienda. Hic Petrus Rauenas serm. 47. *Similitudo hæc prodit, cur in Apostolatû piscatores elegerit Christus, & captos piscium fecerit hominum pisces, vt diuini iudicij tempus arte piscatoria monstraretur. Pisces congregat captura confusos, sed in vasa discretio dat electos: sic vocatio Christiana iustos, & iniustos, malos, bonosque congregat; sed bonos, malosque electio diuina discernit.* Sic ille.

Hæc autè per epiparabolâ à Domino exposita videtur, sine alicuius Apostoli interrogatione, cùm dixit, *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c.* Quare scopus parabolæ nõ est inuètu difficilis, eò enim

Huius parabolæ series.

Petrus Chrysologus.

Scopus eius dem.

tendere

tendere videtur, ne plurimùm confidamus, aut gloriemur, quòd Euangelium Christi suscepimus, aut in Ecclesia Dei Catholica versemur, aut opinemur sufficere nobis solam fidem ad salutem: quia nisi in Ecclesia Dei positi, fidei bona opera adiungamus, aut vitam sanctam & irreprehensam agamus, quæ nos bonos pisces efficiant, de nobis actum erit, & in æternum geenæ igne cruciandi conijciemur. Pulchrè autè admonent Chrysostomus, ac Theophylactus, nos Dominum per hanc parabolam perterrefacere, & in timore sancto continere voluisse, ne elatione aut superbiam plurimum de nobis sentiètes, aut per desidia & somnolentiâ negligentes, à fine æternæ vitæ consequendo excidamus. Et vt casu inuenitur thesaurus, & industria quæritur margarita: ita rationum pòdere, & timoris necessitate per sagenam trahimur, & quasi in rete intrare compellimur.

Chrysostomus. homil. 49. in Matth. tom. 2. Theophyl.

Quo nos in timore sancto continere debeamus.

3

Trahamus quomodo nos rationales pisces in rete Euangelicum.

4

Inter hanc, & zizaniorum parabolam quid sit diuersum.

Cùm autem dicimus, hominem trahi, Catholicè intelligimus, nõ quidem vt inuitus & coactus quis in rete Euangelij ingrediatur: nam nõ patet ingressus in Euangelium nisi per Fidem; Fides autem adeò libera, & voluntaria est, & ex pia affectione creditis pendens, vt inde sibi omne meritum comparet, & inuoluntaria esse non possit: sed compelli eos intelligimus, qui ex nolentibus volentes fiunt, & qui relictis omnibus alijs negotijs atque obstaculis, serio incumbunt negotio Euangelico.

Et si verò vnum & eundem finem hæc parabola habere videatur cùm illa zizaniorum, illa tamen strictior est & angustior, quàm ista. Nam in illa, tantum iudicium inter hæreticos, dictos zizania, & Catholicos proponitur malos, quatenus alijs nocent, propterea, vocauit eos scandala, & eos ait in parabola in fasciculos colligendos, & in ignem mittendos: hic autem mali in vniuersum regno excluduntur: in hac latior & amplior est sententia, nepe inter bonos & malos, siue mali hæretici sint, siue Catholici. Et hæc sint satis, quod ad institutum parabolæ atinet.

Ad literam, aduertendum hoc est, sagenam, vel σαγήνην verbum esse Græcum, quod Latine dicitur verriculû, à verrenda aqua maris, siue rete piscatoriû, in quod capti pisces deueniunt, dictum à verbo σαγνύω, quod est, circumdare retibus, vel illigare: nam cùm plura sint retium genera, quæ ad piscaturam adhibentur; hoc est latius, & amplius, quo piscatores vt possunt, propterea fingitur iactam sagenam ad congregandum ex omni genere piscium, quam vulgato sermone sciaticam vocamus. Conficitur autem sagna ex chordis lini ex herba nati in campo, densis internodijs fortem eam reddentibus, vt vel paruos pisces capere valeat, cuius pars ima, propter pondus plumbi, descendit ad fundum maris; superior verò, propter suber mari superenatat. Apparet quidem parua, cùm cõplicata est; sed maxima & lata patens, cùm extenditur, trahiturque; paulatim à piscatoribus in litus; quæ nec debet in aquis putrescere, nec rumpi tracta.

Sensus verò intentus & principalis per hanc similitudinem, est, verbû Dei, siue Euangelium designare, quod Christum, & Ecclesiam cõtinet: Christum, vt prædicatum; Ecclesiam verò, vt gentem per prædicationem euocatam ad credendum: propterea non admodum refert, siue de Christo, siue de Ecclesia, siue potius de prædicatione Christi ad credendum Ecclesiæ propositi intelligas: nam verbum Dei externum & sensibile, Christum, Deum, & hominem continet, vt escam, qua deliniti capiuntur. Est ergo sagna, Christi humanitas; in agro Virginali à Spiritu sancto seminata, ibique nata tanquam herba, ex qua linum subtile eductum à muliere, id est, sapientia ibi nente, & filum ducete, & à muliere forti, id est, Maria texente: nam de illa dicitur mysticè: *Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fufum; vbi Hebraicè legitur: Manum suam emisit ad fufum, & manus eius sustentauerunt colum.* Fila, siue funiculi, sunt vires anime & corporis Christi affixæ, naturalesque; pro-

5 Sagenam proprie quid, & vnde sic dicta.

Ex quibus componitur sagna.

6 Prædicte parabolæ sensus qui sit.

Sagenam quæ sit humanitas Christi.

Poru. 31.

tas,

tas, gratia, pulchritudo, sensuum vigor, ingenium, & similia. Nodi autem sunt arte desuper cōfecti, naturamq; quasi fila lini colligantes, super naturalia omnia, vt plenitudo gratiæ, sapiētia, & maxime hypostatica vnio. Vnde natura est stabilita, & ita fortis redita, vt in aquis tribulationum nec corruptionē, nec fracturam viderit: nodi autem spissi sunt, id est, copiosum munus sapiētiæ, & gratiæ, quam suis communicat, vt omnes, qui volunt, possint in ea consistere, si intra foramina vulnerum Christi per fidem intrauerint. Pars autem ima cum plumbo descendens ad lutum maris, corpus est, quo Dominus laborauit, sudauit, illacrymatus est, mortemque gustauit vnde dixit: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aque vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Pars autem superior, anima Christi est, quæ oratione, & prædicatione, & miraculis eminebat, & aliquid homine maius portendebat. Videbatur hæc sagera complicata, initio parua, quando dicebant Iudæi, *Nonne hic est fabri filius?* Sed vbi cepit per prædicationem, & signa admiranda extendi, & mysterium Incarnationis explicari, abiit opinio eius in totam Syriam, imò in vniuersum orbem, atq; ad eò in ipsos cælos penetravit, & infernū. Missa est hæc sagera in mare: primò quidē in baptismo, dū à Ioāne ablutus est, deinde in cruce, vbi tãquam sagera extēsa brachijs apertis, & foraminibus plagarū productis, ad piscandum est proposita: vbi cepit Latronem, & Céturionem, & eos, qui reuertebantur percutientes pectora sua. Post hæc in die Pentecostes prædicatione Apostolica iactata est, & ex omni genere piscium per aquam Baptismi congregauit: nam ex omni hominū genere, sexu, ætate, & conditione, multos cepit comprehendere; postea verò ab omnibus prædicatoribus in altū confidēter mittēda, & laxāda in capturā, vt cōprehendant quos ille, pro sua sapientia, nouit prædicatione nostra cōuertendos. Nec enim Christus quen-

quā prætermittit, sed omnes vocat, & omnes piscari, & ad se perducere cōtendit. Neq; à magno tollit principatū, aut à coniugatis matrimoniū, aut ab opulenti diuitias; sed tantum tollit abusus, & omnē statum, & conditionē corrigit, & perficit. Manet autē hæc sagera in mari, quandiu vsus superpetit liberi arbitrij ad iudicium vsq; vel particulare, quantum ad quemuis; vel generale, quod attinet ad omnes: & cuiusuis littus, est mors, in qua erit vel obstinatio in malo; vel confirmatio in bono: mūdū verò littus erit iudiciū vniuersale; completis enim bonis non permanebit vltra Ecclesia, nam maneret ob solos malos, propter quos Deus nihil facit; nam eos modò propter bonos tantum sustinet. In fine autem dicuntur sedere piscatores: quia à labore quiescent, quo rete in terrā trahebant, & tunc coilliguntur boni in vasa: circa corticem quidem, quia boni pisces in pera reponuntur, vt edantur, vel distrahatur; iuxta sensum verò, vt pisces capti, è limo ad littus tracti, statim vitæ veteri moriuntur, vt vitam viuant meliorem: nam vt pisces manducati in vitam rationalem manducantis conuertuntur; ita electi à Deo manducati, & Deum in vita æterna manducantes, non vitam iam sensibilem, aut humanam, & rationalem, sed diuinam prorsus agent. Extrahetur autem foras sagera plena, eo quòd congregabuntur ante eum omnes gentes: & latè patebit extēsa, quæ nunclatet: quia gloria, potentia, sapiētia, & bonitas Christi detegetur, videbunturq; foramina, id est plagæ, & vulnera, quæ pro nobis sustinuit: quibus, vt consolabitur iustos, ita configet ingratos, qui considerabūt occasiones penetrandi eum per fidem, meditationem, amorem, & obedientiam. Boni autem pisces eligentur in vasa, sic enim simpliciter Græcè legitur sine pronome illo Sua: & sensus est, quòd eligentur in vasa honoris, siue in vasa misericordiæ. Vel si legamus iuxta Latinam literam, suam, significaret animas recipiendas in vasis corporum gloriosorū: quia *Exultabunt sancti in*

Suauitas Christi prædicationis, seu piscationis Diuinæ.

In quòd littus boni, & mali pisces educendi secundum spiritum.

Sessio piscatorum in litore qualis.

Electi qualē vitam agēt in cælo.

Matth. 23.

Boni pisces in quæ nam vasa recipiēti sint.

Rom. 9. & Tim. 2.

Expenditur hæc lectio: Repperunt bonos in vasa sua.

gloria,

Psal. 49. Psal. 19.

Mali pisces qui foras mittendi.

Matth. 25.

Angeli vt exeant, & separet malos de medio iustorum.

Ibidem.

Qui boni, vel mali sunt in Ecclesia, vnde tales sint secundum Origenem. Origen. in c. Matth. 13 tom. 2. initio.

Non solum bonos, & electos, sed etiam malos, & reprobos nunc ad Ecclesia pertinere. Idem ibidē

gloria, latibuntur in cubilibus suis; Vel in vasis cælestium mansionum, siue æternorum tabernaculorum, siue intra choros suos, quibus ruinæ Angelorum malorum, qui ceciderūt, reparantur. Malas autem animas foras mittent in tenebras exteriores, id est, visione Dei priuabuntur, tanquā pœna damni: quòd quantum malum sit, indicat illud, quo priuantur, de quo dicitur: *Intra in gaudium domini tui. Et in caminum ignis mittēt: ibi erit fletus, & stridor dentium* tanquā pœna sensus puniendæ. Porrò dicuntur Angeli exire, & separare malos de medio iustorum: quia per pisces fecit Deus quæ per eos fieri poterant, quòd est, mittere rete, illudq; ad littus trahere. Christus ergo per se ipsum suscitabit omnes, quia id opus est, quòd virtutem Angeli, & hominis transcendit. Et statuet oves quidem à dextris, hædos autem à sinistris. Per Angelos ducet bonos in gloriam, malos in supplicium geennæ tanquā executores diuini Christi imperij, quos quidem puniendos in geenna relinquent post iudicium. Tunc ergo fiet perfecta separatio: quæ interim vsque ad iudicium impossibilis existit.

Quòd verò sagera modò cōtineat bonos, & malos, vt diligenter monet Origenes, non est sic intelligendum, quasi alij sint boni, alij mali natura; sed applicatione animorum ad virtutum, aut ad vitiōrū species. Nō enim natura causa est malitiæ, sed volūtas: quæ cum sit libera, potentiam habet ad malefaciendum. Sic nec iustitiæ causa est natura, tanquā quæ non recipiat iniustitiam: sed verbū, quòd fide viuā accepimus, est, quòd nos redit iustos. Cōiungitur deinde ex hac parabola error illorum, qui negant, ad Ecclesia in terra peregrinantem pertinere malos homines. In quem errorem idem Origenes ita scribit: *Hæc autē cum scripta sint de sagera, deq; his, qui in sagera continentur, qui vult ante consummationem seculi, & ante egressos Angelos separare malos de medio iustorum, vt sagera non cōtineat etiam malos ex omni genere, videtur neque scripturam intellexisse, & concu-*

piscere quòd fieri non potest. Hæc ille. Et quandiu per hoc mare trahitur sagera, qui bonus est piscis, potest fieri malus: & qui malus, fieri bonus: quòd quanquam in piscibus propriè dictis fieri non possit, in nobis tamen, qui per similitudinē hic dicimur pisces, fieri potest.

Si autem simpliciter per sageram, doctrinam Euāgelicam, siue prædicationem verbi Dei intelligas; difficile non est, sageræ proprietates Euāgelicæ prædicationi accommodare. Est enim crebris, ac subtilioribus articulis Fidei contexta, & per Spiritum sanctum Apostolis reuelata. Hæc extensa est in omnem terram per Apostolos, vt aliorum pisces; quos prædixerat Hieremias aliquando missos à Deo, venturos: *Ecce mittam ad vos pisces multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.* Stabilierunt autem rete nodis miraculorum, & vita sancta à doctrina nō dissideat. Suber in hac sagera erat promissio vitæ æternæ, & regni cælorum, quòd etiam pauperibus spiritu promittit. Plumbum, cōminationes erant supplicij æterni, vnde dicebat: *Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.* Esca, vel vermis, Christus est in Cruce, & in Eucharistia. Finis piscationis erat, vt pisces boni ex aquis salis & amaris huius mundi educti, in aquis, quæ super cælos sunt, reponatur. Rete hoc fortissimum est: quia *Cælum, inquit, & terra trānsibunt; verba autem mea nō præteribunt.* Et rursus, *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.* Deniq; omnis minister verbi, si bonus est, sagera Christi est: si malus, dæmonis est sagera. Ob quā causam Salomon scripsit; *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagera cor eius: vincula sunt manus illius.*

Satagamus ergo exuere malorum piscium proprietates, ne simus sine calore charitatis, vt illi, sine attractione Spiritus sancti, muti, & sine loquela diuinæ laudis; vermibus, & vilibus cibis aliti, qui perdamus ova bonorum operum, mutuoq; nos ipsos deuore-

7 Doctrinam item Euāgelicam possē per sageram aptè repræsentari.

Hier. 16.

Matth. 5. Luc. 13.

Psal. 21.

Matth. 24.

Psal. 144.

Eccl. 7.

8 Malorum pisciū proprietates, quæ nobis exuēdæ, & induendæ bonorum.

mus,

mus, vt illi facere dicuntur Habacuc. 1. Nec sis ergo cetus, per superbiam alios deuorans, aut anguilla luto luxuria hærens, aut muræna, quæ cum serpente terrestri conueniens adulterij symbolum gestat: nec sis piscis dictus spatha, homicida, neque tunnus curiosus, & semper peregrinus: nec ite polypus, alijs subdolè te accõmodas ad decipiendum; nec loligo, effundens atramentũ maledicentiæ & de tractionis, quo te tegere possis: indue verò bonorum piscium qualitates, de quibus Leuit. 11. est sermo. Nam tales habent squamas patientiæ, pinnulas spei, quibus se in altum erigunt; carèt pedibus instabilitatis, manibus rapacitatis, voce iactantiæ, & cauda considerationis finis sui regitur. Esto intra rete, nec foras saltes propter malos, nec illud rumpas, vt hæreticus & schismaticus facit qui per falsam interpretationem Scripturæ, quasi per ruptũ rete elabatur: nec rursus rete ad te trahas, vt faciunt qui verbum Dei suis affectibus accõmodant: *Ne transgrediaris*, inquit Salomon, *terminos antiquos, quos posuerunt patres tui: & Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.*

Sequitur in textu: *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam.* Non ignoras hoc interrogat Dominus, sciebat enim omnia; sed vt ipsos sui profectus admonitos, excitet ad ea, quæ remanent, nimirum, vt tanquã scribẽ docti prædicent. Interrogauit igitur, vt sequentem deduceret collectionem. Illi igitur responderunt: Etiam, Græcè p̄ certè, ita: siue quod parabolas omnes non tantũ proposuerit, sed etiam seorsim illis exposuerit, vt explicat Marcus; siue quod diuino lumine intus illustrati existant; siue deniq; quod sibi intelligere videretur: nam vsq; ad diem Pentecostes, quo Spiritu sancto repleti sunt, non satis plenè dicta Domini, aut facta intelligebant, sicut nec Scripturas Veteris Testamẽti, vsquequo aperuit illis sensum vt illas intelligerẽt. Et quanquã Dominus à populo non intelligi, minimè moleste ferat: ab Apostolis tamen & Episcopis, qui in locum eius

succefferunt, verba sua Euangelica, Scripturasq; Veteris Instrumenti nequaquam intelligi, aut non adhiberi ab eis studium vt intelligantur, non solum non feret, sed etiam grauitè in eos animaduertet. Nam qua ratione poterunt pascere sibi creditas oues, qui Veteris & Noui Testamenti cognitione destituuntur? Debent ergo esse prædicatores verbi Dei, & scribẽ esse, & docti, & in regno cœlorum. Scribẽ quidem, quia in cordibus hominum viua voce legem Dei scribunt; vel ministri illius magni scribẽ, qui ait, *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: cuius minister David; Lingua mea, inquit, calamus scribæ velociter scribentis.* Christus enim doctor, siue scriba est, calamo viuo in membrana viua, & atramento viuo legem scribens, ita vt remaneant quæ scribuntur: cui rei mirificè seruiunt parabole. Debent secundò esse scribẽ docti: non enim cuiusuis est docere, sed intelligentis tantum, & possidentis; cum homo quod non habet, dare nequeat. Debèt etiã esse docti in regno cœlorum, id est, in Ecclesia Dei, siue in sacris literis, quæ regnum Dei dicuntur, iuxta illud: *Auferetur à vobis regnũ Dei: quia nimirum ea tractant, quæ ad regnum Dei spectant, etiam si alijs disciplinis humanis minus sint instructi: quanquã qui eas possideat, potest sobriè, & opportunè in vsum Fidei Catholice conuertere: nam ad explicanda diuina, & refellendos sophisticè loquentes, & hæreticos, etiam si adiumento, & ornamento esse possint, non sunt tamen simpliciter necessarij. Postremò debent bonum patrem familiã imitari, *Qui profert de thesauro suo noua, & vetera.* Haud satis constat, ad quid alludat, dicẽdo proferre ex thesauro suo noua, & vetera. Sed illud mihi videtur probabilius: quia ex thesauro dicitur depromere noua, & vetera, vt per illa intelligat nouam, & antiquam pecuniam: & quia noua moneta copiosior est quã antiqua; idè prior loco nominatur. Et per hæc metaphoricè Christus ostendit scri-*

Episcopi
quales esse
debeant.
Hier. 32.

Psal. 44.

Quid significet quod pater familias proferre dicitur de thesauro suo noua, & vetera.

Hæretici, & schismatici, quales pisces

Prov. 22.

Eccles. 10.

Christus cur interrogat, quod sciebat.

Marc. 4.

Actuum. 1. Apostoli quando primum Christi doctrinã intellexerint.

Luc. 11.

bam doctum in regno cœlorum (quales non erant illi, qui Matt. 9. & Luc. 5. dicuntur scribẽ, & legis doctores) sed qui instructi sunt, & exercitati in intelligentia sacrarum literarum: nã talem intelligentiam superius diximus significari in thesauro inuento in agro. Ex illo ergo thesauro sapientiæ sibi à Deo donatæ, & suo labore, & industria auctæ, & locupletatæ, & suæ per gustum, & possessionem factæ, profert noua & vetera, nẽpe, spectantia ad Nouum, Vetusq; Testamentum. Vbi meritò præcedit Nouũ Vetus Testamentum, vt expendit Augustinus lib. De ciuitate Dei. Nam etsi Noui Testamenti mysteria tempore sint posteriora; dignitate tamẽ, & ordine doctrinæ antecedunt: nam illa Veteris ad hæc Noui tanquam ad finem referuntur: & per hæc tanquam aptiora, & manifestiora, ad illa, vt potè obscuriora, patet ingressus, & accessus. Vnde B. Petrus apud Clemẽtem lib. quarto Recognitionum hoc modo hunc locum est interpretatus; ait enim: *Debet is qui ex Gentibus est, & ex Deo habet, vt diligat Iesum, propij habere propositi, vt credat & Moyse. Et rursus; Hebræus, qui ex Deo habet, vt credat Moyse, habere debet ex proposito suo vt credat in Iesum, vt vnusquisq; eorum habens in se aliud diuini muneris, aliud propriæ industriæ, sit ex vtroque perfectus.* De tali enim dicebat Dominus noster viro diuite: *qui profert de thesauris noua, & vetera.* Hactenus Petrus.

Est autè inter firma Fidei nostræ propugnacula constituendum, quod duo illa Testamenta mirificè inter se respondeant, se inuicem fulciant, & confirmet. Et idè confutantur his verbis, tam Iudæi, qui reiecto Nouo, Veteri hærent Testamento, quã Manichæi, qui solo Nouo retèto, Vetus reprobabant Testamentum. Vnde Chryostomus pulchrè in hæc verba scripsit; *Nõ autem hi solum (nempe qui & diuinarum, & humanarum scripturarum imperiti sunt) verum etiam hæretici expertes sunt huius beatificationis, quia non possunt emittere noua, & vetera: nã cũ vetera nõ teneat, noua crede-*

Nouam cur prester Veteri Testamento, secundũ Augustinũ. Aug. lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 4. tom. 5.

De patre familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera, B. Petri Apostoli sententia. I. Clemens Rom.

IO Testamenti Veteris & Noui mira inter se cõsensio. Contra Iudæos, qui Nouum, & Manichæos, qui Vetus reprobant Testamentum.

Chrystom. 48. in Matth. tom. 2.

re non possunt; sicut è contrario qui noua non habent, hi veteribus penitus carent: hæc enim inter se magno iuncta & connexa vinculo sunt. Sic ille, & ante eum Clemens lib. 2. de Constitutionibus Apostolicis cap. 5. de Episcopo loquens ait: *Sit autem patiens, longanimis in admonitionibus, copiosus in docendo, meditatione, ac studio inuigilans in Dominicis libris; nimius in lectionibus, vt scripturas diligenter exponat. Euangelium interpretetur conuenienter Prophetis, & legi. Interpretationes ex lege, & Prophetis procedant ad conuenientiam, & similitudinẽ Euangelij.* Ait enim Dominus; *Scrutamini Scripturas, quoniam ipsa testimonium perhibet de me. Et rursus; De me enim Moyses scripsit.* Hęc Clemens.

Debent autem noua, quæ producuntur à ministris Dei verbi, veteris, & antiquæ Ecclesiæ dogmatibus non repugnare, ne aliud ab illa credens, alia ab illa sit Ecclesia: nam vna & eadẽ est Ecclesia per vnitatẽ Fidei cõtinuata; quẽadmodũ vnus est fluuius, qui ab ingressu in mare ad ipsum vsq; fontem vnde egreditur, continuatur. Idem autem est sensus, si dicamus, per noua, intelligi spectantia ad nouũ hominem: per vetera, quæ ad veterẽ. Siue rursus ad nouum dicamus spectare misericordiam Dei, consolationes, & eterne vitæ præmia: ad veterẽ, Dei iustitiam, increpationes, & æterna geennæ supplicia. Quod ergo hęc Abulensis Episcopus hunc locum exponens tradit, per noua, & vetera nõ posse intelligi Nouũ, & Vetus Testamentum: quia tempore Christi nondũ edito Nouo Testamẽto, Christus, vel Apostoli per multos annos, quibus nondum fuerat conscriptum, nõ poterant ex Nouo aliquid citare testimonium, neque ipse Christus hoc ex aliquo Veteris Scripturæ testimonio intulit: neq; rursus Moyses, & Prophetæ fuissent scribẽ docti in regno cœlorum, quod noua non proferrent, quæ nondum edita essent: & idè sensum esse ait, quod vt Christus, & Apostoli varia hæc intelligentes, erant docti, & tanquam diues ille copiosus varia proponentes: atque

I. Clemens Rom. Episcopi patres.

Euangelium interpretari cõuenienter Prophetis, & legi debet Episcopus.

Ioan. 5.

Ibidem.

II Verbi Dei ministri quæ docent noua, quibus minimè veteribus repugnant. Fidei vnitas qualis sit.

Quid noua, quid vetera proferre.

Episcopus Abulensis quæst. 75. in caput. 13. Matth. Abulẽ. Episcopus, quibus probet argumentis, Vetus, Nouumq; Testamentum per noua, & vetera minimè designari.

Quid illud Cantorum eidem, Omnia poma, noua, & vetera seruauit tibi.

ita intelligi illud Cantic. 7. Omnia poma, noua, & vetera, dilecte mi, seruauit tibi; id est, omnia quae appetitui satisfacere queant: ita doctor Noui Testamenti copiosus esse debet, & varius, ctiãsi ex Veteri, vel Nouo Testamẽto non proferat: & vetera, esse sensibiles similitudines, externalq; metaphoras nobis notas; noua verò, spiritualia mysteria in illis repræsentata: quod, inquam, ille autor tradit, per noua, & vetera, Vetus, & Nouũ Testamentum non posse intelligi, non est vsquequaq; solidũ. Et certè Abulensis non rectè apprehendit Domini mentem: non enim tam ad Scripturas Noui, & Veteris Testamẽti respexit Dominus, quàm ad ea ipsa mysteria, quæ in vtroq; continentur, quæ & ipse Christus, & Apostoli dũ prædicarent, proferre soliti erant, etiam si libros non citarent. Moyses etiam, & Prophetæ non simpliciter vetera tractarunt, sed etiam Noui Testamẽti mysteria, & nouerunt, & scriptis suis attigerunt: quanquàm Doctores, & Patres, qui post Nouum Testamentũ editum in Ecclesia concionandi munus exercuerunt, non tantũ veteres, & nouas res ipsas, sed etiam testimonia Prophetarum, & Apostolorũ ad ea quæ docent confirmanda proferre solent.

12 Si Vetus, Nouũq; Testamentum, non illa veteraq; significat, cur id non ex aliquo veteris Scripturæ testimonio, Dominus comprobauit.

13 Diuinæ aduersus nos argumenti bonitatis cognitione dignissimum.

dem illuminari, spem accendi, amorẽ inflãmari, & æternam salutem promereri in Christo Iesu Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto iure redditur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorũ. Amen.

TRACTATUS XIII.

De parabola Regis ponẽtis rationem cũ seruis suis; quætãtũ habetur Matthæ. 18.

Vò spectet præsens parabola, & proparabola, & epi parabola ostendunt. Nam in primis in principio scribitur, Petrũ interrogasse Iesum, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Dixit illi Iesus: Non dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. Cũ de conferuanda charitate mutua, & pace inter fratres, eademq; sicubi læsa fuerit, scienda (quod nisi mutua remissione, obliuioneq; offensarum fieri potest) nunquam præcepisset Dominus; Petrus, vti discipulus discendi audis, perfectè volens de tanti momenti re Magistri sententiam cognoscere, querit quousq; mutua illa remissio, ignoscendiq; opera progred debeat, & quem modum, & numerum repetiti peccati habere. Putabat enim Petrus satis esse, si septies peccantibus læsus ignoscat; cæteros verò, qui vltra septies peccant, reijciendos esse tanquã deploratos, & venia prorsus indignos. Existimabat enim, q̃supr. septies Dominus nõ remitteret, quia Leuit. 4. sanguis septies spargebatur pro peccato, & per aquas lustrationis Num. 19. Dicitur etiam id Leuitici cap. 26. Ad dam correptiones vestras septuplũ propter peccata vestra. Homo autem non debet Deum excedere in misericordia. Et ponebat, quòd vltra septem offensas non debebat ignoscere, sed

Incipiunt ab hoc loco parabola predicata a Domino in tercio anno predicato in sua. Christi propositum in præsentia parabola. Pristinæ amicitia redintegranda ratio.

Cur Petrus an vsq; septies fratri peccanti remittendũ sit, Dominũ interrogauerit

gloria,

Alij sensus eius numeri septenarij.

Pro. 24.

Orige. tractat. in Mattheum. 5. tom. 2.

August. lib. 2. de consens. Euag. cap. 4. in fine. tom. 4.

Hieron. in Matth. 13. tom. 9.

Theophyl. ibidem.

Numero finito pro infinito vtuntur Scripturæ frequenter.

2. Tim. 3.

Quid significet: Nõ dico tibi vsq; septies, sed vsque septuagies septies. Hieron.

Tit. 3. Matth. 18. Euthym. c. 38. in Mattheum.

Quousque ignoscendũ fratri in nos delinquenti, secundũ Euthymium.

dubitabat an esset eò perueniendum. Vel septies dixit, quòd hic fit in scripturis remissionis, & indulgentiæ numerus; vel quia septem sunt precepta Decalogi ad proximum spectantia; vel quia septem sunt peccata capitalia, quæ mortifera appellantur; vel quia septies in die cadit iustus. Græcè legitur, ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, pro septuagies septem. Quem numerum intellexit sine multiplicatione vlla Origenes, & Augustinus: quia in Genesi c. 4. pro eo quod Hebræa habent Septuaginta & septem, vel Septuagies & septies, Septuaginta Interpretes verterunt; vt hic dicitur, ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, vt videri possit, Dominum ad illum locũ allusisse, & sic iam voluisse multiplicare septuplam remissionem Petri, quomodo olim multiplicauerit septuplã punitionem Cain. Sed videtur positum in trã, pro in trãis more Hebræorum, vt Hieronymus, & Theophylactus docent. Et re vera idem est sensus, quomodocunq; interpreteris; nam numerus determinatus pro indeterminato ponitur. Et intellige, septies hominẽ peccare in eodem genere peccati, vel diuerso, modò tempore continuato. Dominus autem, qui immensæ est clementiæ, & neminem vult perire, grauitèr illam Petri sententiam corrigi, dicens, Nõ dico tibi septies, sed vsque septuagies septies: hoc est, Si supputes, quadragentis nonaginta vicibus, inquit Hieronymus, vt toties peccanti fratri in die dimitteret, quoties ille peccare nõ possit: nã numerũ ingentem posuit pro infinito. Et cũ nos infinites peccemus in Deũ, infinitis vicibus iussit ignoscere his, qui in nos delinunt, si semper resipiscant: eũ nãq; qui non resipiscit, post tertiam admonitionem, repelli iussit, tanquam ethnicum & publicanum. Quomodo enim remittet quis ei, inquit Euthymius, qui remissionem non querit? Orandum tamẽ Deus pro eo est, vt à malitiã eũ conuertat, & remissionẽ quærat. Dicendo ergo, septuagies septies, perinde est ac si dixisset, quoties peccauerit: aliàs si septuagies octies peccaret, liceret retinere acerbitatẽ odij, & vindictam appetere.

Rursus non est sensus, quòd citra septies debet remitti in hac vita, vt Origenes exponit: septem enim, significat quietẽ, sex autẽ, laborẽ, & operationẽ: vt significet, quòd remissio peccatorum fieri poterit, quando sumus citra septem, scilicet in hac vita: cũ autem transitur ad aliam, in qua est principium quietis, nulli remittitur peccatum. Verũ hic sensus mysticus est, & Christus nolebat doctrinã tradere, quãdiu potest homo peccatũ remittere, sed quãdiu debet vnus alteri dimittere. Superfluũ esset docere, non remitti post hãc vitam, sed in hac vita: quod per se compertum & exploratũ est, & à Petro nõ quærebatur, nec in hoc argueretur Petrus à Christo. B. verò Augustin⁹ ser. 15. de verbis Domini, Nõ sine causa, inquit, Dominus septuagies septies dixit: nam Lex in decem præceptis commendatur: peccatũ verò per vndecim significatur, quia transgressio denarij est: septem autẽ pro vniuersitate vsurpari solet, quia septem diebus voluitur tempus. Septies enim vndecim sunt septuagies septies: vt videatur significare, omnia peccata nobis remitti voluisse. Hæc ille in sensu. Sed etsi hæc accommodatio arte nõ careat, non fuit tamen à Christo intenta: quia ab Apostolis non esset intellecta, qui proportiones numerorum, & mysticas eorũ significatio- nes ignorabãt. Deinde Petrus, cũ inquit, Dimittam vsq; septies, bene dixisset, cũ per septem significetur vniuersitas: & tamen Dominus, illum correxit, dicendo, Non dico tibi, vsq; septies, sed vsq; septuagies septies. Numerus ergo septenarius: pro infinito ponitur, sicut Leuit. 26. Ad dam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra: sicut decem ponitur pro numero cõfuso Num. 14. dicitur enim, Tentauerunt me iam per decẽ vi- ces, hoc est, sæpe: & rursus quatuor ponitur pro non determinato, vt cũ dicitur apud Amos. 1. Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor nõ cõuertã eũ. Qua moberẽ cũ potuisset Dominus alio numero vti, magnũ posuit septuagesimũ septimum, vt homo sit patatus magis ad remittendũ,

3 Origenis minus idonea interpretatio reijcitur.

Quid septenarius numerus, quid vero senarius significet secundũ Origenem.

Tertius sensus Augustini, sed mysticus etiã ille. Augustin. tom. 9. initio.

Exod. 20. & seq. Quid vndecimarius, quid verò septenarius significet, teste Augustino.

Quartũ & postremũ, huic loco cõgruentissimum.

quàm proximus ad offendendum. Iste etiam numerus illi Petri responderet, illumque eleganter corrigit. Ita etiam solet more Hebræo augmentum significare: nam dictum est Genes. 4. *Septuplum ultio dabitur de Cain; de Lamech vero septuagies septies.* Reprehenditur ergo Petrus, qui septem posuit pro numero determinato; nec enim si pro immenso posuisset, à Christo reprehensus fuisset. Quod verò Christus Luc. 17. dixit, *Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitent me: dimitte illi:* etiam illo loco septies accipitur pro numero confuso, sicut hic septuagies septies: vt pulchrè Beda super Lucam annotauit. Nec enim verisimile erat, quòd septies in vno die peccaret, & peteret veniam; sicut nec probabile est, aliquem per totam vitam suam in alterum. 490. vicibus peccare. Quia propriè dicendum est, Petrum intellexisse, non esse remittendum peccatum supra septenarium numerum: Ex epiparabola etiam constat scopus parabola: ait enim, *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Simpliciter ergo proposuit Dominus hanc parabolam, ad ostendendum, remittere iniuriam fratris peccantis, non esse opus perfectionis, aut supererogationis, sed opus necessarium ad salutem, vt qui fratri non pepercerit, intelligat se à Dei gratia & commercio abalienatum, & cœlesti hæreditate abdicatum.

Et quanquam hæc parabola possit extendi ad sacerdotes, qui clauēs habent ad soluendū, & ligandum: quorū personā sustinet Petrus, vt quidā annotat: aptius tamē & suauis de remissione iniuriæ, cuius etiā priuato illata, intelligitur: tū quòd præcesserit; *Si peccauerit in te frater tuus: & Petrus, Quoties, inquit, peccabit in me frater meus, & dimittam ei: tū præterea quòd potestas clauium nondum erat data Apostolis: & sacerdos negare potest, imò interdum debet; absolutio nē illi, qui fictè accesserit, vel qui no-*

lit occasiones, & artes peccandi præscindere: tū denique, quia sacerdos non absoluit à cētum denarijs, id est, peccatis in homines commissis, sed etiam ab illis, quæ in Deum admittuntur: & hoc est, tanquam ministrum absolueret decem millia talenta. Superest igitur, vt in genere de communi remissione iniuriarum parabola intelligatur: vt etiam conclusio ipsius parabola ostendit. Nec obstat, hanc similitudinem dictam fuisse Petro: quia Petrus duplicem personam sustinebat; & propriam, in qua in genere fideles omnes; & sacerdotis, in qua tantū sacerdotes comprehenduntur. Dominus ergo non loquitur ad illū vt sacerdotē, sed vt priuatū in Ecclesia Dei membrū. Et ministri Dei quādo in se ipsis iniuria ab aliquo afficiuntur, propiores & alacriores esse debent ad remittendū, quod ad ipsos spectat, quā reliqui, qui ab illorū moribus discere debent Christi legē: nisi forte gloria Christi, & potestatis, quā gerunt, contēptus, & fidelium ædificatio aliud dīctaret. Propterea cum illatione Dominus inquit: *Ideo assimilatum est regnū cœlorū, &c.* Ideò, dicit, quia oportet ei semper ignoscere, qui semper respicit: ob quem finē inducitur parabola. Hactenus de scopo.

Quod ad parabolę literalē attinet corticē, inducitur oblatu seruus ad reddendā rationē, & qui tantū debitū habebat, de maximis dispēsatoribus erat, & veluti thesauri eius custos, aut gubernator ciuitatis alicuius, debebat enim decē millia talenta. Quòd si talenti rationē à Græcis, & præcipuē ab Atheniensibus accipiamus; cū apud illos talentum sex millibus drachmā tū constet, id est, sexcentis aureis: ex sex millibus talentorū efficietur summa sexcentorū millium, & quinquaginta mille aureorū: si verò consulas Iulium Pollucem lib. 9. maiorem inuenies; ait enim: *Atticum talentum sex millia drachmarum valebat Atticorum: Babiloniū verò septem millia: Ægineum decem millia, Syrium verò mille & quingētas, iuxta Atticæ drachmæ rationem.* Hæc ille. Et quomodo cunq, computes, summa est ingens;

Ibidem.

Quibus maxime conueniant.

Petrus duplicem gerebat personam.

Cortex parabola à Christo proposita de seruo debitore decem millium talentorum.

Talentorum plura genera.

Iul. Pollux.

Verba proposita de iniuria remittenda, quibus non incongruè aptari valeant.

Vbi septenarius confusum numerū denotet.

Bedæ tom.

4. Verba proposita de iniuria remittenda, quibus non incongruè aptari valeant. Matth. 18.

& ma-

6. Secūda pars parabola.

Illud de seruis venundatis quomodo ad literā accipiendum sit cum aliter Deus in lege statuerit. Philos. tom. 3.

Tertia & quarta pars.

& maximum debitum; sicut debitum conferui ad seruum centum denario rum, non excedit summam decem aureorum monetæ currentis.

Fingitur hic non habere vnde debitum soluat, & propterea iustum esse eum venundari, & vxorem, & liberos, non quòd illi essent serui, & vendi possent, vel quòd, illis venditis, tanti debiti fieri posset solutio: & expectatus soluere poterat ex proprijs, quæ habebat: nec ex consuetudine hoc fieri poterat, quia non puniretur vxor, quæ viri non est pars, sicut filij: nec erat apud Iudæos consuetum, quia etiam si quis se vendere posset ad septem annos, vt conceditur Leuit. 25. & ad Iubileum, vt conceditur Exo. 22. non tamen vxor vel filij, qui tollebantur à creditore ad seruiendum quousque solueret, vt mulier illa dicebat ad Heli seum. 4. Reg. 4. neq; etiam ex consuetudine barbara vendentium vxores pro ferro, vt testatur Aristoteles lib. 2. Politicor. quia subdit, *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis:* ergo iniustū esse non putabat. Rursus nō fingitur cedere bonis, quia vendendo bona sua, habebat vnde satisfaceret: ergo dicendum est, Regem comminatum fuisse, & terrorem illi incussisse, vt ad prostrationē, preces & supplicationes conuerteretur, Rexq; commiserandi illum ansam haberet. Similitudo est igitur, quantum ad iniectionem in carcerem, non autem quantum ad venditionem: quæ tamen ponitur, vt reddat verisimilem prostrationem serui, quæ simplici verbo non fieret: nam ex narratione artificiosa debent constare causæ veritatis: nec enim vendere, sed carceri deputare cogitabat. Dicitur autem dominus seruo prostrato dimisisse, nempe soluendo illum à vinculis, quibus tenebatur alligatus, donec distractis bonis suis satisfaceret. Ponitur postremò, accepto à Rege beneficio, iracundiaque correptum ob iniuriam à Rege acceptam conferuum suum, parui nummi debitore, malè tractasse, nec eius precibus auscultasse, sed in carcerem illum coniecisse: vnde alij conferui

permoti fuerunt, vt hæc Domino renuntiarent. Hic est exterior parabolę intellectus: quo constituto, accedendū est ad parabolę applicationem, & sensum per illam intentum. Ait ergo: *Ideo assimilatum est regnū.* Ideò, inquit, quia oportet semper ei ignoscere qui semper respicit. Regnū ergo cœlorum, quod est Ecclesia, in hac vita inchoatum, & in gloria consummatum, simile est homini Regi, qui voluit rationē ponere cū seruis suis. Id est, facto hominis Regis, quod ei accidit cū seruis suis, ab eis rationē exigēdo administrationis bonorū, seu gubernationis prouintia. In quo instruuntur, qui regia potestate funguntur, vt ministros suos frequenter visitari faciant, vt conscientia suæ satisfaciant; & ne patrimonium eius furtim absumatur, & ne ministri sui deuorent plebem suam sicut escam panis, nam grā de imminet periculum à peccatis alienis, si ea, cum possint, non præueniant, aut si condignis supplicijs iam admissa non puniant. Dicitur autem Rex cœpisse rationem ponere cum seruis suis, ab initio inspirando beneficia accepta, vel ingratum animum, & scelera commissa increpando; siue huic inspirationi det locum tribulatio cœlitus immissa; siue peculiare ali quòd & insigne beneficiū; siue sit Angeli, aut hominis prædicatio. Consummabitur autē hæc reddēda ratio, quā tū ad quēuis attinet, in iudicio particulari; quantum ad vniuersos verò in generali: consummataq; tūc ratione, non est amplius locus dimissioni. De quatuor autem videtur reddenda ratio. Primò quidem de bonis commissis: atq; de hac ratione reddēda loquitur parabola Villici iniquitatis. Dein de reddenda ratio de bonis amissis: qua de re est parabolā talentorū, vbi seruus piger accusatur, quòd non posuerit talentum ad mensam. Tertio, reddenda ratio de malis admisis: cui rei seruit parabola duorum debitorum Luc. 7. Quarto, exigetur à nobis ratio de malis, siue de peccatis remissis à Deo: atque huic vni rei seruit parabola præsens.

Ad hæc, dicitur oblatu ei seruus

Psal. 131

Quando cœpu Rex rationem ponere cum seruis suis, & quando consummabitur.

De quibus exigit rationem ab eis.

Servus de-
bens decem
millia talen-
ta, a quo fue-
rit oblarus.

Ezech. 33.

Quis debitor
decem millia
talentorum.
Exo. 20. &
seq.

Cur hic de-
bitor habe-
re nihil dica-
tur, unde sa-
tisfaciat.

Heb. 10.
Spiritus ho-
minis quare
dicitur va-
dens, & non
rediens.
Psal. 77.

8

Quod iube-
tur venunda-
ri servus cu
vxoie, & fi-
lijs, id qua ra-
tione acci-
piendum sit.
Primus sen-
sus.

Chrysofsto.
hom. 62. in
Matth. 10.

qui debet decem millia talenta. Oblatus est autem, vel à Spiritu sancto ducente animam, vt peccatorum suorum magnitudinem, & grauitatem agnoscat, & recordetur viarum suarum pessimarum, & studiorum suorum non bonorum, & displiceant illi peccata & scelera sua, vel ab Angelo impellente ad sui, & suorum debitorum cognitionem; vel à propria conscientia, quæ semper deprecatur ad optima, & pro Deo militat; siue à predicatore, vel sacerdotibus, qui sunt à confessione, qui culpas ex parte Dei exaggerant, & ad satisfaciendum impellunt. Et per debitorem decem millium talentorum significatur insignis, & ingratisimus peccator, quasi millies transgressus sit decem præcepta Dei. Afferitur hic non habere unde satisfaciat: ex nobis enim, quasi ex nobis; non habemus nisi peccata, id est, spinas, & tribulos, non autem frumentum. Natura enim, & gratia, & creaturæ omnes, non nostra sunt, sed à Deo nobis commissa. Peccatum etiam, quia Deum infinitum, & creaturas offendit, & infinitum Christi sanguinem conculcat, vitam, doctrinam, sanguinem, & mortes sanctorum contemnit, infinitam proinde exigit satisfactionem, quam homo ex se præstare non valet. De quo Dauid dicit: *Spiritus vadens, & non rediens*. Vadens quidem, & valens ad contrahendum debitum; non autem rediens propria virtute in gratiam Dei. Neque mirum, quod non possimus soluere debitum peccati; qui etiam si peccati expertes essemus, minimè tamen pro beneficijs æquiualems reddere valeremus. Nam nos totos Deo debemus, non solum ratione redemptionis, & vitæ æternæ, & gloriæ promissæ, sed etiam creationis atque conseruationis.

Quod verò iubetur venundari servus cum vxore, & filijs, & omnibus bonis suis, non est necessarium applicandum, vt ex Chrysoftho produximus: quia nec in cortice literæ locum habere potest, ni-

si ad reddendum verisimilem prostrationem serui. Dici tamen haud incommode potest, quod cum Deus inspirat homini peccati demeritum, & grauitatem, tunc videtur significare, quod ipse, qui mens est, & viri locum tenet, & vxor eius, nempe appetitio sensitua, siue carnis cupiditas, cui tanquam sponsæ copulatur peccator: qui propter eam venire ad conuiuium excusatur, dicens: *Vxorem duxi, & ideo non possum venire*: & filij eius, id est, opera carnis, & bona omnia quæ habebat, siue naturalia, siue gratuita, venundari merentur, id est, traditi in integrum dominium, & potestatem peccati, dæmonis & supplicij geonæ: de quo dicitur: *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati*: & *A quo quis superatus est, huius & seruus est*. Et rursus: *Ve vobis scribæ, & Pharisei hypocrite, quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum profelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium geonæ duplo quam vos*. Vel denique sensus est, quod sicut Rex vult omnia sibi reddi debita, etiam cum dispendio debitoris, ita Deus vult sibi satisfieri à peccatore, citra condignum tamen. Damnatus autem dicitur reddere debitum: quatenus omnia, quibus abusus est, & vanè oblectatus, præstant ei cruciatum, & tormentum, secundum illud: *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*.

Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens: *Patientiam habeam in me, & omnia reddam tibi*. Quem admodum superbia, initium est omnis peccati; ita initium iustificationis, humiliatio est, per quam, propriam culpam, atque ingrati animi vitium, ac Dei iustitiam Fidei lumine agnoscimus, Voluntate autem pœnitentiam concipimus, & propositum satisfactionis: nam vt Leo, fortissimus bestiarum, iacentem, & humiliatum non inuadit, ita Christus, Leo de tribu Iuda, se humiliantibus, ac de se modestè sentientibus, libenter parcere consue-

mo. 2.
Alter sensus.

Vxor, & filij peccatoris quimysticè.

Luc. 14.

Quare iubetur venundari.

Ioan. 8.
2. Pet. 2.

Matth. 23.

Tertius sensus.

Damnatus seruus qua ratione debitum reddat.
Apoca. 18.

9
Principiū iustificationis nostræ quod Eccli. 10.

Prou. 30.
Leonis propriū quid sit.

Apoc. 5.
Quibus factè ignoscat Christus.

Rom. 2.

IO

Triplix ratio Deo solui debitum potest.
Psal. 78.
Psal. 50.

Alter modus

Tertius modus.

Job. 6.

Servus decem millium talentorum debitor à Rege quomodo dimissus.

Ioan. 8.
Quæ sit hoc debitum roganti seruo dimissum.

uit: & quia largus est in condonando, vel modicis precibus flectitur vt exaudiat. *Patientiam*, inquit, *habeam in me*. Confitetur se peccasse contra Dominum, circa quæ toleranda peccata versatur eius patientia, de qua ait Apostolus: *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis?* Dilationem tantum temporis exigit, quod cum pretio sum sit, nos tamen paruipendimus.

Et omnia reddam tibi. Vbi aduerte, quod fortè hic non plenè cognoscatur debitum, neque vires proprias, quia de suo promittit satisfactionem: Dominus tamen immemor ignorantiarum eius, & ad cor bonum, & humiliatum respiciens, vel non despiciens, debitum pro quo satisfacere non poterat, remittit. Vel Deo ex misericordia infundente gratiam in peccatorem, unde eius anima Deificata, infinita quodammodo efficitur, & infinita opera producit, quibus quodammodo pro infinito debito (si culpa remaneret) satisfaceret. Et quia non remanet culpa dimissa, Deus in infinitum acceptans, quasi pro debito pensum, & acceptum fert. Vel fortè modus quo quis omnia reddit, est, Deo patiente, & patientiâ habente, qui pro nobis in Cruce Deo plenè satisfecit: nam in persona Christi ait sanctus Iob: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera: quasi arena maris hæc grauior appareret*. Sed oportet passionem Christi nobis per Fidem, & Sacramentum applicare. *Miseratus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei*. Magna misericordia Dei est, quæ liberat ab infinita peccati miseria, ad infinitam reducens felicitatem in spe. Dimisit eum liberum, infundendo gratiam, qua liberatus est à peccato, & ab angustia, & stimulo conscientie: & data est fiducia sancta remissionis peccatorum. Quia, si vos, inquit, *Filius liberauerit, verè liberi eritis*. Denique omne debitum, siue mutuum dimisit ei; id est, donauit pœnam temporalem, quæ

consistit etiam culpa remissa, vel pœnam æternam, peccato mortifero quadrantem; quæ culpa remissionem consequitur.

Aduerte autem, quod hîc decem millia talenta remittit, qui alibi in vno talento durus est, vt in parabola talentorum apud eundem Matthæum. Sed hic debitor humiliter egit, & rogauit; ibi arroganter & superbe, se ipsum iustificando, & Deum accusando egisse visus est. Vnde præstat, vel omnia peccata mundi habere, cum humilitate, & confessione erroris, quàm vnum cum superbia, & cordis duritia. Vel ibi erat extrema dies, in qua ratio exigitur, & nulla venia promittitur: hic autem erat in tempore adhuc negociandi.

Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens, suffocabat eum, dicens: *Redde quod debes*. Egressus dicitur hic seruus à Dei, & sui cognitione, in qua dum permaneret, omne bonum sibi comparauit: egressus autem, omne malum incurrit. Exit etiam peccator à consortio Ecclesiæ, custodientis, & seruantis nos, & quasi palmas à vite præcisus, & membrum à corpore. Quod si ciuitate posita in obsidione, quisque timeret ingredi, cur à castro hoc Ecclesiæ inexpugnabili exire vllus audeat, & se in manus hostium capitalium tradere? Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Vnum, inquit, de conseruis suis, ac ob id æquè à domino dilectum, atque ipse erat. Debat autem denarios centum, hoc est, paruum debitum: quia, seclusa iniuria infiniti Dei, quæ in peccato contra proximum fit, finita est. Quandiu autem iste intus erat, non inuenit, nec vidit sibi illum debitorem, quoniam se dignum omni supplicio agnoscebat, & sui iniuriam non considerabat. Et tenens, suffocabat eum. Inuenit intellectu: & tenet proximum, qui iniuriam non dimittit:

II
Matth. 25.
Quid est quod Rex decem millia talenta nunc donat, alibi ne vnum quidè talentum.

Altera solutio.

12
Seruus ille quomodo egressus.

Ioan. 15.

Quisnam cōseruus quidè bebat centū denarios.

Teneat proximum, & suffocet quis.

suffocat, quia quem corde largo diligebat, corde per odium restricto, & amaro comprimit. Suffocat etiam, qui verba excusationis non audit; quia suffocans gulam strinigit, per quam vox immitti debebat. Et prociens conseruus eius, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Omnis humiliatio, quae hodie Deo exhibetur, homini fit, nec tamen potest ab eo impetrari, quod a Deo impetratur. Petit ergo, ut patienter expectetur ad tempus, & promittit se omnia redditurum; id est, remitte mihi iniuriam, & ego satisfaciam pro damno. Pro eo enim, qui patientiam habet, vel hostis soluit debitum, ut Semei pro Dauid; qui dixit: Dimitte eum ut maledicat iuxta preceptum Domini. Si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna. Videntes autem conserui eius, quae fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quae facta fuerant. Illi conserui, aut Angeli sunt intellectu vigentes ut homines, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, quorum vnus dixit Ioanni se adorare volenti: Vide ne feceris; conseruus tuus sum, & fratrum tuorum: qui sicut gaudium habent de bonis nostris, ita de peccatis irasci, & contristari, sicut Deus, dicuntur. Narrant verò quae gesta sunt, Deo: quae ipse ab aeterno nouit, dum illi orationes nostras, & bona opera, vel scelera, & malefacta representat. Vel viri sunt sancti in Ecclesia, & zelo iustitiae praediti, offerentes ei demerita impiorum, quorum vnus dicebat: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam, ut auferant eam. Et Hieremias; Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus qui praeuaricantur: & iniqui agunt. Et Dauid: Vidi praeuarican-

Quid est: Patientiam habere in me, & omnia reddam tibi.

2. Reg. 16. Dauidus patientia.

Quinam sint isti conserui, seruū nequa excusantes apud dominum suum.

Heb. 1. Apoca. 19.

Alter sensus

3. Reg. 19.

Hierem. 12.

Psal. 18.

tes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.

Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui miserus sum? Vocat Deus ad praemia, vel ad poenam, quemque in morte, & omnes in vniuersum in die iudicij, cum dicit, Surgite mortui, venite ad iudicium. Et ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Obicit seruitutem, expiobat nequitiam, impropere dimissum debitum omne, ex sola simplici prece, & oratione qua rogasti me pro dilatione, non pro dimissione: sed ego audiui supra votum tuum. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui? Pondera verbum, Oportuit; ut intelligas, ad necessitatem praeccepti pertinere remissionem iniuriae, & fratri humiliato, & petenti non esse denegandam. Et ab experientia miseriae poterat discere misericordiam, qua quisque semper eget, secundum illud Salomonis, Intellege quae sunt proximi tui ex te ipso.

Multa ergo sunt quae grauant peccata huius serui. Primum, quod tam cito accepti beneficii fuit immemor, in egressu enim suo seruus hoc delictum in conseruum admisit. Secundum, quod non extraneum quendam, sed conseruum tam dure tractauit. Tertium, quod pro vili, & exiguo debito tam inhumanè se gessit. Quartum, quoniam non tantum verbis (quod tolerabile equidem fuisset) pretium exegit, sed violentia, & suffocatione. Quintum, quod nec illis eisdem verbis, quibus ipse flexerat Diuinam clementiam, rogatus, conseruum suum exaudire voluit. Sextum, quia nec dilationem praestitit (tantum abest, ut debitum dimiserit.) Septimum, quod humiliter deprecantem carceri tradidit.

Rectè ergo illi obiecit: Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui? Nā hic seruus nō poterat remittere conseruo, si prius dominus sibi non di-

13

Seruū nequam ut vocauerit Dominus suus, cum eo expostulans, Ioan. 9. & 1. Thessa. 4

Domini clementia in seruo quanta.

Parcendi inimicis, quale praecceptum sit.

Eccli. 31.

14

Seruū nequam inexorabilis illius in conseruum suū multiplex iniuria.

15

Quare & eū oportuerit misereri conserui sui.

missis.

Matth. 6.

16. Quo iure alteri debitū minime remittendū sit.

Iure quo tamen debeat eius misereri.

Timo. 6. Apocal. 17.

Immiseri-cors conseruus cui traditus a Domino tortoribus, & quibusnam.

Idem conseruus quousque torquendus infelix ille.

Iacob. 2.

An hic malus seruus si se dimissurū conseruo debuit, omne dixisset, huic iterum Dominus peperisset.

mississet: nam cum deberet satisfacere domino suo, æquum erat exigere à suis debitoribus, ut ex eo satisfaceret domino: aut certè oportebat debitorem assignare domino: sed & postquam remissum est, tunc oportuit & ipsum misereri conserui sui iuxta quā rationem, postquam Christus venit, & liberauit nos ab omni culpa, & poena, oportet, & nos proximis nostris remittere: quia hoc ipso quod remissionem accipimus per Dei gratiā, habemus, ut possimus per eandem remittere debitoribus nostris.

Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quo ad vsq; redderet vniuersum debitum. Hoc loco expendendum est, ex debito legali nemine obstringi ad remittendum alteri debitum, licet illi sit remissum ex fisco, imò nec in facto parabolę misereri: proinde ab alia inferiori persona, quā a Rege iustè non damnaretur. Quia tamè ex debito morali, & naturæ lege misereri debebat (licet non condonare debitum) non valenti soluere, cum sibi in simili causa maius esset remissū: Rex Regum, & Dominus dominantium, potuit poena arbitraria, quæ in litera habetur, eum punire. Nam in eius iniuriam redundabat non deserere, vel eius recenti exemplo, vel communi domino, quin statim eius seruum in persona vexaret, suffocando, in libertate, carceri mancipando, illo non valente pro eo tempore soluere, & dilationem rogante. Propterea tradidit eum tortoribus: qui non possunt dare, nisi quod habent, id est, poenam, & supplicium. Quoad vsque redderet vniuersum debitum. Nempe, quia semper manet culpa, & debitum satisfaciendi, semper torquebitur. Est ergo seuerus Deus, acerrimusq; eorum qui remittere nolūt fratribus suis, vindex, ut rectè propterea dixerit frater Domini: Iudiciū sine misericordia illi (scilicet fiet) qui non fecerit misericordiam. Quod si hic seruus rursus veniā petisset, & promississet se renouaturū iniuriā, quā fratri irrogauerat, an esset Dominus iterum huic parsurus? Respondeo: Pepercisset utique pro sua bonitate, si adhuc viueret. Sed tu

aduerte, & time, nam hic nō amplius veniam petijt: quod fortè multis euenit, qui satiare animum volunt, & postea non inueniunt locum poenitentiae, nec amplius ex corde veniam petūt. Proinde statim dimitte, ut tibi dimittatur, ne renuens renuaris, aut procrastinas pericliteris.

Dubitabit aliquis, nū peccata, quæ semel Deus poenitenti remisit, ob noua scelera imputet, & de integro vl-ciscatur? Ad huius loci maiorem explicationem statuendum est, peccatū propriè non redire, quia actus, & culpa (id est, priuatio bonitatis, quæ actui inesse debebat) transierunt, macula verò, & reatus per gratiam tolluntur. Poena verò non redit, quia non erat inflicta, nisi quatenus peccas post acceptam semel à Deo veniam, ingrator existit, & maiori digno supplicio, quia non satisfacit vsque ad mortem. Nam cum aeterna poena remissa esset pro temporaria, huic ante mortem satisfieri poterat, & ante secundum peccatum: & si rediret primum, bis puniretur. Quod repugnat Diuine iustitiae, & Scripturę dicenti: Non punit bis in id ipsum. Rursus peccata, quantum ad impedimentum gratiæ, non redeunt, quia quamprimum remissio prima facta est, remotū est impedimentum, aliàs gratia non venisset. Tertio, peccata non redeunt, eo quod remissio sub conditione sit concessa, ne metu cogere videretur ad remissionem: sed voluit ut dimitteret, imitatus benignitatem domini sui. Quod si tunc dixisset, Non dimitto, nisi dimiseris, statim dimississet. Hoc nos scimus, quibus antè est denuntiatum, ut dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod propter durōs, & pertinaces denuntiatum est: ut saltè timore parcant, & assuescant propter Deum, & bonitatem eius imitandam parcere. Non est ergo remissio sub conditione: Dimitto, si non pecces: quia cum hoc vsque ad mortem dilatetur, ante eam peccata remissa non essent. Passio etiam Christi, & gratia apta sunt ad statim remissionem efficiendam: non ergo oportet applicare

reditum

Luc. 6.

17

Nam peccata quæ semel Deus poenitentem remisit, ob noua scelera imputet, & de integro vl-ciscatur.

Nabum. 1. iuxta Lxx.

Matth. 6.

Qualis effectus debeat peccati remissio.

1. Pet. 4. & Prouer. 10. Id verbū Apostoli, Charitas operit multitudinē peccatorum, quo sensu dictum sit.

18 Ezech. 18. Dicitur Ezechielis, Omnia iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: quem sensu habeat.

19 Illud: In inferno nulla est redemptio, quomodo verum sit.

Ingrati animi pestis quid impediat.

Illud vitium vti aduersetur iustitiae.

Illud vitium vti aduersetur iustitiae.

reditū, nisi ad circumstantiā animi in grati. Quod verò Apostolus ait: Charitas operit multitudinē peccatorū, nō intelligas ita operire, vt faciat peccata, qđ ad actū atinet, nō esse, quia iā recesserant: nec quod non fuerint, quia fieri nequit, sed quod tollit auersionē & maculam ita vt non impediāt gratiam, vel virtutes infundi, aut earum exercitium & studium: vel quod coram Deo peccata ita non videntur ad puniendū, quēadmodū si nobis essēt operta & celata ad aliquem traducendum, & infamia aspergendum.

Quod etiā dicitur apud Ezechielē: *Omniū iniquitatū eius, quas operat⁹ est, nō recordabor*, intellige ad supplicium eternū. Manumissus autē dominus suo ingratus nō redit ad eandē, sed ad aliā, & ex alia causa seruitutē: nā hęc, quā incurrit ex animi ingrati vitio, distincta est ab ea, quam ratione belliprius incurrerat: & simile omnino occurrit peccatori. Decedens in letali delicto cum debito pœnē tēporalis, illam ad tēpus exoluit: secus de veniali, quod quia semper manet, semper quoq; luit pœnas illius.

Cū ergo dicitur: *In inferno nulla est redemptio*, intelligit quantū ad exitum ab eo. Quoniā verò bona opera iusto rū in se non sunt mortua, vt peccata; propterea per pœnitentiā redeūt. Peccata autē p̄terita & remissa per peccatū subsequens nō redeunt, quia opus Dei fortius est opere hominis. Ingratitudo autē est vitii cessandi à gratiarū actione pro dono accepto, vel cognito, & effectu & opere nō repēso, vel contēnendo donū, vel quasi nihil esset, obliuione sepeliēdo, vel in donatorē agendō, vt quilibet peccator, qui scelere suo Deū offendit. Et hoc vitii opponitur iustitię: nam ex beneficio collato, etiā si is qui cōfert, minimē id intēdat, debitū oritur legale, siue moralē gratiarū actionis, id est, memorię seruandę de beneficio accepto, illoq; magni pēdēdo; & promodo suo retribuendo. Nō est tamētātus reatus ex vitio ingrati animi veniēs, quātus remissorū peccatorū: nā si quis peccauit vt decē (vt mos est dicere) illorūq; peccatorum remissio

nem obtinuit; postea verò relabatur, & peccet vt duo ex genere, qđ post hęc additur ex ingratitude, non est maius quā duo: quia ingratitude non est vt debitum quod sequitur genus peccati, sed secundum proportionē peccatorū erit maior reatus sequentis delicti, quantū attinet ad grauitatem, vel reatum ingratitude, non tamen quantum ad totum reatū peccati: nā si ille, cui remissum est vt centū, peccat vt duo, & alter, cui remissū est vt duo, peccat vt centum, licet in primo sit maior reatus ingratitude, tamen totū peccatū erit longē minus. Quod ingratitude sit maior, ex peccati genere, & beneficio pendet: quod autē magis faciat redire peccatum, tantum ex benefici maioris remissionis. Peccatum verò secundum, vel tertium post pœnitentiā, etsi ingratitude habeat, nō dicitur facere redire delicta, quia non erant remissa, cū per primū peccatū post pœnitentiā rediisset, vt autor est Episcopus Abulensis. Delicta verò leuiora, quę venialia vocāt, quia gratiā non tollunt, non faciūt alia redire: ipsa tamen ob ingratitude remissionis venialium redeūt. Mortiferum autem etiam venialia facit redire, quia gratiam tollit, nam remissio venialium proculdubio beneficiū est quemadmodū remissio originalis per letale redit. Etsi autē per omne peccatum mortiferum redeant p̄dicto modo peccata remissa: peculiariter tamen per delicta repugnantia principio remissionis peccatorū, qualia sunt Fides, quę est initiū remissionis, Charitas, quę vniuersa operit delicta, & pœnitentia, quę proximē ad remissionem disponit. Hęc autē delicta sunt, vt heresis, vel apostasia à Fide, odium fratris, & inuidētia fraternę gratię; contemptus pœnitentię, & pœnitentia pœnitentię actę.

Concludit igitur Dominus: *Sic et Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris*. Declarat parabolam: & Regem ponentem rationem exponit esse Patrem suū. Et ait, *Pater meus cœlestis*, id est, naturalis. Et non dixit, *Pater vester*, quia nō remittentes

Ingratio quo quis iudicandus in Deum.

Alfusus Testa. q. 144. in cap. 18. Matthæi.

Venialia delicta cur ipsa sola redeant, & per mortiferum etiam reuocentur.

Quibus maxime offēsis antiqua crimina reuocentur. Prouer. 10.

20

Quis sit Rex ponēs rationem cū seru suis.

De parabola veri Pastoris per ostium intrantis, & non aliunde, & de ouibus: quę tantū habetur Ioan. 10.

AMEN amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Qui autē intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: & oues vocē eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emisit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbiū dixit eis Iesus.

In his verbis parabolam contineri, non obscure indicauit Dominus: tum quia textus expresse dicit: *Hoc prouerbiū dixit eis Iesus*, hoc est, parabolam, vt p̄ter Euangelium Siria cum, interpretantur Theophylactus, Euthymius, & ex nostris Lyranus, & Caietanus: tum deinde quia à Iudæis intellecta non fuit: & hęc erat natura parabolarum, res ipsas inuoluere, & indignis abscondere, vt diximus: tū tertio, quia Dominus prouerbiū propositum, Apostolos p̄ueniendo, quasi parabolam explauit, vt solitus erat. Scopus autem parabolę eō tendit, vt quoniam sacerdotes, Scribę, & Pharisei non solum Christo se non subdebant, sed & potestatem sibi in plebem Dei, perinde ac si veri essent pastores, & duces, vendicabant, & idē molestissimē ferebant, quod imperita plebs in Christum crederet, eumq; vt oues pastorem, sectarentur, ad confusionem falsorum pastorum, & simplicium confirmationem, pastoris boni à fure, latrone, & mercenario differentiam ostendit, verasq;

Hęc Domini verba de Pastore & ouibus, parabolica sunt nec ne. Theophyl. & Euthymius in Ioan. cap. 10. Lyran. ibidem. Caietanus. Propriū parabolę quid sit. Scopus huius parabolę qui sit. Sacerdotū, Scribarū, & Phariseorū arrogantia.

Matth. 5.

Iurē qui possint dicere: Pater noster, quies in cœlis.

Infra. 6.

Dimittendū fratri cur ex cordibus nostris.

D. Hieron. in Matth. lib. 3. to. 9. Dimittat fratri suo de corde suo nodū quis, secundū Hieronymum.

Qua ratione damnū ab inimico repeti possit. Vnde lex parcedi rā ardua & difficilis.

Matth. 5.

iniurias, pro legitimis filijs Dei non habet. Propterea cū p̄ceptum tradidit diligendi inimicos, rectē subiūxit: *Vt sitis Filij Patris vestri qui in cœlis est*. Nam qui inimicos diligunt, & de malō merentibus benemereri student, rectius dicere possunt: *Pater noster, qui es in cœlis: & Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Addit autē, *Ex cordibus vestris*, quia iniurię cōdonatio ab omni furo, & fictione debet esse aliena, & non qualis illa est, quā D. Hieronymus notat, illorum, quos sęp̄ de remissione admonitos audimus respondere: *Ego nihil habeo contra eum, ipse nouit: habet Deum iudicem, non mihi curę est quid velit agere, ego ignoui ei: quę verba satis arguunt animum ad huc exulceratum, & inimicum ei, qui læsit. Etsi autē damnū repeti ab eo possit: ex charitate tamen, non ex odio. Quod si cuiquam videtur hoc p̄ceptum parcedi difficile, intelligat id esse, quia ipse nondum vocatus est ad reddendum quod debet; nondum sensit vocem exactoris; nondum humiliter Deo supplicauit; nondum in animo sensit, quantum gratię acceperit. Spiritus sanctus nondum arguit eum de peccato: & destitutus dulcedine Spiritus, amarus est corde ad proximos. Postquam igitur ad salutem necessaria est iniuriarum acceptarum remissio, & hęc sine Spiritu sancto p̄stari, vt Christus p̄cipit, non potest; studeamus hunc benignum ad remittendum Spiritum votis supplicibus, & precibus nobis conciliare, bonorumque operum studio illum promereri, vt Patrem nobis remittentem nostra delicta habeamus, & sanctissime charitatis legi satisfaciamus, quam tulit Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuunt, & regnat, in sempiterna secula, Amen.*

(.?.)

Exech. 34.

Quare fures, & latrones erant illi.

Ioan. 9. Cæcus natus à Christo illuminatus, quam vere ex ouili Christi fuerit.

2 Quam apte hæc cū præcedentibus coherant.

Scribæ & Pharisei vere cæci.

Actor. 5. Matth. 24.

proprietates, ac notas, tū pastorū, tūm ouium, explicat in hunc finē, tū vt se bonum pastorem à Deo per Ezechielem promissum, id est, Messiam comprobet, tū vt Scribas, & Phariseos tectē fures, & latrones, & mercenarios fuisse declaret, eo q̄ homines a Christo sub pastore, & Messia abducerēt, (quod apertē, & palā dictū illi minime tulissent) cū ipsi veri pastores ab omnibus haberi vellent; cū tamen non nisi ad suā compēdiā, & lucra captāda sacros magistratus inirent. Ad hæc, clam, ac tectē cæcum natū, à Iudeis excommunicatum, & extra Synagogam factū, quod Iesum Prophetā, Deiq; filium, & credidisset, & cōstanter confessus fuisset, extra ouile Ecclesiæ nō esse ostēdit, sed maximē intra ouile, eo quod ipse esset & ostium, & pastor, per quem quicūq; intrauerit, & ei, vt pastori suo, se regendū, ac gubernandum tradiderit, non potest nō esse saluus, & pascua inuenire.

Et aptē quidem hæc parabolam subtextuit his, quæ velut parabola præcedunt. Nā, vt quidā annotarunt, decimū caput Ioanuis non erat inchoandum ex abrupto ab illo loco: Amen amen dico vobis, qui nō intrat per ostiū in ouile ouium, &c. sed ab illis verbis, quæ historiam cæci à natiuitate consequuntur, nempe, Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vidēt, cæci fiant, quibus verbis tectē declarauit, illos cæcos esse, qui in tantaluce doctrinæ, & splendore miraculorū sua culpa caligaret. Idē in oculos eorum Iesus lutum imponit, & peccatū furis, & latronis, ac mercenarij, de quo dixit: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: vt considerent, vtrum ipsi aliunde, quàm per ostium ingressi fuerint, vt se ipsos fures, & latrones agnoscant, pœnaq; dignissimos: si vero aliū ad se aliunde, quā per ostiū ingredientē admiserint, quales ante eū fuerunt Iudas, & Theudas, post eum verò pseudochristi multi, & Antichristus, raptoris, & furis sciant se esse prædā. Et quia prouerbiū propositū nō intellexerūt, qđ expositiū a Christo Apostoli perceperunt, impletum

est in eis verbū Christi: Vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Vnde egregiē Cyrillus: Quia Pharisei iactabant se videre, quod quidem posset, si oues Christi essent: Dominus contra eorū arrogantiam de grege suo, & de ostio, quo intratur in ouile, similitudinē proponit: ostendens quod nec sapientia, nec obseruatio legis, nec bona vita quicquā valet, nisi per eum, per quem solum datur aditus, & accessus in salutem, quemadmodum alio loco dicit: Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Hęc ille.

Ostendit ergo eleganter per hanc parabolam, neminem posse esse pastorem populi, nisi prius sit ouis Christi: & neminem posse bene videre, nisi Christum lucem receperit, etiam si interim se videre maximē gloriatur. Et ita paucis habes propositum parabolæ explicatum.

Quod ad corticē parabolæ attinet, proponit differentiā inter furē, & pastore: vt furis sit nō intrare per ostiū, sed ascendere aliunde; pastoris autē propriū est non ascendere, sed intrare per ostiū, & illi, vt pastori, & domino ouium, ostiariū fores aperire. Oues autem audiunt, sequuntur, & sciūt pastorem suum, cuius est illas vocare nominatim, & educere ex stabulo ad pascua, & eas præcedere. Nā quod quidā eas sequitur, custodis potius est, quā pastoris. Vnde Dauid, cū puer esset, & gregē patris sui custodiret, dicitur de post fecerantes à Deo acceptus ad pascendū Iacob seruū suum, & Israël hæreditatē suam, vt insinuetur non tā pastor, quàm custos ouium patris sui. Præcedebat enim pastor oues olim in Syria, vt suo ducatu viam illis cōmonstraret, non mutus, sed subinde voce sua, vt sibilo prouocans ad sequēdū: quamquā in nonnullis regionibus moris sit pastore oues suas subsequi, & impellere magis, quā inuitare. Oui le autem hoc loco, locū septū, intra quē à noxijs bestijs & abigeis seruatur oues, significat, qui Latine caula, siue ouiu stabulū dicitur. Iā vero explicanda est similitudo, & sensui principali accommodāda. Vbi in primis aperiedū quid sit ostiū, quid ouile, quid ostiarius: quid fur, & latro, quis pastor

Cyri. lib. 7. in Ioan. c. 1. initio tom. 1.

Bona vita quem vnum & solum valeat.

Ioan. 14.

3 Quid nos doceat Dominus in hac parabola.

4 Cortex eius qui nam sit.

Furis, & pastoris discrimen quod.

Cur Dauid de post fecerantes acceptus dicitur pascere Iacob seruū suum. 1. Reg. 16. Psal. 77.

Pastorū Syriæ consuetudo.

Ouile hoc loco quid significet.

Quid per ostium intelligendū sit.

Duo tantum Dei domicilia.

Cur se ostiū bis Christus nominauerit. Gen. 6.

Arca Noë, quid præfigurauerit.

Ioan. 13.

Apo. 1.

Alter Iesus. Chryso. hom. 58. in Ioan. tom. 3.

Theophylactus. Euthymius cap. 10. in Ioan.

Luc. 24.

Ioan. 5.

Ibidem.

Bernardus in epistol. ad Fratres de Monte Dei ante med.

Quis spiritu scripturę legi desideret & intelligi, teste Bernardo.

Actor. 16.

& quæ conditiones boni pastoris. Ex pediam primū. Duo exstruxit Deus domicilia, vnum in labore, alterū in requie, siue, vnum in via, alterum in patria, nempe alterum Ecclesiæ militantis, alterum iam regnantis, & triumphantis Ecclesiæ. Et his duobus domicilijs vnum duntaxat ostium constituit, nempe Christum Dei Filium: vt neq; in Ecclesiam nisi per eum possit esse ingressus, neque ad supernam patriam aliunde alicui pateat accessus, quàm per Christum: quia nemo Christianus nisi per Christum, nemo saluus, nisi per Iesum: idē bis se hoc loco vocat ostium. De quo ostio per figuram dicitur in arca construenda: Ostium arce ponet ex latere. Arca si quidem illa, per omnia Ecclesiam figurabat: in cuius latere deorsū ostiū positum est: quia nemo in Ecclesia Christo humilior, nemo se magis deiecit, vt non tantum Apostolorū pedes prostratus aqua laueret, sed etiam vniuersorum hominū fetentes peccatorum sordes sanguine suo ablueret: Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Chrysofomus autem, cum Theophylacto & Euthymio, per ostium intelligit sacram Scripturam, cuius testimonijs Christus intrauit in ouile. Per Scripturas namq; dicitur Dominus ingressus, quia impleuit omnia quæ prædicta in Lege, Psalmis, & Prophetis de se ipso erant: Scrutamini, inquit, Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illa sunt, quæ testimonium perhibent de me: & si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Et hoc ostium Spiritus sanctus tanquā ostiarius illi aperuit: quia, teste Bernardo, quo Spiritu Scripturæ factæ sunt, eo Spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendę sunt. Ostendit namq; Spiritus sanctus, omnia Prophetarū oracula vni Iesu, vt vero Messie, & Pastori quadrare, non alteri: & quia aperit corda auditorum (sicut aperuit cor Lydæ Purpurarię, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo) quo crederent, & obediunt, & quæ sibi prædicantur, opere cōplere valerent. Hinc

Apostolus ad Corinthios: Ostium mihi apertum est magnum, & euidentis: id est, vt glossa explicat, corda parata. Et ad Colossenses orat, vt Deus aperiat ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: quia eiusdem Spiritus sancti munus est os Apostoli ad rectē prædicandum, & interioris hominis aures ad fructuose percipiendum Dei verbum aperire. Pulchra fanē intelligentia: sed prior magis ardet, quia Christus interpretans parabolā, dixit: Ego sum ostium: per me si quis intrauerit, saluabitur, &c. Quanquam Christus, qui verbum Dei est, & Scriptura, quæ verbum Dei continet, & de Christo loquitur, & ad Christum ducit, ostium commodē dicit possit: quia illa nobis cognitionem Dei & Christi aperit: ipsa nos oues facit, ipsa custodit, nec Lupos irrupere permittit. Tollitur etiam incōueniēs sic exponēdo, ne Christus, qui bonus est pastor, dicatur intrare per ostiū, hoc est, per semetipsum: vt enim in cortice parabolæ ostium à pastore distinguitur, ita etiam in applicatione. Et quia superius in verbis illis: Qui nō intrat per ostium, sed ascendit aliunde, videtur loqui de ostio quo ingrediuntur quidam ad regendas oues tanquā pastores; ita inferius dicēdo: Ego sum ostiū ouium, apertē de ostio, per quod quis ingreditur, vt ouis a Domino curanda, est sermo. Et ita non incōmoda est Chrysofomi interpretatio, vel aliorum, qui per ostium accipiunt, vel sacram Scripturam, vel Dei legem, quæ præscribit qua via sit legitimus ingressus ad oues regendas, nimirum vt quis non nisi a Deo vocatus ex obedientia, & recta mente seruiendi ouibus propter Deum regimen suscipiat animarum. Ouile autem ouium, Ecclesia militans est, quod nocti huius mūdi tantum deseruit, & in quo, quasi intra caulas & septa munita oues tutæ manent, & secure à Lupis, & alijs bestijs. In qua Ecclesia pastores vigilare constituit, & canibus ad custodiam deputatis, qui sūt Doctores, latrare præcepit. Et ipsæ oues mutua societate, & charitate quasi calore se fouent, vt à frigoris iniuria, & tepore

1. Cor. 16. Quod nam illud sit ostium magnū quod sibi apertum asserit Paulus. Coloss. 4.

Ecclesia nō bis quid cōferat.

Qua via sit legitimus ingressus ad oues Christi regēdas.

In ouile ouium quid intret.

Canes Ecclesię qui.

Isa. 56. spiritus se defendat. Quod si interdū custodiæ gregis deputati dormiant, aut canes sint muti nō valentes latrare; *Non tamen dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel.* Ostiarius autē ille, qui ad domini voluntatem claudit, aut aperit, Christum, vt ait Augustinus, vel Spiritū sanctū, teste Theophylacto, significat, qui peruigil domum custodit, latē excipit ingredientes, nec facile sinit exire sine facultate obtenta, vt in reformatis Religionibus fieri solet. Ita ostiarius ostium aperiens, Spiritus sanctus est, reuelās Christum, & omnem veritatem salutis necessariam: ad nutum Dei Patris, & sapientiæ Filij, & bonitatis suæ. **Aperit ostium** quibus vult, dando illis legitimam potestatem in oues cum scientia gubernandi, & charitate ad tantos labores perferendos necessaria, quo commissam sibi Ecclesiā pascat, & custodiat. Hic pulsandus est, & inuocandus à nobis, vt nobis aperiat, & cum Ecclesia dicendum: *Veni creator Spiritus, mentes tuorum visita*; & quæ reliqua sunt. Alij verò per ostiariū intelligūt Moysen, quia illi primò creditæ sunt diuinæ Scripturæ leges, & hic de Christo scripsit, vt audirent eunt. Verūm præstantior est prior intellectus.

Qui ergo Non intrat per ostium in ouile ouium, id est, per Christum, vel per eius verbum, legitimam viam, & rationem ingrediendi præscribens in Ecclesiam, nempe qui non vocatus facit seipsum pastorem, sed ascendit aliunde, propria scilicet authoritate vsurpans sibi gradus supremos Ecclesiæ, & primum conuiuij locum; vel qui per Christum aliter intellectum hæreticas doctrinas disseminat: quia hoc est ascendere, & aliunde, quā per ostium, id est, Christū notum, & probatum in Ecclesia, in ouile intrare. Tales enim sunt pseudoprophete, & Doctores, siue capita sectarum: qui dicuntur fures, & latrones, quia primum occulte sub specie veritatis, vt fures, deinde verò etiam violentè, vt latrones ad falsam sectam, & corruptam doctrinam pertrahunt. Tales enim erant Pharisei, & sacerdotes, qui

volebant ingredi ad populum secluso Iesu. Excommunicarunt enim Iesum, & qui eum faterentur esse Christum, vt cecum natum: nec per eum ipsi intrabant, nec alios intrare permittebant. Deinde neque Scripturā rectè docebant: nam legem, quæ tantum peccatum ostendebat, corā Deo iustificare contendebant: imò legi Dei proprias traditiones præferebāt, vt Matthæus affirmat. Præterea nec legitime ad sacerdotium peruenerāt, non enim vocati erant à Deo tanquā Aaron, sed contendendo irruentes alter super alterum, venale sacerdotiū in partes annuas sciderant. Meritò igitur probat Dominus eos esse fures, & latrones, eo quòd dolis, & fraudibus, & cum ambitione, & violentia ingrediebantur, & gregi dominabatur; non ouium salutem & incolumitatē, sed proprium tantum commodū spectantes, & Ecclesiastica bona veris pastoribus debita ad se rapiebant. Horum itaq; alius Ecclesiasticam dignitatem emit, sicut Simon Magus, & Iason, de quo liber Machabeorum meminit; alius vendit, sicut Giezus seruus Helisei; alius violentè inuadit, sicut Dathan, & Abiron, & Core; alius rapit, sicut Alchimus, de quo in libro Machabeorum fit mentio; alius vsurpat, vt Rex Ozias: sed omnes isti fures fuerunt, & latrones. Furantur autem, tum Dei gloriam, tum pacem, & tranquillitatem Ecclesiæ; tum animas, quæ ad eos non pertinent; tum sensum Scripturarum verum; quem suis detortis & deprauatis expositionibus corrumpere nituntur.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Hic pastor Christus est, qui per ostium sanguinis sui *Introuit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta*; non autem Moyses, vt putabant Iudæi. Loquitur enim de pastore, de quo apud Ezechielem, id est, de Messia, & membris eius: hic enim cum vult ingredi, non quærit aliunde, quā per ostium intrare, scit enim se dominum esse domus, & agnosci ab ostiario, si domi sit suus ostiarius: si autem prædo intus sit, oportet, vt fortior superueniens armatum, custo-

Scribæ ac Pharisei fures, atque latrones à Christo qua re vocentur. Ioan. 9. Ibidem. Rom. 7.

Matth. 15.

Heb. 5. Nume. 17. & seq.

Qui cū Scribis & Phariseis sint etiā fures, & latrones.

Actor. 8. 2. Mach. 4. 4. Reg. 5. Num. 16. 1. Mach. 7.

2. Paralip. 26. Quid furentur, & latrocinentur illi infelices.

Intrans per ostium, quis pastor, & quomodo.

Heb. 9.

Ezech. 34. Falsus Iudæorum pastor.

Luc. 11. Farris proprium.

Christus vti intravit per ostium, nec ascendit aliunde. Psalm. 2. Heb. 5. Ioan. 5.

Et ostiarius ostium quare aperuerit. Actor. 10. Matth. 3. Infrā. 17. 2. Petr. 1.

8 Vocem eius oues quā audiunt. Rom. 10.

Oues quæ nam audiunt vocem Christi pastoris.

Luc. 15.

Proprias oues cur vocat nominatim pastor Christus.

dientem atrium alliget, & eijciat. Fur autem, qui videt se ostium non vincere posse, quærit aliunde ascendere. *Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.* Intravit autem Christus per ostiū, quia vocat, & missus est à Patre, Ego, inquit, constitutus sum Rex ab eo super Sion montē sanctum eius: & Apostolus: *Sic & Christus nō se metipsū clarificauit, vt Potifex fieret.* Intravit per ostiū, quia vera, & certa docuit, qui dixit: *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitā aeternā habere: & ille sunt quæ testimonium perhibent de me: & tum signis, tum scripturis, quasi inuictis testimonijs se ipsum esse Messiam à Prophetis prædictū, & à Deo promissum constanter ostendit.* Atq; huic ostiarius aperuit: quia non tantū, Moyses, omnesq; leges, & Prophetæ, atq; Sibyllæ de ipso testimoniū perhibuerūt, sed etiā Pater in voce, & Spiritus sanctus in specie colūbæ de eo testati sunt: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

¶ Et vocem eius audiunt. Non est sermo de auribus externis, quibus & alienos audire potuerunt oues, sed de internis, quibus Fidē dictis accōmodant: nā Fides ex auditu est, vt docet Apostolus. Quoniā verò interdū electi multo tempore veritatem non valuerūt agnoscere, sed errores cōfectabantur, vt Paulus, & Augustinus: & contra qui nō sunt electi, ad tēpus veritatem recipiebant, & verum pastore sequebantur, vt Iudas, & Nicolaus Antiochenus, & post acceptā veritatem in errores prolabebantur: propterea oues hoc loco non sunt proprii prædestinati, siue electi, sed qui Dei gratiam induti, ouinā habent Fidei simplicitatē, & gregalis charitatis societatem, & bonorum operum fecunditatem. Qui verò tales nō erant, poterāt Deo vocate, & corda eorū illustrate tales euadere: vnde publicani & peccatores ad eum accurrerunt, vt audirent eum. **¶ Et proprias oues vocat nominatim:** quia nouit nomina prædestinatorum ad vitam, oues certè prædilectas, & electas, quarum numerus, & secundum formam, & secundum materiam notus est Christi.

sto, quid dixit, *Ego scio quos elegerim: & Paulus, Cognouit Dominus qui sunt eius, & Moyse dixit Deus: Noui te ex nomine, & iterum Dominus, Gaudete, quia nomina vestra scripta sūt in cælis.* Apollolos ad se proprijs nominibus vocauit, & nomina noua quibusdā eorū imposuit. Præterea pastor educit oues, nepe ex stabulo ad pascua, id est ad participandum refectiōne, quæ per verbū, & Sacramentū administratur. Vel educit è cāpisnoxijs, siue pascuis perniciosis ad ouile Ecclesiæ. Adhuc, cū proprias oues emiserit, ante eas vadit, quia recta viuēdi exēpla quasi vestigia pedū oculis eorū obijciēs, quid faciendum, & quid fugiendum, docet. **¶ Et oues illum sequuntur,** Fide, & operibus eius vestigia sectantes. Et hoc, quia sciunt vocem eius, id est, scientiā Fidei habent, per quam & pastorem agnoscunt, & quid sit Fide credendū, & quid sperandum, quid itē agendū, & quid declinandum nouerunt. Et propterea *Alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo; quia non nouerunt vocem alienorum.* Alienum vocat, quos prius dixerat fures, & latrones, quorum est aliunde ascendere, quā per ostium, & quæ sua non sunt, nec ad eorum ius pertinent, rapere. Vnde alieni ab effectu dicuntur: quoniā abalienant quæ sui iuris non sunt: & quoniam tales, vt alieni habendi sunt ab omnibus. Qua ratione dæmones dicuntur dij alieni in primo præcepto; *Non habebis, inquit, deos alienos coram me:* nam dæmones diuinitatem naturalem, & diuinos honores sibi vsurpare tentarunt. Vocem ergo alienorum, qui errores, aut mundana, & vana docent, non agnoscunt nec probant, sed abhorrentes fugiunt ab eis, veluti sibi male à talibus metuentes. Et licet habeant suos sectatores, non tamen oues Dei, sed hircos, & fues. Sic ergo discrimen inter furem & pastorem ostēdit: indicauit officia veri pastoris: taxauit Phariseos, & Scribas, tanquam non ingressos per ostium, & eos qui se pro magnis populo Deo obruserant, vt Iudas Galileus, & Theodas; se verò optimū pastorem, & per ostium ingressum detē-

Ioan. 13. 2. Tim. 2. Exo. 33. Luc. 10. Mar. 3.

Educat oues pastor vnde. 2. Cor. 5.

Idem cū proprias oues emiserit, vti ante eas vadat.

Quam admodum oues illum sequuntur: eadē & sciant vocē pastoris.

Quem alienum non sequatur oues, & quare.

Exo. 20. Dæmones dij alieni cur dicantur.

Vocem alienorum qui nō nouerunt.

Qui meritò dicantur nō ingressi per ouile ouium, apud Iudæos olim.

Actor. 5.

xit: deniq; cæcum natum tanquã ouiculam, alienos, id est, Scribas, & Phariseos non audientem etiã eum de Synagoga eiecissent, sui verò pastoris vocem audientem, & vestigia eius cõsectantem defendit.

Et si verò prædicta parabola à Domino potissimum sit dicta in eos, qui se populi Doctores, & pastores profitentes, aliena tamen à Diuina tradunt doctrina, quales sunt omnes Hæretici hodie, qui ostium non intrant, sed fures sunt, & latrones: tamen per accommodationem quandã hæc parabola à plerisq; intelligitur dicta ad notandum eos, qui administratione dominici gregis per aliquam dignitatem Ecclesiasticã nõ legitima via, sed detorta suscipiunt, etiam si postea in illa obtentã existens prædicando non male doceat, sed honoris humani, aut pecuniæ cupidus aspirat ad dominici gregis præfecturam aut vi, & armis aut simonia calabe, aut alia quacunque ratione illicita. Nam talis fur est, & latro, propriũ tantũ comodũ, non Christi gloriam, aut ouium salutẽ quærens. Nec est alia inter hos differẽtia, nisi quod hij eũ malis artib; ad pastoralẽ curã ascenderunt. A veris tamen Christi ouib; audire possunt, & debet, quia nõ nisi illa quæ Christi sũt docet illi, verò quomodo quq; sint ingressi, hoc est, siue bonis, siue malis artibus, eo quod sua tantum docent, nõ sunt audiendi ab ouibus.

Et quanquam ad litteram prædicta verba de Christo verò pastore intelligantur, possunt tamen etiam de alijs bonis pastoribus intelligi. Quibus sicut communicauit nomen lucis, ita etiam & pastorũ, cũ ipse sit vera lux, & summus pastor, imò Princeps pastorũ, vt ait Petrus. Describit autẽ verũ pastorem in prædictis verbis, ex tribus, nempe ex ingressu, ex officio, & ab exemplo. Nam primo verus pastor legitime per ostium ingreditur, quia vocari se intelligit ad illud munus, & Christum in ingressu imitatur quia non nisi legitime vocatus, & ex obedientia onis pastoris acceptat, & in illo acceptando, non propria commoda, & sumpendia quærit, sed Christi

gloriam in primis, & salutem ouium querit; Et quia vera, & solida ex scripturis per traditionem Ecclesie intellectis docet. Atq; huic aperit ostiarius Spiritus sanctus: dum legitime intranti, & industriam suam adhibenti diuinam veritatem reuelat, modumq; regiminis tradit, & de omnibus necessarijs instruit. Sic enim Dominus promiserat: Cũ venit, inquit Ille, Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Deinde hic ostiarius aperit auditorũ corda, per suam gratiam præueniendo, vt pastorem suum agnoscat, & vocem eius per obedientiam audiãt. Et propterea subdit: Et oues vocem eius audiunt. Deinde describit pastorem ab officio suo, quia proprias oues vocat nominatim. Oues enim propriæ Christi sunt, qui eas creauit, & sanguine suo proprio redemit. Tamen fidelis pastor etiam, vt suas agnoscit, vel quia sibi pastori peculiariter sunt assignate, vel eius vicario, vt eas pascat, vel quia suas facit dilectionis affectu, vel quia pastorum principi proprio labore illas quæ non erãt, acquisiuit. Vocat autẽ eas nominatim: quia singulos subditos determinate cognoscit iuxta illud Salomonis: Diligenter agnosce vultu pecoris tui, tuosq; greges considera. Vt enim medicus corporũ dispositiones, ac temperaturas, morborũ ite varietates, quo cõgrua medicamentã apponere possit, pensat: ita pastor spiritalis singulis regulas præscribit ad salutem necessãrias, & alia præcepta dat sacerdotibus, curã animarum sub se habentibus, alia Canonicis, & clericis, vt ad diuina officia reuerenter celebranda conueniant, alia coniugatis, ne matrimonij sanctitate abutantur, alia mercatoribus, & mensarijs, ne lucri cupiditate per uisuras à Regno cœlorum arceantur, alia deniq; medicis, alia iudicibus, alia aduocatis, & alijs alijs hominũ statibus, vt à salutis eterne possessione non impediãtur. Ad hæc educit eas ad pastorem prædicationis, & Sacramentorum, vt pascantur, & sanguentur. Deinde eũ proprias oues emisit, ante eas vadit, vbi describit pastore ab exemplo: nõ expedit ei, vt remissis oues per verbũ exhor-

Boni pastoris ostiũ quo modo Spiritus sanctus aperiat. Ioan. 16.

Qua ratione sint oues Christi proprie. Fidelis cuiusq; pastoris oues etiã proprie cur sunt.

Bonus pastor vt vocet oues Christi nominatim. Prou. 27.

Pastor qualis medicus.

Pastor vt antes oues vadat.

Ioan. 9.

9

Hæc parabola pastoris quibus apte valeat accommodari.

omnis pastoris apte valeat accommodari.

In quo tantum differat à prioribus.

IO

Boni etiã pastoris nomine qui veniant hoc loco.

Matth. 5.

Ioan. 9.

I. Petr. 5.

Bonis pastoris officium describitur.

Apoc. 17.

Que tantum docent, & nõ faciunt, quibus similes sint.

I. Cor. 13. Gen. 6. Infra. 2. Psal. 49.

Factis quãdã prædicandum.

I. Cor. 9.

Quã bonus prædicator Paulus.

I. Tim. 4.

Tit. 2.

Oues pastorem suũ cur sequantur. Matth. 23.

Quam sciãt vocem pastoris.

Quo modo alienum non sequantur.

II

Cur Dominus obfure locutus sit hic cũ Scribis & Phariseis.

Ioan. 9.

tationis, vadat ante illas per exemplum boni operis (cogit enim maiorũ exemplã inferiores) ne sit velut æsonas, aut cymbalũ tinnies, aut velut cõstructor arcæ Noë, qui in eã fabricatã minime est ingressus, sed diluuiõ perijt, & ne illi dicatur à Domino: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtũ meũ per os tuũ? Tũ verò odisti disciplinã, & pieciste sermones meos retrorsũ? Vocẽ enim, vna aut altera tantũ prædicatur, factis verò, & bonæ vitæ exemplo sepe est prædicandum. Apostolus verò, sibi, & discipulis suis recte cõsulens, dicebat: Ego igitur sic curro, nõ quasi in incertũ, sic pugno, nõ quasi ærẽ verberas: Sed castigo corpus meũ, & in seruitutẽ redigo, ne forte cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et Timotheo scribit: Nemo adulescentiã tuã cõternat, sed exẽplũ esto fidelium in verbo, in cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Et ad Titũ: In omnibus te ipsum præbe exẽplũ bonorũ operũ: in doctrina, in integritate, in grauitate. Et oues illum sequuntur. Si enim de simularis pastoribus dicitur: Omnia quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite, quãto magis sequi oportet eos, qui dicunt, & faciunt? Sequuntur autem illum, quia sciunt vocem eius, hoc est, verã, & sanã esse doctrinã, iustã, & sanctã præcepta quæ tradit. Alienum autem nõ sequuntur. Quia hæreticum malẽ docentem non audiunt Catholicum autem malis artibus, & pecuniarum largitione pastoris dignitatẽ adeptum, & propterea malẽ viuẽtem, & idcirco alienum à Deo non audiunt, quia vitam, & mores eius non imitantur, & vera salutis monitã atque præcepta, quæ ipsi primi transgrediuntur, non tam libenter recipiunt.

Hoc prouerbiũ dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Obscurẽ loquutus est, & per parabolam Dominus, quia se cunctis Prophetis præfererat, & solus Dominus est ouium, ne facillẽ intellectã uilescerent: & vt conuinceret Iudæorum superbiam (quos recte ac latenter fures, & latrones vocat.) Nam dixerant: Numquid, & nos cæci sumus?

Atque vel ex hoc solo se ipsos prouident, cordisq; ipsorum cæcitatem alioquin ex Ezechiele, vbi promittit Deus pastorem qui uisitet gregem suum, intelligere poterant. Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen, amẽ dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Explicat Dominus prouerbiũ propositum, sed ita recte, vt & Apostolis, & alijs ouibus quæ aderant, aliquam præsterit intelligentiam, Scribis verò, & Phariseis adhuc ex parte clarũ reliquerit. Primò igitur loco se vocat ostium ouium: nam etsi superius per ostium sacram Scripturã, vel legẽ Dei legitimũ ingrediendi modũ per scribentem explicauerimus, ipse tamẽ Christus potest dici sacra Scriptura, & Dei Verbum, vt ipse in quartũ hominẽ & pastor non ineptẽ dicatur introisse in ouile ouium: per se ipsum quatenus Deus est. Deinde vocans se ostium, hoc sibi tribuit tantum respectu aliorũ pastorum, & ouium, non autẽ quatenus ipse se postea dicit pastore, ne videatur per se ipsum ingressus nisi modò dicto, nempe Christus homo ingressus est per Deũ Patrẽ, siue per se illũ vnũ, & eundẽ Deũ. Ad hæc nõ videtur, Dominũ per hæc vel le explicare se esse illud ostium, per quod dixit in parabola, non intrare fures, & latrones, intrare verò pastores ouium, sed se iam nouã parabolã, faciente tamen ex parte ad prioris explicationẽ, vocare ostiũ ad distinctionẽ furum, & latronũ, ad quorũ etiam differẽtiã se postea appellat bonũ pastore. Nã cũ peruersi Doctores, & populi duces etiam se exhiberẽt veluti ostia ouium, promittentes illis per se aditum ad felicitatem, & salutem, occurrit dicens: Ego, non illi qui ante me uenerunt, sum ostium: Quod potius dixit propter oues, quã propter pastores, quia subdit: Per me siquis introierit, saluabitur: Saluari autẽ, ouium est, non pastorum, quorum quatenus tales sunt, munus est saluare. Ex quò etiam consequitur, Dominũ etiam esse ostiũ omnium, post se pastorum, cum omnes tales respectu Christi debeant etiam esse oues: Dominus igit-

Iudæorũ cæcitas Ezech. 34.

Christi sapientia.

Cur ostium ouium Christus sit, & quomodò.

Improprius sensus reijciuntur eorũ verborum. Christus: ego sum ostium.

Pastorũ proprium quid sit.

12 Si ostium enim Christus est, quare ostium esse possit?

Christi officia. Apocal. 3.

1. Cor. 15.

13

Christus ite quare sit ostium ouium.

Ephes. 2. Ioan. 14.

Hebr. 10.

Vt quis intraret in Ecclesiam, quid prestare deberet.

tur ex præteritis dictis occasionem sumens separandi se ab alijs, primum ostendit se ostium esse, non illos, & deinde pastorem bonum, non illos.

Possit autem & alia ratione commode adimi ille scrupulus, siue absurdum propositum, quod si Christus esset ostium & pastor, Dominus Iesus esset per se ipsum ingressus. Tolleret verò hoc inconueniens, dicendo quod Dominus Iesus in priori parte parabole antequam inciperet prouerbum explicare, de se in illis verbis: *Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium*, non esse locutus, sed in communi, & in genere de omni bono pastore legitima via, id est, per Christum ipsum intrantes, in posteriori verò similitudinis parte, quando vocat se pastorem bonum, nihil de ostio amplius loquitur. In priori ergo parte, tantum de se ostio, in posteriori verò, tantum de se bono pastore verba facit. Et ita scrupulus ille, qui angustias exhibet interpretibus, eripitur: etsi reuera Christus quantum ad spiritum attinet, & ostium, & pastor, & pascua, & ostiarius sit ille decatus à dilecto. *Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* Ipse denique, *est omnia in omnibus.*

Sed illud tantum diligenter est inspicendum, quæ nam ex illis quibusdà locis scripturæ conueniant, & que non illis consonant. Ait ergo Dominus. *Ego sum ostium ouium*: quia per eius Fidem est aditus ad Ecclesiam, id est, consortium populi Dei, & accessus ad Patrem, siue ad salutem veram, siue, quis intret in eam ut ouis, siue ut pastor, ut per eius gratiam perueniat ad gloriam: quia non nisi per eum, *accessum habemus in vno spiritu, ad Patrem*, rursus: *Nemo venit ad Patrem nisi per me*, & iterum Paulus. *Habentes fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi*, Et hoc, ut Patri reconciliemur, & reconciliati seruemur, & inuocantes tanquam charissimi filij parentem, exaudiamur. Est autem Christus ostium, vtriusque Ecclesie, per quod intrans illi configurari debet, ne alioqui creta, ceruice volens intrare per paruum, & hu-

mile ostium, caput sibi comminuat. Ita intrans in Ecclesiam Christo se debet conformare. Et ut Christus vsque ad baptismum ouis fuit, & pro oue se gessit, à baptismo autem pastorem age- re cœpit. Ita, ut quis rectè intret per hoc ostium, siue ut ouis, siue ut pastor, illi est configurandus.

Dicamus primum de eo, qui ingreditur, ut pastor, quia hic Christum imitari debet in potestate: nam ut illa Christus à nullo usurpauit, sed à Patre accepit, ac ob id publicè mitti voluit voce de Cælo demissa in Baptismo: Ita qui vis pastor potestatis, & iurisdictionem omnem accipere debet à Christo per ministros suos, ut ita quæ ligat, vel soluit in terra, sint soluta, & ligata in cælo. Debet deinde in sciencia Christo conformari, ut cognoscat oues cuius sint, & cuius pretio redemptæ, & sciat eas nominatim, & cognoscat vultum pecoris sui: ut sciat distinguere inter lepram, & lepram, & nouerit artem illas gubernandi. Tertio, in amore sectari debet bonum pastorem, qui posuit animam suam pro ouibus suis. Vnde dixit: *Simon Ioannis, diligit me. Pasce oues meas.* Et hæc duo postrema ad bonum pastorem spectant, cum tamen clavis potestatis, & sciencie satis sit ad pastorem, licet absit amor, & sciencia.

Vnde subdit: *Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones.* Quia dixit cum coniunctione, *Quia ego sum ostium ouium*, & subdit: *Quotquot venerunt, sub audiendum est, ideo, vel propterea, vel quid simile, ut sit, scilicet: Quia ego sum ostium ouium, ideo, omnes quotquot venerunt: dicentes se esse ostium, de quo erat sermo, quod nullus Prophetarum dixit, Fures fuerunt, & latrones.* Et ante verbum venerunt, Græcis in codicibus addita sunt duo verba, *πρὸ ἐμῆ*, id est, *ante me.* Quod videtur ad complendam sententiam adiectum, quia Græci interpretes nihil super illud meditati sūt, nec Euangelium Syriacum illa verba habet: sed faciunt illi vim in verbo venerunt, videlicet à se ipsis: & nō missi. Atque ita hoc verbum contendunt nō esse dictum iniuriam Prophetarum.

Quomodo Christus sit ostium pastorum.

14 Pastor inquit bus se Christo, pastori suo conformabit.

Matth. 3. Matth. 16. Infra. 18. Secunda cōditio.

Prono. 27. Deut. 17. Tertia cōditio.

Ioan. 10. Infra. 21.

15 Illud: Quotquot venerunt, fures sunt & latrones, quæ sensum habeat.

Iis verbis: Quotquot venerunt, que additum à qui huiusmodi: ante me, fures, &c.

Hier. 23. Infra. 27. Infra. 29. Suprà. 14. Illud addicamentum, quæ sensum faciat.

Clemen. Alexan. libr. Stromat. i. paullo ante medium. August. tractat. 45. in Ioan. tom. 9.

Act. 5. Manichæi de anterioribus Prophetis blasphemiam.

August. libr. 16. contra Faustum. c. 12. tom. 6. Ante Christum venire, quid sit.

Gen. 3.

16 Pharisei cur fures, & latrones.

Prophetæ uti venerunt.

Ioan. 9.

quasi & ipsi fures fuerint, & latrones: Prophetæ enim verè missi sūt à Deo, pseudoprophetæ verò à nullo missi sunt, sed à seipsis venerunt, de quibus Hieremias sæpè ait: *Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Si verò legamus verbum, *Ante me*, que madmodum Clemens Alexandrinus libro Stromatum legit: *Omnes qui fuerunt ante aduentum Domini, sunt fures, & latrones*, & Augustinus in expositione huius loci legit: *Omnes quotquot præter me venerunt: rectum sensum habere potest: significat enim: Quotquot ante me venerunt dicentes se esse Messiam, ut Iudas Galilæus, & Theodas, & Herodes, quæ quidam pro Messia habebant. Vel, quotquot ante me venerunt: id est meam vocationem, & missionem præuenerunt, & nō missi fuerunt: ut exponit Clemens. Sicque ante Christum venire, haud est tempore Christum præcedere, quia sic Moyses, & ceteri Prophetæ fures fuissent, & latrones, ut Manichæus, teste Augustino, ex his Domini verbis probabat, sed ante Christum venire, est aliã quã Christi doctrinam tradere: nam Prophetæ veteres eundem Christum, atque eandem doctrinam, & agnouerunt, & (quanquã tectis verbis) annuntiarunt. Omnes præterea quotquot ante me venerunt, ex se, & natura sua fuerunt fures, & participes furri diuinitatis ab Adâ facti: ideo Christus non fuerunt, nec boni ut Christum eos audire, sed Messiam expectarunt, etiam dum Dominus loqueretur ad eos, dū legē ferret. Verum hic sensus, etsi verus sit, nō tamè videtur scopo Christi deferuere, ut prior.*

Pharisei verò, & Scribæ, & sacerdotes, qui legitimè non intrauerant, & à Christo populum abalienabant, fures erant, & latrones: propterea rectè dixit de presenti, fures sunt, & latrones, ut eos comprehenderet: ob id simpliciter, venerunt, inquit: cum de Prophetis dicat Scriptura, quod non simpliciter venerint, sed in nomine Domini. Et rectè vocat eos fures, quia quæstus erant audiendi, & latrones, quia tyrannide & violètia agebat: nã excōmu-

nicauerat omnes, quotquot profitebantur Iesum esse Christum.

Ac subdit: *Sed non audierunt eos oues.* Quo verbo declarat quod in parabola dicitur: *Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.* Et peculiari quadam prouidentia Deus pios, & iustos, ne hæresim aut falsam doctrinam amplectantur, custodit: nam perdita vita, & corrupti, ac deprauati mores nostri, ad hæresim gradum faciunt. Quod Apostolus est testatus, cū inquit ad Thessalonicenses, illis qui charitatis veritatē nō receperunt, ut salui fierent, Deum missurum operatione erroris, ut credat mendacio. Et ad Thimoteum, Fidē, & bonā conscientiam repellentes, asserit circa Fidē naufragare. Oues ergo illos nō audiunt, sed fœtidi hirci. Et si aliqua ouicula decepta est ad tēpus, deprehensa eorū nequitia, eos deseruit, ut Paulus, & Augustinus. Cæcus ergo ille à natiuitate, de quo suprà dictum est, fures illos blasphemiam in Christum suadentes audire noluit, & potius elegit ab eis eijci, quàm illis consentire. Est ergo vnicum Ecclesie Catholice ostium, quo solo patet aditus non solum ouibus ad salutem, & vitam, sed etiam ipsis pastoribus. Qui autem doctrina Christi, & vite sanctitate conspicuus est, certè ad ministeria Ecclesie stica, non propter se, sed propter Christum, nec per se, sed per Christum ingreditur, cum tamen malitia nostra tot alia ostia ad conscendenda maiora subsellia, & pinguiora Ecclesiarum sacerdotia excogitauerit. Est namque porta Regia, siue Cæsarea, per quam permulti aulicæ vitæ professores ingrediuntur. Deinde est porta Aurea, per quam Simonis Magi imitatores Ecclesiastica ministeria ære redimunt, quemadmodum apud Iudæos Caiphas. Tertia est porta sanguinea, qua multi nullis alijs meritis fulti, sed tantum coniunctione sanguinis, supremos Ecclesie gradus conscendunt. Quarta est porta muneraria, qua muneribus & largitionibus homines sine literis, & omni virtute destituti magnos viros expugnat, atque dig-

17 Eos fures, & latrones, Christi oues quare nō audiverunt.

Ad hæresim quæ disponant, ac veluti gradū faciunt. 2. Thess. 2. 1. Tim. 1.

Hæretici quales sint.

Ioan. 9.

Portæ quinque, quas nō Christus ad salutem, sed ad sui perditionem humana excogitavit nequitia.

nitates magnas piscantur. Quinta, est porta feruorū, & eorū, qui vel longiori seruitute impēsa, aut qui scēdā, & ob scenam in prostituēda sorore, aut af fini, aut consanguinea, aut aliā quācū que seruitutē seruiūt, aditū sibi ad Ec clesias obtinendas faciunt, magnaq; sibi merita ad illas assequendas com parant. Verū in his quinq; ostijs, por tis ve, tanquā in quinq; porticibus, ia cere solet multitudo magna lāguētū, cecorum, claudorū, & aridorū expe ctantiū sedis vacātis, quasi aque, mo tū: quia qui plus gratiæ, & fauoris ha bet, prior ingreditur in Piscinam: in qua non sanus, sed infirmus, quocūq; genere morbi efficitur. Isti scilicet sunt violenti, qui regnū cœlorū (be neficia & præfecturas Ecclesiasticas) quod vim patitur, & expugnationi est expositū, verē rapiūt vt latrones. Istē quinq; portæ designatē possūt intelli gi in illis, de quibus Dominus: *Et por tæ inferi nō præualebunt aduersus eā.* Quod si in Ecclesiā interdum Dei o pera iniqui ministri nō præualeant; id Dei beneficium est, qui Ecclesiā ser uat. Nam quod attinet ad eorum stu dium & conatum, omnes expugna rēt, à Satana prius ipsi expugnati. Pos sunt tamen qui portæ inferi sunt, gra tia Dei in alios viros cōmutari, quē ad modum nonnullis contigisse certum est. Quanquam procliuus sit plures à sãcto vitæ instituto excidere, & in pe stiferos, & perniciosos pastores dege nerare: quemadmodum de Saule, & Iuda legimus.

Ego sum ostiū. Per me si quis introie rit, saluabitur, & ingredietur, & egre dietur, & pascua inueniet. Bis dictum est à Domino de introitu per ostiū, & bis ab eo dictū, *Ego sum ostiū*: quod ab Augustino hoc loco obseruatum est, ad significandum, quod non solū per ostiū ingrediuntur pastores, sed etiam oues: vel repetit se esse ostium, vt declarat quorsū se ipsū, & nō alios dixerit ostiū, ex eo videlicet, qd ipse verē exerceat officiū ostij ouilis. Est nāq; ostij ouilis seruare oues in caula conclusas: ab aëris iniuria, ab incurfu noxiarum bestiarum, à latronibus, & abigeis, ac præbere exitum ad pascua

prodeūtib; & introitū à pascuis re uertentibus. Ita sanē Christus omnia hæc beneficia ratione præditis ouib; suis præstat. Deinde ostēdit se vnū eundemq; esse, qui & antiquos pasto res Moyse & Prophetas dedit in cui le Iudæorū: & qui nunc eiectione sua novos emittat Apostolos in ouile Gē tium. Præterea, vt indicet Christū esse ostium, quo solo ad præsentē gratiā, & futuram gloriam peruenitur.

Quomodò autē sit ostiū pastorū, di ctū est: iā quomodò sit ostiū ouiu, di cendū, quanquā omnes respectu Chri sti oues sint. Ait ergo: *Per me si quis in troierit, saluabitur.* Est autē ad Chri stū, qui ostiū est, Fide, & Sacramento intrandū, saltē in voto: sed vtrūq; va riū est. Nā in lege naturæ ostiū intra batur à multis, nō visū, quia Fides im plicita, quę cōtinetur in illis articulis, *Quia est, & inquirētibus se remunera tor sit,* cū esset supernaturalis, & de obiecto supernaturali, satis erat ad in trādū: quanquā nō deessēt colūnæ, & magni viri, qui etiā eo tēpore in Chri stū, tanquā in ostiū apertū, per Fidem explicitā intrarēt. Idē etiā contigit in lege Moyse, sed apertius erat ostiū, & Fides magis perspicua. In Euāgelio ve rō, vbi Christus est exhibitus, & Fides explicatior de illo tradita, in illū cre dere iubemur. Sed quoniā hoc ostiū multis, & elegātibus saxis veritatū est cōstructū, & varijs tēporibus illę veri tates sūt reuelatę, satis est ad salutē id credere, qd illo tēpore credendū esse tradit Ecclesia, iuxta illud Apostoli: *Verūtāmē ad quod peruenimus, vt idē sa piamus, in eadē permaneamus regula.* Nō enim est quis pars prioris Eccle się, nisi per præsentem: neq; præstis quis est pars, nisi quę definita sūt hoc tēpore, credat. Debet autē ouis intra re, cōformādo se Christo mortuo, tū in innocētia à malo, & fuga peccati, fœcūditatēq; operū bonorū. Per me ergo si quis Fide, & Sacramēto intra uerit, saluabitur, id est, salutē cōseque tur, in primis per gratiam, deinde per gloriam, neq; morietur captus in fur to, sicut intrans per murum.

Et ingredietur (inquit) & egredie tur, & pascua inueniet. Fur quandoq;

Psal. 83.

19 Quomodò Christus sit ostium ouiu.

Ad Christū quomodò in trandum sit.

Heb. 11. Fides impli cita quæ fue rit ante Chri stum.

Philip. 3.

Ouis vt in tret per o stium Eccle się.

Duplex sa lus in illam introeūtiū.

20

Ijs in portis veluti por ticibus qui fa ceant. Ioan. 5.

Matth. 11.

Illæ portæ quibus non ab similes vi deantur.

Infra. 16.

Dei erga Ec clesiam pro uidentia.

1. Reg. 13. & infra. Ioann. 12. & 13. & seq.

18

August. tra ctat. 45. in Ioan.

Quare Chri stus bis se ostium ap pellauerit.

Per ingres sum, & egres sū quid Do minus signi ficet.

Psal. 120.

Quid illud Prøphetæ: Dominus cu stodiāt in troitum tuū, & exitū tuū.

1. Reg. 18. Chryso. ho mil. 58. in Ioan. tom. 3.

Theophyl. Altera sen tentia.

August. tra ctat. 45. in Ioan. tom. 9.

Altera eius dem inter pretatio.

Pascua qua nam sint in gredientis per Christū. Ezech. 34.

Isa. 64. 1. Cor. 2.

Christū nō esse furē, sed pastorem.

non valet ingredi, quandoque etiam non potest egredi; ac proinde ad hoc alludens ait, *Et ingredietur, & egredietur*, siue pastor, siue ouis. Per ingres sum, & egressum significatur, tropo Hebræo; magna securitas, libertas, & fiducia eorum, qui in Christum fide liter credunt: Vnde illud: *Dominus cu stodiāt introitum tuum, & exitum tuū*; id est; Dominus prosperet omnem actionem tuam, siue domi, siue foris. Et David scribitur fuisse ingrediens ante filios Israël, & in omnibus pro sperē gessisse. Atque hic est sensus Chrysofomi, & Theophylacti. Quā quam B. Augustinus ingressum referat ad exercitium hominis interioris; & egressum ad exercitium exterioris: quia credenti in Christum illud expedit, vt per Fidem interioris quæ Dei sunt, cogitet; & per eandem foris etiam in proximi exemplum ope retur salutaria opera. Fit etiā ingres sus in Deitatem, ad eam contemplan dam: & egressus, ad eius humanitatē imitandam: & in vtraq; pascua intel lectualia inuenit. Addit & aliam expo sitionē Augustinus, vt per ingressum intelligamus introitum in Ecclesiam per Fidem Christi; per egressum ve rō, discessionem ex hoc mundo ad Patrem cœlestem. Et vbiq; pascua in ueniet: etsi olim in Lege constituti, morientes, pascua non inuenirent, quia paradus nondum erat resera tus, vt modò est. Porro *Pascua*, ait, *in ueniet*; illa videlicet, de quibus apud Ezechielem dicitur: *In pascuis vberri mis pascam eas, & in montibus excelsis Israël, erūt pascua earum.* In hac enim vita habent diuinæ doctrinæ, & sa crofanti corporis, & sanguinis Chri sti, & consolationis internæ pascua vberriima, ita vt nihil illis desit; in fu tura verò pascua illa, quæ ex visione, & possessione, ac fruitione Dei, & sã ctæ Christi Humanitatis, & ex Ange lorum, & Beatorum contemplatio ne habebunt, *Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen derūt.* *Fur nō venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat.* Ego veni, vt vitam ha beant, & abundantius habeāt. Pulchra antithesi se declarat verum esse pasto

rem, furi oppositum. In ipso quidem corticis exemplo verum est furē non venire nisi vt furetur, & furto ablatū mactet, & perdat: in applicatione ta men ad fures significatos per parabola, sic est accipiendū, non quasi hoc illi simpliciter spectent, & intendāt, mactare scilicet, & perdere, sed quia sic se habēt, ac si intenderēt, & proin de fures non esse salutis ostia, sed per ditionis, & inferorum portas; de quibus alio loco dixit Dominus: *Et por tæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Qui verò ad ecclesiasticā digni tatem, & præfecturam malis artibus perueniūt, aut ambitione, aut vt que stum faciant, etiam cum graui ouium scandalo, & incommodo, etiam illi prauis suis exemplis, aut doctrinæ né gligenia subditos suos mactant, & perdunt. Est ergo Christus furi oppo situs. Nā furi, siue hic intelligatur Da bolus, qui caput est omnium pseudo prophetarum, & pseudapostolorum, siue sit quicunq; falsus minister, & hæreticus, siue se ipsum ingerens, & intrudens, non venit nisi vt furetur oues, eas à veritate auertendo. Deinde vt mactet, tollendo vitam spiri tuā lem homini: & vt perdat, ad eternam damnationem deducendo, etiā si non semper finem suum hūc assequatur. Christus verò venit non solū vt vi tā habeant Fidei, & gratiæ spiritualis, qua viuunt fideles in præsentī tēpo re, sed etiam abundantius habeant: vt Augustinus interpretatur, vitam glo rię habeant in futuro. Vel non solū viam iustitiæ incheatam, sed etiam vi tam proficientem, & progredientem ad vltiora, iuxta illud Apostoli: *Sic & ambuletis, vt abundetis magis*; do nec pertingant ad plenam, & per fectam abundantiam, quæ est in cœ lis. Quam Patres Veteris Testamenti habere nō poterāt, quia *iuxta Fidē de functi erāt omnes illi nō acceptis repro missionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutates*, vt inquit Apostolus. Vi tam etiam abundantius habere dicun tur, quia non tantum pro se ipsis vitā habent, sed etiam illam in alios effun dere possunt. Vt quemadmodum mors, quam per peccatum Adæ incur

Qui verum sit, furē nō venire, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Matth. 16.

Quales illi sint fures in Ecclesia.

Quomodò furē in oues, mactet, & perdant.

Quam vitā Christus vene rit vt oues haberent, & abundantius haberent. August. in eodem loco.

Thessal. 4.

Qualis cœli abundantia. Hebr. 11. Quare etiam credentes vi tam habeāt, & abundan tius habeāt. Rom. 5.

rimus,

rimus, operatur in nobis mortem secundam, & apta suapte natura est in alijs mortem efficere; ita vita iustitiæ per Christum donata parere potest vitæ æternam, & alios ad vitæ huius participationem inducere, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cū Patre, & Spiritu sancto omnis iure debetur honos, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

TRACTATUS XV.

Super eandem parabolam veri Pastoris intrantis per ostium, & non ascendentis aliunde. Ioan. 10.

EGO Sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt Lupum venientem.

Hæc quæ sequitur, à Domino sunt proposita ad explicationem præcedentis parabolæ, siue prouerbij. Et quia ad eundem scopum spectat, ad quem priora, non opus est nouum finem excogitare, sed tantum expositionem textus proponere, Iudæorum enim calumniantium malitia, & cæci nati illuminatione in causa fuit, vt hæc verba tam pulchra Christus loqueretur. Nam qui prius se Fontem aquæ viuæ, Panem vitæ, & Lucem mundi appellauerat, modo se Ostium ouium, & ex eo quod dixerat: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant, bonum pastorem se vocat: vt tot cognominibus Christi excitati, discamus illi niti, & confidere; illum sitire atq; diligere. Noluit autem cognomina accipere quæ terrorem incuterent, vt, Dominus, Iudex, Deus fortis, Zelotes, Deus vltionum, sed quæ per se alliciant, ac promissis trahant. Quemadmodum autem supe-

Qua occasione Christus dixerit, se etiam esse bonum Pastorem, & reliqua. Ioan. 4. & infra. 5. Infra. 6. Infra. 8. & 9.

A quibus Christus cognomentis abstinuit.

rius differentiam inter pastorem, & furem assignauit, quo se pastorem à furibus & latronibus separaret; ita nunc assignat discrimen inter pastorem bonum, & pastorem malum, qui est mercenarius, atq; ea ratione se à mercenario distinguit.

Probat autem se esse bonum pastorem, dupliciter. Primò quidem directè, ostèdendo proprietates boni pastoris sibi cõpetere; deinde oblique per hoc quòd proprietates sui oppositi, id est, mercenarij, sibi non congruunt. Primò igitur conclusionem ponit, cum ait: Ego sum pastor bonus. Quod Græcè significantius cum articulis profertur. *Εγώ ειμι ο ποιμην ο καλός*, id est, Ego sum ille Pastor, ille bonus: imò teste Petro, *Princeps Pastorum*, & teste Paulo, *Pastor magnus*, & ab Ezechiele dicitur, *Pastor vnus*, & modò suo ore se vocat Pastorem bonum. Est ergo Iesus per excellentiam pastorum princeps, magnus pastor, vnus pastor, & pastor bonus. Ego sum, inquit, Pastor bonus, ex me ipso, cæteri fures fuerunt, & latrones, Lupi, & mercenarij sua natura & ingenio. Ego sum; cui sicut summo modo cõpetit esse, quia habeo esse immutabile, æternū, & minimè ab alio pèdès, ita summo modo mihi competit pascere, quia non egens pastu omnia pascio. Solus etiam sum bonus: quia *nemo bonus nisi solus Deus*. Et si autem videatur se his verbis laudare, & commendare, hoc propter nos, non propter se fecit. *Qui enim laudibus non eget, nec verbis honorificis fit maior, vel sublimior, tutò se potest laudare*, vt ait Magnus Gregorius. Nos verò, quia habemus vnde doleamus, & erubescamus de præteritis, & vnde formidemus in futurum, & in præsentis si ne defectu non sumus, nõ possumus, neq; debemus ore proprio nos laudare. Deus tamè per se laudauit Iob, Præcursores, Centurionem, Chananaeam, & alios, & per suos Apostolos alios commendabat interdum: quia, vt dici solet, virtus laudata crescit.

Congruit autem epitheton Pastoris Christo multis de causis. Primò quidem, quia frequèter Prophetæ il-

2
Christus Pastor bonus duplici nomine.

1. Petr. 5. Heb. vltim. Ezech. 34.

Christi Pastoris epitheta. Christus vnus de sit pastor bonus.

Luc. 18. Quam conuenienter Christi hoc de se ipso testatus sit.

Grego. homil. 13. in Euang. initio. tom. 2.

Nos ipsos laudare cur minimè debemus.

Iob. 2. Quos per se Christus commendauerit. Matth. 11. Supra. 8. Infra. 15.

3

Quam apte nomen Pastoris Christo conueniat. Psal. 22. Isa. 40. Hier. 17. Ezech. 34. Zach. 13. Matth. 26. Secunda ratio. Christus pastor bonus dicitur à dicitur eius excellen- tia. Gene. 4. Infra. 46. Amos. 1. Gen. 46. Luc. 2. Tertia ratio Pastoris vocabulū quid denotet. Ioan. 1. Tab. 12. 1. Petr. 2. Gen. 2. Exod. 16. Matth. 6. Ioan. 6. Luc. 22.

lum Pastorem vocant: Dominus, inquit David, *pascit me* (vt Græca littera habet) *& nihil mihi deerit*. Hæc, *Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo congregabit, agnos, & in sinu suo leuabit, foetum, ipse portabit*. Hieremias; *Et ego non sum turbatus te, pastorem sequens*. Ezechiel; *Suscitabo super eas Pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum David*. Et Zacharias; *Percutiam Pastorem; & dispergentur oues*. Deinde figuratus est in magnis, & excellentibus viris, qui pastores extiterunt, vt Abel iustus, Iacob patiens Ioseph prudens, Moyses mansuetus, Saul magnanimus, David vit secundum cor Dei, Amos simplex, & pastor, & duodecim fratres, & Patriarchæ dixerunt Pharaoni, *Viri Pastores sumus serui tui, ab infantia nostra usq; in presens, & nos, & patres nostri*. Christus autem, iustior est Abel, patientior Iacob, prudentior Ioseph, mitior Mose, fortior Saule, Dauid sanctior, simplicior Amos, & pastoribus, quibus reuelata est Christi natiuitas, vigilantior. Tertio quadrat res ipsa, quia vox Pastoris significat prouidentiam in pascendo mundo. Et quia qui dat esse, debet dare alimenta; ideo cum omnia per verbum creata sint, verbo etiam pascuntur, & sustentantur. Omnia etiã, quia ex nihilo facta sunt, faciliè in nihilum redirent, nisi ipse Christus sustentaret. Et ita omnia, præter ipsum egent pastu, & cibo suo, ne deficiant: nam vel ipsi Angeli, qui puri sunt spiritus, cibo suo inuisibili, vt dixit Raphael apud Tobiam, vtuntur, Et ideo dicitur à B. Petro, *Pastor, & episcopus animarum nostrarum*. Homini posito in statu innocentie, & in paradiso terrestri collato, prospexit de ligno vitæ; sicut Israël posito in deserto prouidit de manna, & nobis præcepit dicere: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, vt ederemus Panem vite*, qui caro eius est: Et in cælo promittit mescam, in qua edamus, & bibamus. Et si ergo omnia pascat; præcipue tamen pastor est hominis creati à se redempti, & sua die glorificandi. Et licet Christi verba summæ veritatis in se sint, & ob id fide digna, probat

tamè se ab effectu bonum pastorem: quia *Bonus pastor, inquit, animam suam ponit pro ouibus suis*. Obijciat aliquis; rationi haud esse consentaneum, vt id quod nobilius est, pro ignobiliore reponatur: Consentat autem, vitam vnus hominis, præstare vitæ quorumlibet animantium. Respondemus: quod pastor, quatenus est talis oues amans, ille habetur bonus; qui pro tuendo grege suo à bellis inuaso, periculo vitæ se exponit. Vnde David: *pascibat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat Leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: Et persequerbar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum: Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamq; eos. Nam & Leonem, & vrsus interfeci ergo seruus tuus*. Sed hoc præstitit Diuina gratia in illo, postquam vnctus est à Samuele: quemadmodum & Samson Leonem interfecit. David autem cum puer esset, non hoc narrauerat, ne forte non ei crederetur. Licet itaq; pastor bonus sit, qui animam ponit pro ouibus; non licebat tamen ei, quatenus homo erat, quia rationis non est vitam ouis propriæ vitæ præferre: & vt dixit Sathanas, *Pellem pro pelle, & cuncta que habet homo dabit pro anima sua*. Licet autem est; quando vita nostra, vel exercitium virtutis pendet ex ouibus; nã tunc non est finis vltimus ipsa vita ouium, sed vita hominū, qui ouibus sustentantur. Ita etiã protuendis bonis communibus Republicæ, licet vita periculo exponere. Itãmo B. Thomas Cantuariensis pro tuendis bonis temporarijs Ecclesiæ suæ; necem constanter sustinuit. Nec enim bona temporaria talia sunt, vt pro illis vita sit post habenda; sed quia virtus erat immunitatem, & libertatem Ecclesiæ defendere. Vitam autem temporalem pro vitanda morte alterius spirituali, vel æterna, in discrimen adducere; cum ratione, & æquitate maxime est coniunctum: quod Christus pastor pro animabus nostris, redimendis fecit. Et tunc non quod nobilius positum est, pro eo, quod est mi-

4
Quomodo sit rationi consonum, Christus vt animam suam ponat pro ouibus suis longe pretiosorem. Pastor bonus quis. 1. Reg. 17. & Eccles. 47. Davidis pueri plusquam virilis fortitudo, robur. 1. Reg. 16. Iudic. 14.

Iob. 2. Quatenus liceat mori pro ouibus.

B. Thomas Cantuariensis. Episcopus, & martyr exemplum boni pastoris.

nus nobile, siue id quod maius est, pro eo quod minus est: quoniam nostram redemptionem operatus est precipue pro Dei gloria illustranda, quæ vitæ humanæ Christi merito fuit præferenda.

Quam bonus pastor Christus. Luc. 15. Ibidem. Matth. 15. Supra. 9.

Ad rem igitur, Christus dicitur Pastor bonus, id est, amans; & communitans se, & sua cuius ouis, quia propter hominem Reliquit nonaginta nouem in deserto, & venit ut quæreret, & saluum faceret quod perierat, & ut ipse dixit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël: & misericordia ad illas motus est, eo quod esset sicut oues non habentes pastorem.

Qua ratione Christus anima posuit pro ouibus suis.

Posuit autem animam pro ouibus: non solum congregando illas verbo prædicationis, & pascendo Euangelica doctrina; & sanando scabiosas, & infirmas peccata eorum remittendo; sed etiam cibum in cœna moriturus instituit, ne oues suæ vnquam fame perire possent. Intrauit per lûtum, & per spinas, & clauos Crucis, ut ouem perditam recuperaret, denique mortuus est pro ouibus suis. Hæsit que pedo Crucis, tanquam pastor baculo: & demisso capite quasi portaret super humeros suos ouem perditam: aperuitque sinum lateris sui, in quo agnos, & foetas oues portabat iuxta Elaiæ vaticinium. Suscitatus à morte, prouidit de pastore loco sui: Pasce, inquit, oues meas: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores: Et in iudicium venturus est, ut tanquam pastor segreget oues ab hædis, id est, bonos à malis, & bonos tanquam oues in pascua pingua, & vberissima gloriæ, ut ibi in æternum pascantur, deducat. Boni autem pastores, qui Christum imitari volunt, facis animam suam ponunt pro ouibus; si expendant cogitationes suas; labores, studia, & præces pro sibi commissis ouibus pascendis, & à luporum incuribus tuendis. Quod si quis hæc pro illis non præstet, vel bonata temporaria in eorum vfus, eum indigent, non eroget, profecto quæ maiora sunt, ut vitam pro eis po-

Ioan. 19.

Isa. 40.

Ioan. 11. Ephes. 4. 1. Cor. 12.

Matth. 25.

Boni pastores anima ponunt quædam.

nerere, nunquam faciet.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt Lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & Lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est; & non pertinet ad eum de ouibus. Addit probationem obliquam ab opposito boni pastoris. Est autem mercenarius, qui mercede conductus, pascit alienas oues. Vbi aduertendum est, duplicis generis inueniri mercenarios: Qui enim propter mercedem æternam, quæ Deus ipse est, operantur, non sunt mercenarij reprehensibiles, cum virtutis opus sit propter talem mercedem; secundum tamen intentionem laborare. Et tales mercenarij erant Apostoli, de quibus illud dictum: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ut B. Ambrosius exponit, & Petrus dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Et Dominus; Voca operarios, & redde illis mercedem, & Abraham dictum est: Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. Et Moyses aspiciebat ad remunerationem, quæ admodum & Dauid, inclinavit cor suum ad faciendas iustificationes Domini in æternum propter retributionem. Tales ergo mercenarij boni, & iusti sunt, & res dominorum suorum sine fraude, & diligenter curant: ac tales simul sunt mercenarij, & pastores respectu Christi, cuius gregem pascunt. Alij verò mercenarij sunt, & non pastores, quia precipue spectant ad mercedes temporales & emolumenta terrena, talesque cum ob præmium vile operentur, de quibus hæc ait Dominus: Mercenarius autem, & qui non est pastor: cuius non sunt oues propriæ. Et id circo coniunctio & accipienda est expositiue pro id est, qui non sit talis pastor, ut eius sint oues propriæ. Et ita Gregorius pulchre in hæc verba ait: Non pastor, sed mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues Dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. & Augustinus in hunc locum

Mercenarij quis.

Duplex genus mercenariorum.

Apostolus les mercenarij.

B. Ambros. lib. 2. in Lucam. c. 28. tom. 5.

Matth. 19. infra. 20. Genes. 15. Hebr. 11. Psal. 118.

Boni mercenarij, & iusti qui sunt.

Mercenarij, & non pastores qui nam illi.

B. Gregor. bom. 14. in Euang. initio, tom. 2.

cum

August. tra. stat. 46. in Ioan. tom. 9. philip. 2. Sua qui quæ rant, & non quæ Iesu Christi.

Basil. Hom. 26. paullo post mediū tom. 1.

Mercenarios quos iure appellaueris hoc tēpore.

7 Mercenarij tamen qui pascant gregem Dei.

Ezech. 18.

Gal. 2.

cum: Sunt quidem Ecclesiæ præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit: Sua quærentes, non quæ Iesu Christi: Quid est, sua quærentes? Non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda festantes, Lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes: hæc quando amantur è proposito, & propter hæc seruitur Deo, quisquis est talis, mercenarius est, inter filios se non cōputet. Basilius Homilia de Martyre Mamante: Mercenarij sunt, inquit, qui proprium cōpendium curant. Qui præsentia sectantes ad futura non aspiciunt, mercenarij sunt, non pastores. Hæc illi. Hæbes igitur ex horum patrum doctrina, qui sint proprie mercenarij: quales hodie multos videre licet, qui pingua beneficia possidentes, extra habitum incedunt, quia de eo erubescunt, etsi de fructibus gloriantur: Officium Diuinum non celebrant sine causa à grege suo absunt: doctrinam qua pascant, non habent: per ostium non sunt ingressi: & quod peius est, cū in bonis Christi delicti fuerint, fugam à statu clericali meditantur, & fructibus beneficij à se dimissi pensionis nomine reseruatis, ad nuptias conuolant. Quid de his sentias, nisi meros fuisse mercenarios, & non pastores.

Describit autem mercenarium ab eo quod non est pastor, & ab eo quod non sunt oues eius propriæ: Innuēs, ut diximus, esse mercenarios nonnullos, qui Dei gratia pastores sunt, etiā si oues non sunt proprie quia omnes anime Christi sunt, & iure creationes, & redemptionis oues eius propriæ existunt: Sed isti qui propter Christum gregem suum diligenter pascunt, oues proprias affectu dilectionis, & Domini assignatione sibi faciunt: quia enim indiuidua charitate Christo iunguntur, vnum cum illo sunt effecti, ut dicere possint cum Paulo: Viuo ego, iam non ego; viuunt verò in me Christus. Vnde & veri efficiuntur pastores, & oues, non ut alienas, sed ut proprias pascunt. Alij autem sunt mercenarij, qui oues sibi assignatas proprias non deputant, sed tantum emolumenta, & fructus, ad quæ spectant; & illa sibi

propria censent. Etsi ergo pastores & mercenarij in hoc conueniant, quod accipiunt curam pascendi oues alienas, id est, quæ Christi sunt, & non propriæ: distinguuntur tamen, quia pastores oues propter Christum pascunt, illas plusquam sua, plusquam suos, plusquam se ipsos diligunt, ac proinde oues proprias faciunt: Mercenarij verò mercedem propter se ipsos diligunt, & quærent, & ideo oues semper alienas ducunt.

Vbi illud etiā diligenter est aduertendum, pastorem dupliciter dici: proprie, & improprie. Proprie quidem eum, qui custodię gregis pascendi deputatus est, & per se ipsum, vel suos pascit: improprie verò eum, qui dominus est, & cuius peculium, & substantia in gregibus ouium sita est, etiam si nunquam per se pascat. Qua ratione dici potest fratres Iosephi dixisse Pharaoni interroganti quid haberent operis: Viri pastores sumus serui tui, & nos, & patres nostri, id est, hæc est, nostra diuitiarum possessio: Et isti per se ipsos nullam curam exercēt ouilis, sed per famulos suos. Christus ergo utroque modo pastor fuit: nam & dominus ouium erat, & ipse per se ipsum dum vixit, pascit eas: & in morte alijs pastoribus idoneis pascendas tradidit: Atque isti pastores haud sunt domini ouium, ut per se de illis possint disponere pro suo arbitrio, sed tanquam famuli, & custodes destinati ad tuendum, & pascendum gregem; & ideo se ministros, & seruos ouium agnoscere debent, non dominos: Deinde per se ipsos gregem custodire, & curare obstringuntur, neque possunt, sine legitima causa, à grege pascendo abesse, aut alijs mercenarijs illum committere, quo ipsi interim in aulis principum otiosi, & delictari valeant. Quanquā, si ouile sit magnū, possint, & debeant alios assumere, qui operas subsidiarias in pascendo, hoc est, in prædicatione, Sacramentorum administratione, & gubernatione ouium spirituali præstare queant. Atque isti ante oculos habere debent exemplum boni pastoris Iacob, qui gregem Laban auunculi sui pascibat, cui dixit: Oues tuæ,

Qui verò non pascunt, verum pascuntur ipsi à grege. Mercenarij à posterioribus quomodo distinguantur.

8 Pastor duobus modis dicitur.

Gen. 46.

Ioan. 21.

Gen. 31.

ca-

Iacob ouiu pastor, Christiani boni pastoris typus.

et caprae steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam: quicquid furto peribat, a me exigebas: die noctuque; astu urebar, et gelu, fugiebatque; somnus ab oculis meis. Haec si serio cogitent, et meditentur nostrum seculi pastores, et sibi haec officia secundum spiritum ouibus suis praestanda intelligerent, profecto aliam viuentium rationem inirent. Habes igitur differentiam inter Christum pastorem, et alios nostros, etiam bonos pastores, ex quibus quidam suo vitio degenerarunt in mercenarios, de quibus asseruit: Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt Lupum venientem, et dimittit oues, et fugit. Hoc est, bona fide rebus tranquillis gregem procurat: at ubi accedit persecutio, et Lupus inuadens: ouile, tunc pastorem sit, an mercenarius, detegitur, quia magis pro se, quam pro ouibus sollicitus relinquit oues, et vitae suae consulere conatur. Per Lupum intelligimus demonem ouibus perpetuo insidiantem, et vel per se, vel per haereticum organum suum occulte, et fraudulenter gregem nocentem, vel per tyrannum aperte oues dissipantem, et occidentem. Hic est Lupus, quem videns mercenarius, dimittit oues, et fugit, de quo Zacharias ait: O pastor, et idolum, de relinquens gregem. Quibus verbis depingit mercenarium, qui verbo quidem est pastor, reuera autem est idolum, id est, pastor pictus, et non viuus, et instar idoli, siue simulacri. Os habet, et non loquitur: oculos habet, et non videt: aures habet, et non audit: manus habet, et non palpabit: pedes habet, et non ambulabit: non clamabit in gutture suo. Nam talis non habet doctrinam, quam loquatur ad populum, neque oculos ad necessitates ouium commiserandas, nedum subleuandas; sed tantummodo ad tondendum, et accipiendum lac, et caseum. Non habet aures, quas lucro temporis obthuratas habet, et saepe absens est, ut illas audire non possit, ac idcirco merito aures destitutus, censeri potest. Manus habet,

Lupus rapies, ac dispergens oues quis.

Zach. 11.

Mercenarius pastor idolum a Zacharia cur dictum. Psal. 113.

non ad orandum, aut sacrificium offerendum, aut ad succurrendum ouibus indigentibus, sed ad rapiendum fructus Ecclesiae suae, et percutiendum sententia excommunicationis, nisi fideliter, et integre decimae reddantur. Pedes habet, non ad visitandum, dicecesim, et ad educendum oues in pascua, ut ante eas vadat; sed ut viso Lupo, aut persecutione orta fugam arripiat, et oues suo auxilio, et praesidio destituat. Pulchre autem haereticus, Lupus dicitur, ut Dominus inquit: Attēditte a falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt Lupi rapaces; et Paulus in Actis: Ego scio quoniam intrabunt pastores discessionem meam Lupi rapaces in vos, non parcentes gregi: tales quippe mentiuntur vocem ouinam, id est, sanam doctrinam, ut magis seducant. Sunt in fatiabiles isti Lupi, quia omnes quos possunt, iugulant: miro odio sequuntur canes, id est, Ecclesiae Doctores antiquos, et novos, qui illos a preda impediunt, et retardant. Quamquam teste Augustino, Lupus Africanus fingit interdum vocem canis, et pastoris, noctu dormientibus pastoribus ingreditur ouile: quia per negligentiam pastorem deserentium Ecclesias, oues pereunt.

Quod si forte obijcias, non tantum mercenarium fugere, sed etiam verum pastorem, quia Christus quandoque se subtrahit a volentibus ipsum praecipitare, siue lapidare, et Apostolis dixit: Quum persequerentur vos in ciuitate ista; fugite in aliam. Respondeo: Bonus pastor tunc tantum fugit, quando solus ad necem quaeritur, vel quando infirmatur, et aer illius Ecclesiae non est sibi propitius. Sed non dimittit oues, quia etiam absens curat, ut Christus, qui fugit, et Paulus per sportam dimissus, et Petrus ex vrbe fugiens ad importunas fidelium preces, et Athanasius, et Cyprianus, atque permulti alij sanctitate conspicui viri: nam tales fugiendo seruabant se in vtilitatem ouium suarum, et per alios, siue per epistolas interim pascebant. Fugit autem mercenarius duobus modis: aut locum mutando, ut nostri, qui ferē-

Haereticus Lupus quam uere dicatur.

Matth. 3.

Act. 20.

Augustinus. Africani Lupi quid proprium, teste Augustino.

Luc. 4. Ioan. 8.

Infra. 10.

Matth. 10.

Sit ueniente Lupo bonus pastor non fugit, cur interdum ipse Christus persequendum se manus effugit.

Act. 9.

Mercenarius fugit dupliciter.

semper

Bernardus. sermo de conuersio. ad Clericos. 31. Effectus persequutionis.

Matth. 5.

Augustinus. tractatus de sermone. 46. in Ioannem, in finem. tom. 9.

Philippus. 2.

Quid est: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est; et non pertinet ad eum de ouibus.

Mercenarij oues tantum ut curent.

Mercenarij omnino inexcusabiles qui fini. Prou. 28.

semper absunt; vel tacendo, etiam si solum non vertant, solatium, et patrocinium debitum minimè adferendo, ne uidelicet temporaria lucra, ad quae potissimum aspiciunt, et hominum beneuolentiam amittant. Vnde pulchre Bernardus ait sermone de conuersione, ad Clericos: Persequutio quidem indubitanter mercenarios a pastoribus segregat, et discernit. Quando enim transitoria danna non timeat, qui temporalia lucra sectatur? Quando terrenam sustineat persecutionem propter iustitiam, qui terrenam mercedem plusquam iustitiam quaerit? Sic Bernardus. Et Augustinus, eum qui timore alicuius periculi silet, nec se Lupo opponit, fugere censet. Ait namque: Ecce nescio quis peccauit, grauiter peccauit, increpandus est, excommunicandus est, sed excommunicatus inimicus erit, insidiabitur, nocet cum poterit, iam ille qui sua quaerit, non quae Iesu Christi, ne perdat quod sectatur, humanae amicitiae cupiditatem, et inimicitiarum humanarum incurrat molestiam, tacet, non corripit: tu taces, non increpas, o mercenarie: Lupum uenientem uidiisti, et fugisti. Fuga anima timor est: corpore stetiisti, spiritu fugisti: Sic ille.

Ac reddens rationem Dominus fugge mercenarij, subdit: Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ouibus. Id est, amator est mercedis, quae sibi periret, si se opponeret. Et non pertinet ad eum de ouibus. Id est, non est illi in corde cura animarum: alioqui re ipsa uere ad illum pertinet, et iure utique deberet ad eum cordi habere gregem, ut etiam mortem pro eo susciperet: sed cura est tantum lanarum, ut diximus, casei, lactis, et carnis: neque munus accepit pastoris propter oues, sed propter se ipsum. Quod si mercenarij, qui uident Lupum, siue tyrannum seruientem, et fugiunt, a peccato non excusantur; quomodo qui nullo Lupo insistente, et uelut impij, nemine persequente, ex caulis ouium ad aulas Romanas, vel Regias, ad otandum, et deliciandum confugiunt, vlla erunt digni excusatione. Profecto caput a corpore praecisum

non uiuit; vir ab uxore distans non generat; pastor ab ouili segregatus, causa est perditionis ouium. Quemadmodum, teste Philosopho, absentia nauitae, causa est nauis amissionis. De Lupo autem ait, quod rapit, et dispergit oues: quia ad literam, Lupo ingrediente ad ouile, quaedam ab eo rapiuntur, et ideo deuorantur; aliae uero metu dissipantur, et disperguntur. Et iuxta sensum propositum, et principalem, daemone per se, vel per suos ministros ingrediente in Ecclesiam, quosdam quidem ita rapit, et trahit in haesim, qui postea disperguntur ab ouili Ecclesiae in aliam caulam haereticorum: et ita iidem sunt, qui rapi, et dispergi dicuntur. Vel quidam rapiuntur per falsas doctrinas, et per peccata et scandala; alij uero disperguntur, dum dubitant ubi consistere debeant, et quae sit uera Ecclesia Christi, et quis sit uerus pastor ab eis audiendus.

Quod si forte obijcias uerbum Domini, qui de ouibus suis ait: Non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea: quod inferius in hoc eodem capite habetur: respondendum est, uocem ouis late patere in Scripturis. Interdum enim Israelite, oues dicuntur: ut cum dixit se missum ad oues quae perierunt domus Israel: et Dauid: Iratus est furor tuus super oues pascuae tuae: et iterum; Nos populus pascuae eius et oues manus eius: et Ezechiel: Vos autem greges mei, greges pascuae meae homines estis. Interdum etiam significat Gentiles, ut cum Dominus hic ait: Alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili, et cum Christus dixit Petro, Pasce oues meas, non tantum Iudaeos, neque tantum Gentiles, sed omnes quotquot Christo nomen dederunt, et illi se pasceudos tradiderunt, significat.

Alij uero dicunt, per oues significari praedestinos, et ad uitam aeternam electos. Quae distinctio hic locum habere non potest, quia dicitur quod Lupus rapit, et dispergit oues: quod de raptu, aut dispersione ad tempus intelligi nequit, quia quotquot sunt

Arist. libr. 3. Politic. cap. 3.

Quomodo Lupus rapit, et dispergat oues.

IO

Oues cum uideantur Christi perire, ut non peribunt in aeternum. Ioan. 10.

Vox ouis in Scripturis quam late patere. Matth. 15. Psal. 73. Psal. 94. Ezech. 34.

Ioan. 10. Infra. 2. I.

II

Oues hoc loco intelliguntur praedestinos, con futatur sententia.

Ezech. 33.

Ioan. 21.

II

Oues Christi quæ non pereant in æternum.

Matth. 27.

Ioan. 18.

I. Cor. 10.

12

Foris à mercenario discernimen.

Pharisæi cur fures, & mercenarij.

Ezech. 34.

13

Quibus etiã hæc parabola boni pastoris inferuiat.

Hiere 23.

Ezech. 34.

& seq.

in ouili Ecclesiæ, oues sunt; & ita nullus vnquam Christianus periret, neque esset cur per Prophetam ouis perditæ sanguinem de manu speculatoris requireret, si nulla ouis vnquam perire posset. Et violenta est interpretatio, Pasce oues meas, id est, electos: quis vnquam pastorem nouit electos, aut prædestinatos?

Quod ergo dixit Dominus, Non peribunt in æternum, scilicet mea negligentia: secus est si ipsi velint perire, vt Iudas. Et non rapiet eas quisquam de manu mea; Inuitam scilicet, & nolentem, quam ego per Fidem, & gratiam sustento, & tentari non patior supra id quod potest: tunc enim causa perditionis imputanda est ipsi oui, quæ perire voluit, & nequam pastori.

Docet ergo Dominus hæc parabola, quibus indicijs verus, & Euangelicus pastor à mercenario discernatur, sicut in priori docuit quibus notis fur dignoscatur à pastore: non enim est idem fur, siue latro in ouili, quod mercenarius. Nam fur, est hæreticus falsa docens; mercenarius verò, qui etsi ingressus sit per ostium, & sanam doctrinam tradat, periculo tamen ingruente, declarat se magis proprii commodi rationem habere, quàm gloriæ Dei, aut ouium salutis. Et Pharisæi quidem, & scribæ notantur fures, quatenus populum à Christo auocabant; mercenarij verò, quatenus, etsi quæ legis sunt, docerent, ad commoda, & lucra propria tantùm spectabant, de quibus Vx interminat Prophetæ: *Væ inquit pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascentur?*

Congruit etiã hæc parabola nõ tantùm ad informandos Ecclesiasticos pastores, sed etiam seculares, id est, Reges, & iudices, & prouinciarum administratores, de quibus Dominus queritur apud Hieremiam, & Ezechielem, vbi è regione mercenarij, & malorum pastorum promittitur Christus. ¶ *Ego sum pastor bonus; & cognosco oues meas, & cogno-*

scunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Repetit quod supra dixerat, vt fortius animis eorum inhæreat, & vt ostendat se prioris populi, & eorum qui nondum credunt, pastorem esse; ob quam causam bis superius se dixit esse ostium; & vt applicet sibi conditiones boni pastoris, diuersas ab illis mercenarij. Ego itaque sum Pastor bonus, quod in me est, paratus pascere, regere, & adiuuare oues: ita vt qui perit, suo vitio pereat, & non mea culpa. Et ex priori parabola probat se esse pastorem, quia in illa dixit de pastore, quod proprias oues vocat nominatim, & oues vocem eius audiunt, & sequuntur eum: ita hinc ait: *Et cognosco oues meas, & cognoscent me meæ.* Ex secunda parabola ostendit se bonum pastorem, dum ait: *Animam meam pono pro ouibus meis,* dixerat enim prius; *Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.*

Ac subdit: *Et cognosco oues meas.* Et, accipitur pro, *Quia*: & ratio est, probans se esse bonum pastorem. Et cognoscere hoc loco significat, diligere: quemadmodum vulgarij dicimus illos nos non agnoscere, quos non diligimus. Ad quod alludens Dominus, qui omnia nouit: *Quia nunquam,* inquit, *noui vos:* hæc est enim vera notitia, & non tantùm facie tenus, vt vicinus vicinum cognoscit, de quo curam non habet: sed cognoscit vt pater filium egentem, quæ vocat, & vt vir vxorem ægram, quam fouet, & tuetur. Ita dicitur: *Cognouit figmentum nostrum, & iterum: Domine, probasti me, & cognouisti me.* ¶ *Et cognoscent (inquit) me meæ.* Hoc est, ex amore meo erga oues fit, vt oues me redament. Cognoscent autem oues Christum per Fidem, acceptantes eum in pastorem, & Saluatorem, & qui eius dictis, tanquã pastori obediunt. Nescire enim Christum dicuntur, qui vel illi non credunt, vel non obediunt. Vnde Pharao dicebat: *Nescio Dominum, & Israël non dimittam.* Hoc verbo etiam pun- git impios illos, qui dixerant: *Hunc*

Quare se Christus bonum pastorem ingemisset.

Quomodò Christus cognoscat oues suas.

Matth. 7. Vera cognitio quæ.

Psal. 102. Psal. 138.

Oues Christum pastorem quomodo agnoscat

Christum nescire qui dicantur. Exo. 5.

Ioan. 9.

nes=

I. Cor. 14. Luc. 9.

Hæc sententia: Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, dupliciter accipitur.

Chry. homil. 59. in Ioan. tom. 9.

Quam sæpe Christus suum Patrem commemoraret. Ioan. 6.

Infra. 17.

Quemadmodum nos in Deo vnũ simus, vt Christus dixit.

Quid est dicere: Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.

nescimus vnde sit. Quasi dicat Dominus; Quid est quod me non agnoscitis? meæ tamen oues me agnoscunt. Imò in eo quod me non agnoscitis vt pastorem vestrum, nec ego vos agnosco inter oues meas: *Qui enim ignorat, ignorabitur, & Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua.* ¶ Et subiungit: *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.* Chrysoströmus existimat nouam esse sententiam, & absolutam, in hunc sensum: Sicut nouit me Pater, ita & ego agnosco Patrem. Sed melior videtur aliorum distinctio, vt non sit noua sententia à superioribus separanda, sed cum illis iungenda, hoc modo: Sic cognosco oues meas, & vicissim illæ me cognoscunt, sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem. Vnde & alibi Dominus apud Ioannem, suum cum electis commercium conferre solet suo cum Patre, ait enim: *Sicut misit me viuens Pater, & ego uiuo propter Patrem: & qui manducant me, & ipse uiuet propter me.* Et rursus: *Vt omnes vnũ sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint:* in quibus collectio similitudo est ex parte, & non omnimoda æqualitas. Non enim nos tam perfecte nouimus pastorem Christum, quàm ipse Patrem; sed sicut est inter Filium & Patrem mutua cognitio, ita inter Christum pastorem, & oues eius: & qualis est inter Patrem, & Filium, talis & inter Christum, & oues eius, quia per illum vnũ omnem spem salutis concipiunt, & omnia sua bona illi accepta ferunt. Sicut ergo Pater nouit, me Filium, & ego agnosco Patrem. Id est: Quemadmodum ex notitia Patris, quæ coniunctam habet summã charitatem ad Christum hominẽ, proficiscitur plena cognitio, & dilectio Christi hominis erga Patrẽ: ita ex amore quo Christus suos cognoscit, oues suæ ipsum Christum cognoscunt, ac impense diligunt. Et illud significat aduerbiũ, sicut: *nã Dei cognitio ad Christum, & Christi ad Patrem, & ad nos, summam in se charitatẽ complectitur, propterea*

rectè subiunxit: Et animam meam pono pro ouibus meis: nempe ex amore, quo ego diligo Patrem, & quo peculiari dilectionis affectu prosequor oues meas, hinc est, vt pro illis animam meam ponã: nimirum quia ita placet Patri, & ita volo diligere, non verbo, & lingua, sed opere, & veritate. Vt ex hoc intelligat pastores, quos ego alijs præficio, qui respectu mei oues sunt, quam cognitionem ouium, & curam gerere debeant; nimirum charitate, & fructibus bonorum operum, etiã ad vitam vsq; pro eis ponendam, referendam. Et rursus oues meas cognoscant, quam cognitionem mihi debeant, eam videlicet, quæ charitatem, & alacritatem sanguinem pro me profundendi, si opus fuerit, cõplectatur. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: *& illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnũ ouile, & vnus Pastor.* Addit aliud signum boni pastoris; ne quis videlicet putet promissionem spectare tantùm ad Israëlitas: vt enim Lupi est, dispergere oues congregatas; ita pastoris boni, dispersas congregare. Habebat ergo Christus alias oues, non tantùm in prædestinatione Dei, quas suo tempore per Apostolos, & eorum successores erat congregaturus in vnũ ouile, sed etiã quasdã alias actu oues possidebat: sed inter Gẽtiles, & Centurionem, cuius seruũ curauit, vt Centurionẽ alterũ, qui, ipso pendente in Cruce, exclamauit, & Gẽtiles illos, qui affectu videndi eũ tenebatur, & innumeros alios, qui ex Gentibus ad fidem conuersi sunt. ¶ *Et illas, inquit, oportet me adducere.* Nempe ob immobile Patris mei decretum, & beneplacitum. Vel *ἀγαγῆναι*, id est, cõgregare, vt innuat eas dispersas, & carentes pastore, vt Chrysoströmus exponit. Nam *neq; qui plãtat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus.* ¶ *Et vocem meam audient.* Ipse etenim est, qui per Apostolos loquitur, vt Paulus dicebat: *An experimentum queritis eius qui in me loquitur, Christus? Et Dominus: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* ¶ *Et fiet vnũ ouile, & vnus Pastor.*

Vnde Christus animam ponit pro ouibus suis.

I. Ioan. 3.

Pastores boni vt oues cognoscant suas, exẽplo Christi.

Signũ aliud boni pastoris.

Quas oues Christus habebat, quæ non erant ex hoc ouili.

Matth. 8.

Infra. 27.

Ioan. 12.

Illas vt oporteat eũ adducere.

Chry. ibid.

I. Cor. 3.

Oues illæ quæ vocem Christi audient, & quo modo.

2. Cor. 13.

Luc. 10.

Audient autem cum fide, & gustu, & fructu.

Qui sicut vnum ouile

Matth. 15.

14

Quo sensu Dominus dixerit se non missum nisi ad oues que perierunt domus Israel.

Matth. 25. I. Cor. 6. Qui excludendi ab ouili Christi.

Ecclesie unitas. Ephes. 4.

Alia unitas ouilis Christi.

15

Hoc de Gentibus ad Fidem adducendis dictum est; nequis miretur, quod sequantur eum Israelitæ. Et quod Christus inquit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, intellige de præsentia sensibili ad prædicandum, & signa edendum.

Quod ait: Fiet vnum ouile, & vnus Pastor, id significat, post diem iudicij in vnum vitæ æternæ locum congregandos: quia tantum constat ouile ex ouibus, non ex canibus, aut capris, aut porcis. Deinde dicitur in Euangelio, quod separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis. Et Apostolus, Neque fornicarij, inquit, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Sensus ergo est, quod cum prius duo essent ouilia, alterum ex Iudæis, alterum ex Gentibus, in vnum postea corpus deberent coalescere, & in vnam Ecclesiam, quæ vno capite Christo regitur, vno Spiritu viuificatur, vna lege eruditur, vno Baptismi fonte renascitur, vno pane altaris reficitur, ab vno Deo Patre adoptatur, & ad vnam patriam & spem pergit, & sub vno pastore Vicario, qui est summus Pontifex, siue Romanus Episcopus, gubernatur. Vnum etiam ouile, non tantum in his, quæ ad Fidei, & Spiritus substantiam spectant, sed etiam in vrbantate, & ceremonijs externis. Fiet etiam vnus Pastor, qui etiam est vnus mediator, aduocatus, & Pontifex, & vnum caput: ideo alij non sunt vnus, sed plures, qui sibi inuicem succedunt. Sed quia Vicarij sunt vnus pastoris Christi, & sub illis, qui supremum Christi locum tenent, alij pascunt, non sunt nisi tantum vnus pastor.

Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me; sed ego pono eam à me ipso: potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc man-

datum accepi à Patre meo. Duo dictis Dominus adiunxit, quæ nos intelligere magnopere expediebat. Alterum est, quàm gratum esset Patri, quod animam suam ponat pro ouibus, alterum, cur dixerit se animam suam ponere pro nobis, nempe quod illam haberet, vt ex vtroque Patris & Filij erga nos dilectionem maximam agnosceremus; Patris quidem, quod Filio mandauerit animam ponere pro ouibus; eumque, quod poneret animam pro ouibus, diligeret, alioqui dilectissimum; Filij vero, quod tam voluntariè animam suam pro nobis morti exposuerit, quam vitare poterat, & cui obnoxius non erat. Sed in eo quod voluntaria Christi mors causa extiterit vt Pater diligat Filium, dubium est, cum Pater ab æterno Filium dilexerit, nec possit temporale æterni causa existere. Respondet Chrysostomus, id per dispensationem dictum esse submissius: non enim id dixit, quasi tunc diligere inciperet, sed quia in opere illo peculiarem amoris rationem se præbere nouit, propter quam in eo sibi complaceat, vt sibi simili, & faciente eius voluntatem, & præceptum. Vnde & Deus Pater ob hoc opus exaltauit Filium, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Quia ergo ego animam meam pono, id est, positurus sum (nam præsens pro futuro frequenter accipitur) ideo Pater diligit me, id est, nouo dilectionis signo & effectu me statuit donare. Et ad id deseruit quod sequitur, vt iterum sumam eam: vbi, Vt, confectionem, & euentum denotat. Potest etiam vt finis & causa accipitur nam ad tempus mori voluit, vt gloriosus in æternum resurgeret, & ita vitam sibi, & omnibus in se credentibus deuisa morte comparauit: vt Theophylactus exposuit. Ergo inculcat dilectionem Patris ad se, eo quod animam ponat pro ouibus: tanta enim obedientia, amoris digna erat remuneratione supremi, & infiniti amoris Dei, & dono resurrectionis, de quo ait: Vt iterum sumam eam. Ponam,

Christi opus Patri charissimū.

Cum Patris Dei in Filio amor æternus sit, quæ verè Christus ob mortem pro nobis sponte susceptam à Patre diligitur.

Chrys. homil. 59. in Ioannē.

Philip. 2. Hebraism.

Christus animam suam posuit vt iterum eam sumeret, dupliciter.

Theophyl. in Ioan.

inquit,

Deo quam grata cura salutis anime.

16. Cum Iudæi morte Christi stultulerint quomodo verum sit, illi animam suam sponte posuisse.

Matth. 27. Christi hominis proprium solus, & Dei.

Ibidem.

Animam ponere, & illam assumere cum velit, quare proprium solus est Christi.

inquit, animam meam, sed ea lege, vt iterum sumam eam; quasi dicat, Pater non præfert mihi oues; ideo non finit me in morte manere, sed ad horam vult illam, vt gloriosior euadam: quod pluris facit Pater, quàm ouium omnium salutem. Docetque hoc verbo, nihil esse Deo acceptius, quàm aliorum salutem curare, & animam suam pro ouibus dare. Allicit ergo omnes pastores, vt diligenter inuigilent salutem animarum, cum audiant, opus hoc tanti apud Deum meriti esse.

Et quia dixerat, Pono animam meam, vt iterum sumam eam; subdit: Nemo tollit eam à me. Declarat fecundum. Sed quomodo verum est, cum dicantur Iudæi Christum occidisse? Sed intelligendum, nihil est quod à me nolente & inuito illam possit extorquere: ego solum sponte pono, Patre permittente, illam, ita vt præueniam illam: hinc consummatis omnibus factum est vt moriens clamauerit, & sponte cum voluit, magna voce emisit spiritum, quod nemo exhalans spiritum facere potest, quia tunc vires exclamandi habet nemo. Quod videns Centurio cognouit eum homine maiorem, & exclamauit: Verè Filius Dei erat iste. Et subdit, explicans suam diuinitatem: Potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Quis enim prius homo hoc possit? Idcirco duplicem illam potestatem nemo habet, nisi qui simul Deus est, & homo. Hominis solum est animam habere; solus Dei eam ponere pro arbitrio suo, & positam assumere. Vnde patet, Dominum hinc peculiari ratione dicere se ponere animam suam, quia non tantum non habet causam mortis, vt homines omnes habent, sed etiam ipsam mortem, quam hominum nullus in sua potestate habet: nam alij moriuntur cum nolunt, & mortui non reuiuiscunt. Et licet sibi quisque possit manus inferre, & scelerata morte perire: non potest tamen vitam semel à corpore elapsam iterum reuocare. Neque quisquam potest legitime sibi

mortem consciscere, nisi præceptum, aut inspirationem Domini habeat.

Perpende hoc loco, plus esse animam ponere, quàm dare, etiam si vtriusque loquutionis hic fiat mentio: quia nemo proprie animam ponit, nisi qui eam omnino habet in sua potestate ad ponendum cum vult, & quomodo vult, vt Christus, qui vitro se tradidit persecutoribus cum voluit, & captus, se ipsum pro suo arbitratu liberare potuisset, si voluisset: & cum voluit, sponte sua emisit spiritum, potestatem habens emittendi, vel retinendi diutius. Qui verò se alijs interficiendos offerunt, ac tradunt, animas suas proprie non ponunt, sed tollit ab eis animam gladius, quia immisso in corpus gladio, non est in eorum potestate amplius animam retinere. De illa priori potestate ponendi animam, vt re eximia & singulari, vaticinatus est Isaias, cum dixit: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuū. & ad illud videtur Christus hoc loco alluisse. Alioqui, secundum tropum Hæbræum in Scripturis ponere animam omnibus conuenit hominibus pro eo quod est mori: vnde Petrus, Animam meam pro te ponam. Et alibi: In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Et alio loco simpliciter dixit: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et Iezabel de Helia loquens: Hoc mihi faciant dii, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam vnus ex illis. Porro anima capitur pro vita temporali, de qua dixerat: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, quam Christus verbum Dei posuit, non quidem animam, vel carnem a se separando, cum illi fuerint etiam in morte coniuncta, sed spiritum à carne separando: & assumpsit iterum non sibi diiuncta, sed quæ erant separata, inuicem coniungendo.

Et concludit: Hoc mandatum accepi à Patre meo, scilicet quate-

17. Cur animam ponere, plus est, quàm dare.

Isa. 53.

Animam ponere quid, more Scripturæ.

Ioan. 13. I. Ioan. 3.

Ioan. 15.

3. Reg. 19.

Ioan. 10.

Qua ratione animam Christus posuerit, atque resumpserit.

Quod mandatum accepit a Patre suo Christus.

Rom. 8.

Quatenus patiuntur electi.

18

2. Cor. 2.

Dæmoniacus Christus, & insanus Iudæis quæ in iuria.

Isa. 11.

Ioan. 3.

Matth. 8.

1. Cor. 1.

Matth. 10.

Ex hoc quid discant conuersiones.

nus homo sum, vt mortem appetam pro hominibus, qui quatenus Deus sum, potestatem habeo ponendi animam, & iterum sumendi: vt enim homo erat, præcepto Dei erat subiectus. Quo constare possit Dei Patris voluntas erga nos, Qui enim proprio Filio suo non perperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Sicut Ergo Christo nihil aduersum accidit, quod à se non esset præmeditatum, & voluntate antecedenti desideratum: ita pij nihil patiuntur, eo quod aduersarij sua potestate aliquid in ipsos possint, sed quia sic est voluntas Patris quam per impios exequitur, in extremum ipsorum exitium, & magnam piorum utilitatem.

Dissentio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebant, Hæc verba non sunt dæmonium habentis: nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Christus semper est alijs odor mortis, in mortem, alijs odor vitæ, in vitam. Et iterum dicit, quia frequenter hoc illi accidisse in Evangelio legimus: & mundus à Christo iudicandus, auctoritatem sibi assumit de Christo iudicando. Ac vide blasphemiam. Eum enim, in quo habitabat Spiritus septiformis Domini, & cui à Deo Patre datus erat Spiritus ad mensuram, quiq; solo imperio spiritus malos ab hominibus vexatis propulsabat, dixerunt dæmonio agitari: & eum qui est virtus, & sapientia Patris, aiebant insanire. Ne miremur, si interdum eiusmodi maledica, atq; contentiosa verba audimus. Nam si Patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Et quilibet prædicator sibi persuadeat, non defuturos qui eius sermones carpant. Quia ergo secreta detegebat, & quæ longè excedunt hominum captum, putabant dæmone detegente illum loqui. Sed non defuerunt qui verbis Christi emendarentur, & qui aduersarijs reclama-

rent. Hæc verba (inquiunt) non sunt dæmonium habentis. Videlicet, Non sic loqui potest dæmonium. Et sicut superius dixerant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? ita nunc arguuntur: Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire. Id est, Si non verba, saltem opera persuadeant: dictis enim eius adstipulantur facta, & qualis est eius oratio, talia sunt & facta. Non enim dæmon in se ipsum esset contumeliosus, aut homini oculum restitueret, qui in eius perniciem seruire solitus est. Vides igitur, verbum Dei non frustra effundi, neque vacuum reuerti, sed in quibusdam qui suæ salutis non reluctantur, fructum edere; vt nemo ex ministris, qui populo concionantur, offendantur, si minus grate suscipitur à quibusdam: contentus esse debet quod in quibusdam sit efficax, & gratum sit illi, qui reddit vniciq; non secundum fructum, sed secundum suum laborem, nempe Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuunt, & regnant in æterna secula. Amen.

TRACTATUS XVI.

De parabola hominis descendens ab Hierusalē in Hiericho, & incidentis in latrones: quæ habetur tantum apud Lucam, cap. 10.

NAM Verisimilis, & probabilis est hæc narratio, vt potius historia, quam parabola à quibusdam iudicata sit: vt testatur Lyranus. Hierusalē enim altior est, quam oppidum Hiericho, in quod ab illa descenditur. Et inter illas duas ciuitates situm est desertum, commodus locus latronibus,

Ioan. 9.

Verborum Christi efficacia.

Isa. 55.

Verbum Dei in quibus fruificet.

1. Cor. 3.

I

Præsentem parabolam esse historiam, vnde quibusdam visum fuerit.

Lyran. in Lucam.

Hiericho a Ias Adommim cur dicta.

B. Hierony. tom. 2.

Idem. to. 9.

Hier. ult.

2

Historiam non esse, sed parabolam ostenditur.

Parabola quid requirat.

Luc. 3.

Gen. 18.

Aptior ad docendum parabola quæ sit.

Luc. 15.

3

Præsentis parabolæ proœmium.

Leuit. 13.

& prædonibus, quod à sanguine qui in illo fundi consueuerat, dicitur Adommim, vt testatur B. Hieronymus in Epitaphio Paulæ ad Eustochiū virginem. Et scribens in cap. 20. Matthæi, dicit multos latrones fuisse in Hierico, qui egredientes, & descendentes de Hierusalē interficere, & vulnerare consueuerant. Adde, quod in illo deserto captus est fugiens rex Sedechias, vt testatur Hieremias.

Tamen cum communi Patrum sententia, inter parabolas recensetur, & nomina propria supprimantur, parabola vera est, cui non repugnat similitudinis probabilitas, quæ parabola est necessaria, & sine qua non doceret: imò nec etiam veritas illi obstat. Nam parabolam de farina satis tribus, ad literam accidisse legimus, cum Abraham præcepit Saræ: *Accelera, tria sata simila commisce, & fac subcineritios panes.* Imò quanto parabola maiorem habet probabilitatem, & ad historiam rei gestæ accedit, tanto magis docet, & persuadet. Et si ergo vt res gesta à Domino narretur hæc parabola, sicut tamen appositè, & artificiose conficta ad id quod docendum erat, vt plerq; alie. Illa enim Prodigij filij euntis in regionem longinquam, & postea ad patrem suum reuertentis, & ab eo cum gaudio excepti, & si vt res gesta enarretur, sicut tamen composita.

Habet autem hæc parabola & proœmium, & conclusionem, quæ eius scopum, & finem facillè detegunt. Cum enim Dominus quendam iurisperitum interrogantem, *Quid faciendo, vitam æternam possidebo.* Et Dominus quid Lex præciperet, interrogasset eum, illeq; protulisset præceptum diligendi Deum, & proximum: eius responsum Dominus commendauit. Ille autem volens iustificare se ipsum, dixit ad Iesum, *Et quis est meus proximus?* Cum enim iste callidus, qui tentandi gratia interrogauerat, laudem doctrinæ, benè respondendo habuisset, voluit etiam laudem iustitiæ venari, & se iustum ostendere, quod tantum iustos, vel Israëlitas diligeret; cum tamè alie nigenas, vel ethnicos non diligeret,

& odio Christum prosequendo, qui Deus est, & homo, vtrumq; præceptum dilectionis violasset: *Qui me, inquit, odit, & patrem meum odit.* Propterea Dominus non tam propter illum, quam propter nos, eleganti hæc parabola docet, se in primis, & maxime proximum esse, qui solus omnibus beneficiat; deinde omnem hominem, qui ope, & auxilio nostro opus habet, proximum esse nostrum, siue ille iuxta carnem notus sit nobis, siue ignotus. Et quanquam hæc vera sint, & commodè dicta, videtur tamè Dominus in genere docere voluisse, quis pro proximo habendus sit. Nam cum Scribæ, & Pharisei proximi nomine interpretarentur significari tantum suæ gentis homines, aut qui eis beneficerent, & huic legi de diligendo proximo, aut ipsi putarent excludi inimicum, aut legi adderēt: *Et odio habebis inimicum tuum,* hinc Dominus hæc parabola indicat proximum non concludi Iudaicæ gentis angustijs, sed quemlibet hominem hac appellatione comprehensum esse. Nec tantum proposita quæstioni Domini satisfacere curauit, sed accepta occasione plus docere voluit, quàm quæsitus est. Nam cum Iudæi de religione, & pietate præ cæteris gloriarentur, & Samaritanos velut irreligiosos abominarentur, nec vt proximos haberent, vsque adeo vt auctor Ecclesiastici Iesus filius Sirach illos odio magno prosequeretur, vt dixerit: *Duas gentes odit anima mea, tertia autem non est gens, quam oderim: Qui sedent in monte Seir, & Philisthim, & stultus populus, qui habitat in Sichimis:* id est, Samaritani, quorum metropolis erat Sichima. Hæc parabola dicta est simul ad reprimendum eorum fastum, ostendens Iudæos Gentilibus; & Samaritanis in vera pietate, & dilectionis proximi obseruatione esse inferiores, cum inuentus sit Samaritanus illi Hierosolymitano ciui misericordiam exhibuisse, quem Iudæorum proceres, Sacerdos, & Leuita, in itinere inuentum non subleuarunt, nec saltem cõmiseratione sunt prosequuti. Indicans obiter veram religionem

Ioan. 15.

Proximi nostri quinam sint.

Proximum scribæ, & phariseique solum agnoscerent.

Leuit. 13.

Matth. 5.

1. Cor. 1.

Quemadmodum Romani de potentia, Græci de sapientia, ita Iudæi de religione & pietate gloriari solebant.

Eccle. 50.

Quam odio si olim Iudæis Samaritanis

Iudæorum in humanitas, Samaritanorum in misericordia.

Vera religio in quo sita sit.

magis in subleuatione miserorum, quam in externis ceremonijs sitam esse.

4 Ambrosius parabolam Samaritani positam de quo tantum mystice interpretetur. Ambros. lib. 7. in Lucam, cap. 8. in fin. tom. 5.

Ludus demonis Caluini Ambrosiano illi aliorumque Patrum sensus, quae turpiter illudat

Hoc autem sensu generali prius posito probandus est secundario sensus ille à quibusdam mysticus dictus, vel minus principalis de Christo, & salute per eum humano generi praestita, & de se maximo proximo inter omnes mortales, vt Ambrosius contendit. Vt enim Dominus praeter id, ad quod primò parabolae assumuntur, mysteria quaedam nobis commendare voluerit, non potest videri vana illius parabolae tractatio, quae de Christo exponitur, etiamsi hodie aliter doceat heretici. Nam scribit Caluinus: Ceterum allegoria, quam hic excudunt liberi arbitrij patroni, magis inutilis est, quam vt refutatione sit digna. Secundum eos sub typo hominis vulnerati describitur Adae conditio sub lapsu unde inferunt non extinctam profusum eo bene agendi virtutem, quia tantum dicitur semimortuus. Et infra: Nihil plus coloris habet altera allegoria, quae tamen adeò placuit, vt omnium ferè suffragijs excepta fuerit instar oraculi. Samaritanum hunc fingunt Christum esse, quia sit custos noster. Vulneri infusum fuisse vinum cum oleo dixerunt: quia poenitentia, & gratiae promissione nos Christus sanet. Tertiam argutiam fabricati sunt, quod Christus non statim restituat sanitatem, sed Ecclesiae tanquam hospitali commendat paulatim curandas. Fate-mur nihil horum esse non plausibile, verum Scripturae maior habenda est reuerentia, quam vt germanum eius sensum hac licentia transfigurare liceat. Certè praeter Christi mentem has speculationes à curiosis hominibus fuisse cuius perspicuum est. Haec ille nebulo insultans Patribus antiquis, & magno falsae scientiae vento inflatus pronuntians quasi de tripode, & nullam rationem adducens ad sua somnia stabilienda praeter insignem quandam, & impudentem ignorantiam: cum haec dogmata, & in Ecclesia sint recepta, & veterum Patrum testimonijs confirmata, & nos inferius aliquid suo loco dicemus.

Exponenda est ergo praesens parabola in vtroque sensu, quoniam vterque literalis esse videtur, & à Patribus agnoscitur vt talis, vt à B. Ambrosio, Augustino, Cypriano, Irenæo, & alijs. Idem etiam probatur ex conclusione parabolae, in qua dicitur: Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Ex quo patet, proximum, esse omnem misericordiam ab alio suscipientem, vel alteri facientem. Hinc fit verisimile, aliquando inter Iudaeos fuisse controuersiam quis dici deberet proximus, an solus Iudaeus Iudaeis, & Gentibus Gentilis, an verò vnus quilibet homo hominibus alijs eius opera indigentibus.

Ait ergo textus Lucæ: Et ecce quidam Legis peritus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciendo, vitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum: In Lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi, rectè respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare se ipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus, &c. Ex his in primis habes, istum Legis peritum interrogantem, distinctum esse ab illo adolecente diuite, qui, teste Mattheo, interrogauit Dominum: Quid boni faciam, vt habeam vitam aeternam? Cui cum dixisset: Serua mandata, illeque respondisset se obseruasse, addit consilium perfectae paupertatis: Si vis, inquit, perfectus esse, &c. Nam ille, vt Basiliius considerauit homilia ad eos habitata, qui studio tenentur ditescere, bona mente Dominum interrogauit: hic verò, vt textus ait, tetras accessit: quam laudetur à Domino, quod rectè responderit. Interrogauit autè, Quid faciendo, vitam aeternam possidebo? quasi diceret, Dixisti beatos eos, qui te vident, & audiunt: vellem quod ego beatus esse. Christus verò mittit eum ad Legem: quae rursus mittit ad Christum: Scrutamini, inquit, Scripturas, quia vos putatis

5 Prædictum sensum qui agnouerint, & vnde etià confirmetur. Ambros. Aug. serm. 37. de verb. Dñi, tomo 10. Cyprianus lib. 3. epist. 13. circa med. Irenæ. libr. 3. c. 19. circa med. Proximus quis sit.

6 Luc. 10. Quo de Legis perito Dominum interrogante de via salutis hic sermo non sit. Matth. 19.

Basil. homil. 2. in ditescentes avaros, initio, tom. 1.

Luc. 10. Matth. 13.

Ioan. 5.

Legis peritus Dominum tentans, & dicens, Magister, quid faciendo, &c. cur mittitur ad legem.

Quam congrua Christi doctrina illi veteri

Doctores hoc loco quid muneris admoneant sui.

7 Legis peritus quæ sibi proximum putauerit secundu aliquos Theoph. in Lucam. Alter sensus congruentior.

Ille legis peritus vt voluerit iustificare seipsum.

Iustificatio quæ non bona.

Luc. 16.

Quo rursus id suscipiens au

in ipsis vitam aeternam habere: & illa sunt, quae testimoniam perhibent de me. Mittitur ergo ad Legem, quia Evangelio, quod Christus annuntiauerat, non crederat: quia obseruator legis per gratiam facile agnoscere posset autorem vitæ. Probauitque, eius responsurum, & dedit quod volebat: nempe vt appareret sapiens, dicendo: Rectè respondisti. Ostenditque, se nihil noui contra Legem attulisse in mundum, aut diuersum ab ea doctrinam, quam hactenus in Lege, Prophetis, & Psalmis scriptam legerat, sed de bonitate eum confundit, dicendo: Hoc fac, & viues: quasi diceret, Dicis, & non facis: qui me proximum odisti, & tentasti. Plus enim plerique amamus de pietate disputare, quam in via pietatis ambulare. Exemplum autem praebuit Dominus omnibus Doctoribus, vt in interrogati ab aliquo, modestè, & verè respondeant: omnes enim superiores Leuitas, & modestia maxime deest, vt se difficiles minimè praebent ad docendum, vbi fuerint interrogati, etiam à versutissimis hypocritis. Cum verò interrogauit, Quis est meus proximus? putat Theophylactus sic interrogasse, quasi putauerit, solū iustum iusto proximum esse, se verò omnes antecellere iustitia, ac proinde nullum se habere sibi proximum. Sed rectius alij existimant istum putasse proximos suos tantum iustos esse, atque Israelitas, atque id responsurum Dominum sperasse, seq; hac ratione iustum declarandum: vel simplicius se hac interrogatione iustificare voluisse, quia voluit se declarare sollicitum de Diuinæ legis intelligentia: quod iustorum tantum esse solet. Alij ita exponunt: Ille autem volens iustificare se ipsum, id est, volens se se expurgare ab omni culpa, vitioque; absoluerit, & se pro iusto apud Dominum veditare, quasi omnia quæ legis sunt, praestiterit, & nihil implendum reliquerit. Et in malam partem sumitur hec sui iustificatio, vt alibi cum dicitur: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra. Illud verò: Suscipiens autem Dominus (ita enim legendum, non suscipiens, cum

ciens, cum Græcè legatur απολαβων, id est, suscipiens, scilicet respondentis personam) videtur dictum esse ad differetiam prioris interrogationis, quia Dominus non suscepit, sed interrogatum reiecit. Estque phrasid Lucæ Evangelistæ, vsurpata, vt notauit Valla, à Xenophote, Καὶ ὁ κερσο απολαβων εἶπε, & à Lxx. Interpretibus, qui Job. 2. vbi nos habemus, Cui respondēs Satanas: illi dicunt, απολαβων εἶ ὁ δολος. Plato verò in Eutydemo expressit verbo ἰδεδειγμένος, id est, amplectens respondentis partes: & alibi, Γάνν μὲν ἔρη ἀ Σώφρατος, απολαβων ὁ Γολιμαρχος: & Virgilius: Suscipit Anchises, atque ordine singula pedit. Et hæc de instituto. Cortex literæ nihil difficile habet, cum omnia aperta sint, & magna probabilitate consent: propterea ad applicationem similitudinis, vt sensum verum, & intentum accedendum est, paucis tamen ad literam spectantibus praemissis, primùm aduertendum, ad bonos Principes, & Reges spectare, vt vias publicas ab omnibus graffatoribus, praedatoribusque, purgatas habere studeant, ne ipsorum negligētia, aut potius conniuentia, latronum multitudo indies augeatur, & tanquam Hercules agēs Cacos istos abigeos de medio tollant: alioquin peccata aliena ipsorum propria efficiuntur, & implebitur in illis, Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera. Quod in Regno Neapolitano maxime obseruandum principibus, & magnatibus, quorum malitia, vel negligentia itinera omnia sunt praepedita, & periculis quotidianis referta. Deinde aduerte, Sacerdotes, & Leuitas viso vulnerato, nulla impensa misericordia transiisse: vbi nostri Episcopi, Sacerdotes, & Ecclesiastici inclementiae arguntur, quod interdum ceteris laicis in Samaritano designatis minus sint misericordes, & tenaciores in ope prestanda existant: cum tamen bona clericorum, sint pauperum, & non solum debeant occurrentibus egenis alacriter subuenire, sed etiam ipsos pauperes & egenos delitescētes inquirere, & quoad possunt, illorum inopiam subleuare: Et pro-

te Dominus, & reliq.

Laure. Val la. Xenophon Plato.

Idem lib. 1. de repub. Virgil. 6. Aeneid. ali quato post medium?

8

Vias publicas ab omnibus earum praedatoribus expurgare, qui nã de beant ex officio.

Isa. 1.

Quos arguit prius ille Samaritanus.

Clericorum bona, quorum tantum sint.

Clericorum cū sacris intiantur, oleo cur manus inungatur. Hierem. 6.

Philip. 2. Medici officium.

Dictum Hippocratis de Medico. Cur infunditur vulneribus oleū, & vinum.

Plinius.

Isa. 1.

Medici quos gratis curare debeant, & quomodo.

Medici qui fures dici possint. Mar. 5.

Parabola Samaritani fesus litteralis

pterea eorū iunguntur manus, dum sacris intiantur, vt affluant misericordia, & clementia. Sed modò à minori ad maiorem, à Propheta vsque ad sacerdotem, omnes auiditiz student. Et rursum; Omnes quæ sua sunt, querunt, non quæ sunt Iesu Christi. Tertio, quod dicitur infudisse vinum & oleum plagis (singitur enim in viam suam illa se cū portasse, & alligasse vulnera eius) ad literam ex medicinæ arte acceptū est, non enim medici sine congruis adhibitis pharmacis sanant, cum elegantiter dixerit medicorum Princeps Hippocrates: Omnium quidem morborum natura operatrix, medicus verò minister. Rursum idem testatur, Vulnera non opus madescere, aut lauare, nisi vino tantum. Et intellige primò infudisse oleum ad leniendam plagam, dein de vinum ad abstergendam, consolidandamque. Plinius lib. 14. c. 22. Duo liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei. Adhæc, bona pars Chirurgi consistit in fascijs, & aligaturis: vnde Galenus librum integrum inscripsit De fascijs. Ad quæ omnia alludens, dicit Esaias: Vulner, & liuor, & plaga tumens, non est circū ligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Postremò instruantur medici, ne semper in medendo lucrū temporarium spectent, sed intelligant se lege charitatis obstringi, vt inopes, & soluere non valentes, diligenter propter Deum curare studeant; alioquin mortis illorum coram Deo rei futuri. Ne quid dicam de illis, qui consultò morborum curationem procrastināt, vt copiosam pecuniam ab infirmo emūgant, vt videtur accidisse Hæmorhoyssæ illi Euangelicæ, quæ omnes facultates suas in Medicos erogauerat, & nihil sibi profuerat.

Et in priori quidem sensu proponitur Iudæus quidam Hierosolymitanus iter fecisse ab Hierusalem, quæ in montanis locis est sita, in Hiericho, quæ est in conuallibus. Et primò quidem incidit in latrones casu, vnde & spoliatus, & vulneratus, ac semiuiuus est relictus, mox per riturus, si nemo succurreret, vt qui sibi nec opem ferre, nec medicum querere posset. Cū-

que Sacerdos: & Leuita transierunt illa eadem via, quorū erat maximè misericordia tangi, & miseriam subleuare pauperis, nullo vel misericordie signo viso pertransierunt: verum Samaritanus non solum est misertus, sed etiam neglecto itineris dispendio accessit propius, obligauit vulnera infuso oleo, & vino; & imposuit in iumentum suum, & deportauit instabulum, id est, hospitium meritorium, siue diuersorium, quod Græcè πειροχῆμα, qd quoslibet recipiat, dictū videtur, & dicitur à Cypriano ad Stephanū, & ab interprete stabulum ab stando, & quiescendo: vbi chirurgus aduocato curauit eum. Cūq; die sequenti necessitas itineris vrgeret, non illū proprio sumptu curandum reliquit, sed datis duobus denarijs stabulario, siue hospiti, vt ipsum curaret tantisper, dum ipse peracto itinere redisset: De meo, inquit, pretio hunc cura: & quicquid ultra summam hanc impenderis, non peribit tibi, sed ego reuersus numerabo. His dictis adiecit: Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones?

Circa istam tamen interrogationē occurrit dubitatio: quia Dominus significare videtur, reliquos præter Samaritanum nō fuisse proximos: quod si verum esset, non debuissent illum diligere, & non diligendo à peccato essent immunes. Deinde videtur extendere ista parabola, vt doceat Dominus solum illum esse proximū nobis, qui nos beneficio aliquo affecisset, ac proinde talem tantum diligendum, secundum illud: Diliges proximum tuum sicut te ipsum: quod esset consentire cum Iudæorum doctrina, cuius contrarium frequenter Dominus docebat. Respondemus, si hic esset sermo de solo Iesu Christo proximo diligendo à Scriba, vt contendit Ambrosius, non esse locum dubitationi: verum cū primaria Domini mens, nec illi intelligentiæ quadret quod sequitur: Vade, & tu fac similiter, non est ad id confugiendum. Dicendum ergo, interrogationis illius, & verborum Domini hunc esse sensum: Quis horum trium videtur tibi

Hospitium Græcè πειροχῆμα, cur dicitur. Cypri. lib. 3. epist. 13. circa med. Stabulū vnde dicitur.

IO In proposito parabola duplex dubitatio.

Ambrosii lib. 7. in Lucā, cap. 8. in fin. tom. 5. Cū quisquis ratione vritur, proximi rationem in duat, cur Dñs. præter Samaritanū reliquos excludit vnde dicitur.

Quid est, vade, & tu fac similiter.

Misericordia quæ Deo grata, & accepta. Matth. 9.

Ose. 6.

II Homo quidam descendens ab Hierusalē in Hierico quis ille sit.

Quando ascendit ab Hierusalē in Hierico. Gen. 3.

proximus fuisse, &c. se reuera proximum, & proximi officio functum erga eum qui incidit in latrones, vt nō voluerit illos significare non fuisse proximos, sed non se gessisse tanquā proximos, nec agnouisse infirmum illum, tanquam proximum. Postquam autem Dominus significauit, Samaritanum, etsi genere alienum, se tamen vt verè proximum misero illi exhibuisse, & illum pro suo proximo rectè agnouisse, tunc subiunxit: Vade, & tu fac similiter: id est, Da operam vt habeas pro proximo tuo omnē eum, qui ope nostra indigeat, in quemcunque incidere contingat, sine discrimine gentis, aut personarum. Et Græca littera habet: Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse eius (in gignē di, non dandi casu) qui incidit in latrones? Vt sicut interrogatum nō est: Et quis est mihi proximus, sed substantiue, Quis est meus proximus, id est, à me vt proximus habendus, ita & per substantiuum sic responsum dedit Dominus: Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse eius qui incidit in latrones? id est, qui gessit se vt proximum erga illum, & illum habuit, & agnouit pro proximo, illum subleuando. Ex his apparet, quantum præstet misericordia proximo impensa sacrificijs, & ceremonijs, in quibus Scribæ & Pharisei, & sacerdotes gloriabantur. Et rectè illis dixit, quod aliàs aperte dixerat ex Osea: Euntes discite quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium.

Iam ad sensum alium principale expedendum accedamus. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico. Hic homo, primus est, & quidam, hoc est, singularis in creatione, quia manu Dei plasmatus, & donis excellentibus ornatus: nominē etiam insignis, quia Adā, id est, homo: & in eo omnes filij eius censentur, qui in illo secundum naturam, & ex pacto Dei continebantur. Hic dicitur descendisse ab Hierusalē in Hierico: dū enim altius quàm par esset, voluit ascendere iuxta promissa sibi à dæmone: Eritis sicut dii, scientes bonum, & malum, reuera descendit: & volens occupare

primum locum, cum rubore ad postremum eiectus est: vt in eo impleatur tūm verbum Dauidis, dicentis: Detecisti eos, dum alleuarentur: tū verbum Christi: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Et descendebat, dixit præterito imperfecto, vt ait Theophylactus: semper enim humana natura ad malum labilis est, & instar lapidis ad inferiora descendit. Ponderat egregiè B. Basilius homilia in aliquot Scripturæ locos, hunc descensum. Præterea descensus hic erat ab Hierusalē, id est, à visione pacis, & securo loco, in regionem periculosam, & à iure, quod per gratiam habebat ad gloriam. Et dimissa Hierusalem, amisit pacem bonę conscientiæ, quam & ad Deum, & ad uxorem, & ad se ipsum habebat, cum quibus post peccatum bellū gerit. Proficiscebatur autē in Hiericho, anathemate à Deo percussam, & de qua nihil tollendum. Interpretatur enim Hiericho, Luna: & significat mundum istum à Domino execratum, & anathematis mucrone perfoßum. Ipse enim Christus dixit: Ego testimonium perhibeo de mundo, quod opera eius mala sunt: & Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. In hunc ergo Protheo incōstantiorē descendit homo, qui eius naturam indurus, ad eò inconstans euasit, vt scriptum sit: Stultus, vt Luna mutatur: homo senatus in sapientia manet sicut Sol. Stultus, assimilatur Lunę, quæ modò lucem habet, modò non habet: modò plena est, modò semiplena: modò obscurata: & ita non permanet in sapientia, & semper nocti inseruit, & habet lucem sine calore. Quia sapientia huius mundi splendet quidem ad illustranda opera humana, quæ nocturna sunt respectu spiritualium, & habet lucē quandam, calore tamen, nempe charitate destitutam. Vnde pulchrè dixit Apostolus: Scientia inflat, charitas vero ædificat. Et incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Latrones isti, qui à latendo dicuntur, quoniam transfigurant se in Angelos lucis, quo facilius imponere queant, dæmones sunt, qui & in celo diuinitatem

Luc. 14.

Psal. 72.

Luc. 14.

Qualis homo suapte natura. B. Basilius homilia in aliquot Scripturæ locos, hunc descensum.

Quid est, descendere ab Hierusalē in Hierico.

Iosue. 6. Ibidem.

Hierico quid significet.

Ioan. 7. Infra. 12.

Eccles. 27. Stultus quæ Lunæ similis sit.

Sapientia huius mundi quatenus splendeat.

1. Cor. 8.

In quos incidit latrones homo ille.

2. Cor. 11.

14. Dæmones, latrones cur disti. Gen. 3.
 Dæmones qui tantum euadant.
 Illi miserū vt hominē illum spoliauerunt. Ibidem. Interna animi vestimenta quæ sint.
 Ibidem.
 Quæ plagæ homini sue sint infligæ.
 14. 1.
 Psalm. 37.
 Ibidem.

tem sibi vsurpare, & rapere conati sunt: gloriam etiam, & diuinos honores ab hominibus tribui per idololatriam sibi contenderunt, animas insuper à Deo alienare, & in suam seruitutem inducere furtim tentant, & denique primos parentes sub specie serpentis aggressi sunt, & modò calca-neo tanquam grassatores huius regni insidiantur, à quibus qui euadunt, sūt rari, nisi illi, qui sibi ipsis omnino dif-fidentes, & viribus suis renuntiantes, in Domino confisi sunt.

Tria autem fecisse dicuntur. Pri-mum, spoliasse eum: deinde plagas im-posuisse: tertio, abiisse semiuiuo reli-cto. Primum igitur spoliarunt ipsum, non quidem externis vestibus, qui-bus carebant primi parentes, quia nu-di erant, & non erubescabant, sed gra-tuitis, & diuinis donis, quæ interna animæ vestimenta sunt, vt gratia ado-ptionis, sapientia infusa, iustitia origi-nali, immortalitatis veste, tunica Fidei, fascia spei, quæ cōstringit pectus, toga charitatis, cingulo castitatis, inau-ribus obedientiæ, armillis bonorum operum, & pallio patientiæ. Ideò post peccatum aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt se nudos. Deinde infli-xerunt vulnera ipsi nature, ex quibus fluebat sanguis peccati. Plagæ enim nature sunt, ignorantia ad verum, imbecillitas ad bonum, malitia, & proni-tas sensus ad malum. Ita vt posset di-ci de primis parentibus, quod Isaias de populo sui temporis pronūtiauit: *Omne caput languidum, & omne cor mærens. A plāta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumēs, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Vi-res enim naturales à vigore suo, & fortitudine exciderunt per peccatū, id est, intellectus, voluntas, memoria: non secus atque corpus vulneribus afflic-tum non præstat opera sua illa stabilitate, & fortitudine, quam sanū corpus possidet. Has plagas spiritua-les agnoscebat, qui dicebat: *Putruerūt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à fa-cie insipientiæ meæ: & rursus: Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne meā, ita vt om-*

nia peccata dici quodam modò pos-sint ex illa Adæ radice corrupta in-nos peruenisse. Ita in capite superbiæ vulnus suscepimus, in fronte, impu-dentiæ, in oculis, inuidentiæ, in auri-bus, curiositatis, in ore, maledicentiæ, in collo, & ceruice, inobedienciæ, in humeris, impatientiæ, in pectore, si-ue corde, tristi-tiæ, in ventre, gulæ in-satiabilis, in renibus, libidinis, in pedi-bus, pigritiæ, & instabilitatis, & in ma-nibus, auaritiæ, & rapacitatis innume-ra penè vulnera accepimus.

Tertio, dicuntur abiisse, ad tempus cessantes ab actu tentandi, tanquam satiati à cadauere. Abierūt etiam, ceu victores capta præda, ad alios seducē-dos, & spoliandos. Significatur etiā, quā citò prætereat peccati voluptas, quæ in libro Sapiētiæ vmbre, & nūtio præcurrenti, & naui festinanti, & au-i volāti, & sagittæ emissæ comparatur. Et damnati dicūt: *Quid nobis profuit superbia: aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam vmbra.* Et si autem pertran-seat peccati voluptas, remanet tamen vulneris signum: vt meritò confera-tur apī, quæ comedētibus mel suum, relinquit aculeum, dum fugit. *Illo se-miuiuo relicto.* Græcè dicitur, semi-mortuo: quod idem esse videtur, & aptior apparet lectio. Nam quos ar-mis aggressi sumus, & vulneribus cōfecimus, asserimus nos illos semimor-tuos reliquisse: quia, vt Theophyla-ctus exponit, mortuo corpore, anima immortalis manebat. Vel potius, quia licet homo esset mortuus gratiæ Dei, viuus tamen nature vulneratē reman-sit. Erat enim homo vita nature sanā-bilis, ob iudicium veri, & amorem bo-ni vniuersalis. Et quia eque mortuus, ac viuus nunquam vita nature per se vicisset mortem gratiæ, maximè quia dæmones impediūt, & plagæ sunt pro morte gratiæ, ideò tandem duceret ad mortem secundam geenne. Erat tamen talis sanabilis, si esset qui medi-cinam sanitatis adhiberet. Rursus sim-pliciter non ait eum mortuum, sed se-mimortuum: quia Deus eum sanare in Christo disposuerat: vt exponit Theo-phy-lactus. Est enim liberum arbitriū

13
 Quemadmo-dum latro-nes abierint homine se-miuiuo reli-cto.
 1sa. 9.
 Sapien. 5.

Ibidem.

Peccati vo-luptas apī cōparatur.

Hic homo vulneribus afflic-tus cur di-catur semiuiuus relic-tus.

Theophyl.

Alter sensus

Tertius sen-sus.

Idem:

De libero hominis arbitrio impij quid sentierit quid hæretici.

Gratiæ Dei, & Christo qui faciunt iniuriam. Rom. 8.

Augus. lib. 2. quæstio. Euang. c. 19. tom. 4.

14

Lex à Deo cur data.

Rom. 5.

Sacerdos, & Leuita eadē pergentes via, quid de-notent. Gen. 4. Infra. 8. Infra. 14.

in homine, non omnino mortuum, & extinctū, vt Manichæus, & Luthe-rus impiè asseruerunt: nec omnino vitium, & sanum, vt mentitus est Pel-agius; sed semimortuum, siue semiuiuum, hoc est, infirmum, & debile: vt ad malū quidē per se possit assurgere, ad bonum verò diuinum, sine gratia Dei auxiliante, & robustū reddente, non valeat, cum illa tamen & assentiri Diuine inspirationi, cū vocatur, & sus-cipere dona Dei spiritualia, & satisfacere Diuinæ legi, Deumq; super om-nia diligere, & motus fomitis, & cōcu-piscentiæ reprimere, & tētationes Dia-boli vincere, & bonorū operū meritis vitā æternā consequi valet. Quod qui negauerit, profectò iniurius est gratiæ Dei, & ipsi Christo, qui p nobis mor-tu⁹ est: vt quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē, præsta-re possem⁹. Quod Augustin⁹ lib. Quæ-stionū Euāgelicarū ita exponit: *Et in-cidit in latrones, Diabolū, & angelos ei⁹ qui eū spoliarunt immortalitate, & pla-gis impositis peccata suadendo relique-runt semiuiuū: Quia ex parte, qua po-dest intelligere, & cognoscere Deum, viuus est homo: ex parte, qua peccatis contabescit, & premitur, mortuus est, & ideò semiuiuus dicitur.*

Accidit autem, vt sacerdos quidam descenderet eadē via: & viso illo, præ-teriuuit. Similiter & Leuita, cum esset se-cus locum, & videret eum, pertransijt. Descripsit hactenus miserabilem sta-tum hominis: iam de remedio tan-tis plagis adhibito sermonem facit: & quid potuerit Sacerdotiū Leuiti-cum cum sacrificio, & quid Moyse, & Prophetæ, explicat. Et in primis pul-chrè dicit: *accidit: quia occasione ido-lolatriæ intrauit Lex, qua subintrante abundauit delictum, vt ait Apostolus.* Reuera enim lex data fuit propter hu-manam infirmitatem, quæ ab initio ca-pere non poterat Sacramentum Do-minicæ Incarnationis: Sacerdos er-go & Leuita per eandem viam in-gredientes, apte significant Sacerdo-tium Aronicum, & legem cū Prophe-tis à Moyse datam. Vel Sacerdotium antiquū, quod cœpit in Abel, Noë, & Melchisedec, quod fuit in lege na-

turæ, & Leuiticum rursus Sacerdotiū, quod fuit in lege Moyfi: omnes enim sacerdotes tales, & eorum quilibet descendebat eadē via in defectū, & mutationem significatam in Hiericho. *Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, no est vsque ad vnum, scilicet Sa-maritanum.* Omnes indigerunt me-dico, & Salvatore. Dicuntur autē Sa-cerdos, & Leuita viso illo præterijisse. Quippe per legem cognitio tantum peccati & infirmitatis habita est, at per illam neque peccati remissio, neq; sanitas collata est. Per Legē notus ca-sus Adæ; spoliatio donorum; ac vul-neratio, remedium tamen sperandū erat ab vno Christo: *Nāq; impossibile erat sanguine taurorū, & hircorū aufer-ri peccata, vt rectè Paulus ad Hebræos argumentatur.* Verbū autē, Præterijt, in Luca bis positū, Græcè, *ἐπιπαρήθη* propriè significat cæcis oculis mise-ros inspectos præterijt. *Samaritanus autem quidam iter faciens, venit se-cus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alliga-uit vulnera eius, infundens oleum, & vinum.* In Samaritano, qui custos in-terpretatur, Christus potissimum in-telligitur, & in eo omnes ministri No-ui Testamenti, vt in Adam omnes homines in sola natura: in Sacer-dote omnes adiuti sacrificijs: in Le-uita, id est, Moyse, omnes Legis, & Prophetiæ munere donati. De hoc Sa-maritano hoc loco loquitur Ambro-sius: *Nec vocabulo, inquit, secta despi-cias, quæ verbi interpretatione miraris. Samaritani enim vocabulo custos signifi-catur. Hoc habet interpretatio. Quis est custos, nisi ille, de quo dictum est: Custodiens paruulos Dominus? Itaque sicut Iudæus, alius in litera, alius in spiri-tu; ita est Samaritanus alius foris, a-lius in occulto.* Sic ille. Dicitur au-tem iter facere, & non descendere de Hierusalem: quod tamen ad bo-num sensum dici poterat, quia ipse ab Hierusalem cœlesti descen-dit ad nos: sed ne intelligere-mus descensum similem ab Hieru-salem per peccatum, quemadmodum de alijs, ab illo verbo abstinuit, & tan-

Quale fuerit Sacerdotiū vetus.

Psalm. 13: Rom. 3.

Quid quod Sacerdos, & Leuita viso homine à la-tronibus vul-nerato præ-teriere. Ibidem.

Hebr. 10.

Samaritanus iste mysticè quis.

Ambros. li-br. 7. in Lu-cam, cap. 8. sub initiū, tom. 5. Psal. 114.

Rom. 5.

Bonus ille Samaritanus cur iter dici-tur fecisse.

tum dixit, *Iter faciens*, quia se propter nos constituit viatorem. Et hæc fuit potissima sui itineris causa (ac non fortuita, vt fuit illa sacerdotis, & Leuitę) nepe, vt *quereret, & saluū faceret quod perierat*. Venit enim in hunc mundū, peccatorē saluum facere, non præteriens, & obiter nos visitans, sed nobiscū versatus, & loquutus. Vidēs etiam, noua, & ab experientia ducta scientia, & oculo clemētię nostras miserias, & nostra peccatorū vulnera, nobis appropinquauit, carne vestitus, & morti se pro nobis offerēs, vt propinquā nobis præberet medicinam, quā per Fidē epōta, sanitatē consequeremur. Additur, *Misericordia mot⁹*. Quia per omnia debuit fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis Pōtifex ad Deū, vt repropitiaret delicta populi. Infudit autem vinum, & oleū. In quibus repræsentatur vis sāguinis Christi pro nobis in Cruce fusi, qui quatenus dolorem, & timorem incutit, vinū est quia de beneficijs Dei etiā timendū, & quo maiora, eo magis trepidādum est nobis, ne ingrati inueniamur: & nihil quod contra Christi sanguinē est, leue, aut exiguum debet existimari. Est ergo vinū, quatenus pœnitentiā elicit, & obedientiā legis, & imitationem suę mortis à nobis exigit. Oleū verò leniens est, quatenus remissionē peccatorū, & spem vitę æternę, & amorē, atq; in aduersitatibus consolationem, & patientiam tribuit. Oleum etiam, ad vsum lucis, & ad vngendum luctatores, & ad cibos quos edimus, preparandos solet deferuire. Et talis est diuina gratia Christi sanguine empta, quę illuminat cōtra ignorantiam; & adiuuat contra imbecillitatem, & impotentiam; & dulcescere facit cordibus nostris præcepta Dei, contra malitiam, vt possimus dicere, *Quām dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: & vñctio eius docet vos de omnibus*. Vinum verò mordax est: & tales sunt comminationes pœnarum, quę in præfenti vita infliguntur, siue earum, quę improbos manent in futura vita. Subditur præterea, alligasse vulnera, ne videlicet impetu quodam,

cum sanguine efflaret animam. Et hoc fuit alligare, non quidem auferre, sed comprimere concupiscentias, illasq; vt vinci possint, mitigare. Atq; hoc præstitit per legem nouā vim ligandi habentem: nam Lex à ligando dicitur. Sunt autem Legis Euāgelicę præcepta, vincula quędam, siue fascia, nostra mala vincula deuinciens. Vnde Salomon: *Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abicias consilium meum. Inijce pedē tuum in cōpedes illius* (scilicet sapientię, de qua est sermo, id est, proficere seruitutem illius) *& in torques illius collū tuū. Subijce humerū tuū, & porta illā, & ne accideris vinculis ei⁹*. Et infra: *Decor enim vitę est in illa, & vincula illius alligatura salutaris*. Hęc ille de præceptis, al ludens ad fasciam, qua sanitatis gratia alligantur vulnera.

Est autem vinculorum vsus triplex: nempe aliquid attrahendi, vt cum educimus aquam de puteo; vel aliquid retinendi, ne id à nobis extorqueatur, vel denique vnum alteri constringendi, & alligandi. Præcepta affirmatiua, vincula trahētia sūt; negatiua verò, retinentia: consilia verò Euangelica, vincula sunt, quę arctius nos cum Christo & Ecclesia constringunt.

Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: *Curam illius habe, & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero, reddā tibi*. Inprimis iter faciebat cum iumentō, quod dicitur à iuando, quasi iuua iumentum. Et significat innocentissimā carnem Domini, quam assumpsit, vt eam sacrificaret pro delictis nostris, & in qua onera peccatorū nostrorū portaret. Tūc ergo imposuit vulneratū super iumentū; quando pœnā peccatis nostris debitā ipse luit in corpore suo: nā, teste Petro, ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū. Fuit autē iumentū obediētissimum, & mite, nō autem recalcitrās, quęadmodum corpus nostrū nobis reluctatur: fuit etiam fortissimum ad tot, & tantā onerā portanda. Et, vt annota-

Alligare vulnera iuxta spiritū quid.

Lex vnde dicitur.

Eccles. 6.

Inijcere pedem suū in compedes sapientię, vt ait Sapiens, quid sit.

15 Vinculorū vsus triplex.

Præcepta Dei, & consilia euangelica qualia sunt vincula.

16

Iumentum quod super imposuit hominem vulneratum bonus Samaritanus.

Isa. 53.

1. Petr. 2.

Quām aptū illud fuerit iumentū, & commodum

uit

Euthym. c. 36. in Lucam.

Psal. 39. Hebr. 10.

Stabulariū, diuersorium que cur huius nominis

Prostibulæ mulieresque

Stabulū quid mysticē.

1. Pet. 2. Hebr. 13. Ecclesia hospitalitas.

Deut. 23.

Psal. 48.

17 Stabularius vt curam illius miserii hominis habuerit. Ioan. 17.

Infra. 21.

uit Euthymius, Græcè dicitur *ἡσυχαστής*, id est, occidi, quia pecus siue iumentum mactationi nascitur, vel mactari, & immolari solet. Quod pulchrè Christi corpus pro omnibus sacrificijs Veteris Testamenti immolationi destinatum significat, secundum illud Prophetę: *Sacrificiū, & oblationem noluisti, corpus autē perfecisti mihi*. Deinde inquit, duxisse illū in stabulum. Stabulum autem à stando dicitur, in quod longo itinere fessi diuertere solent, quod Græcè hīc nominatur *παροξιστήριον*, id est, hospitium, siue diuersoriū, quod à diuertendo deriuatur: vnde stabularię mulieres, quę viatores mercede pascunt, & stabularij hospites viatores pretio recipientes: & prostibulæ mulieres meretricēs vocantur, quę ante stabulum, siue hospitium ædes habēt quæstus copiosioris gratia, concurrentibus aduenis. Significat autem stabulum, Ecclesiā, in qua sola quiescendū, & refectio verbi Dei, & Sacramentorū sumenda, & ad quam omnes Christiani colligi debemus, velut in hospitium quoddā, profitentes nos in hoc mundi deserto peregrinos, & viatores, & non habentes hīc manentem ciuitatem, sed futurā inquirentes. Et bene dicitur hospitium Ecclesiā, quia omnes suscipit cuiuscunq; nationis, sexus, ætatis, & cōditionis homines, & nō veluti Lex Moy si, quę Moabitas, & Amonitas ab ingressu Ecclesię arcebat, Ecclesia verò non tantū homines ratione benē vtētes, sed etiā eos, qui in bestias degenerarūt, & animatā, suscipit, vt ex illis tamen homines, imò filios Dei efficiat. Multi etiam ex filijs Dei suo vitio iumentis insipientibus similes efficiuntur, & in Ecclesia non aliter sunt, quā iumenta in stabulo.

Subiungitur, curam illius egisse: quoniam Dominus dum viueret, peccatorum curam gerebat: *Quum essem*, inquit, *cum eis, ego seruabam eos, vsque ad diē resurrectionis, siue Ascensionis*: nam ille est dies alter à Passione. Et tunc protulit duos denarios, quos dedit stabulario, siue hospiti, hoc est, Petro Apostolorū principi, & Ecclesię pastorī, cui ad literam, post Resurre-

ctionem data est tanquam pastorī cura ouium Christi. Et in eo intelligendus est omnis ordo Prælatorum, siue pastorum, qui vocati sunt in partem sollicitudinis, & Ecclesiarum peculiarium gubernationem, quas quidem cum eo, & sub eo administrant. Hinc egregiē Cyprianus ad Stephanū, *Suscipiamus ad nos prōpta, & benigna humanitate, & stabulū cōmeantibus præbeamus tale, quale est in Euangelio, quod à latronibus sauciati, & vulnerati suscipi, & foueri, & tutari à stabulario possunt. Quę est enim maior, aut melior cura prepositorum, quā diligenti sollicitudine, & medela salubri fouendis, & conseruandis ouibus prouidere?* Sic ille. Cum ergo peccata omnia, etsi condonata sint à Christo, relinquunt tamen cicatrices quasdam & vitiosos habitus, ac propehiones ad malum, rectè à Christo sanati traduntur Ecclesię omnino sanandi. Vt interim omittam, filios Dei interdum in peccata relabi, & à latronibus iterū sauciari: vnde congruum sanè erat, vt tantę sapientię Dominus medicos spirituales relinqueret. Et sicut verbum reconciliationis, quod in prædicatione consistit, Ecclesię dedit, ita etiam ministerium reconciliationis ad remittenda peccata, quod in Sacramento Pœnitentię & absolutionis situm est. Et hæc mihi propter Caluiniū exciderunt.

His igitur, id est præpositis ad bene gubernādum, dedit *duos denarios*, id est, potestatem verbi, & Sacramenti, vel intelligentiam Noui, & Veteris Testamenti, quę eandem Dei imaginem referunt, & secundum quam Ecclesiam regere debent, vel dilectionis Dei, & proximi præcepta, sine quibus nemo bene gubernat: vnde Petrum de charitate prius examinauit, quām pastorum illi conferret. Irenæus per stabularium vult intelligi Spiritum sanctum, quia videlicet ille est, qui regit Petrum, & alios posteros, per quos gregem pascit, id est, Ecclesiam, & curam illius gerere videtur, & suscipit omnes aduentantes in hospitium Ecclesię: Et ait,

Stabularius quis ille.

Cyprian. lib. 3. epist. 13. circa medium.

Maior cura præpositorum siue pastorum curę nam sit, teste Cypriano.

Verbum reconciliationis in quodnam sit. 2. Cor. 5.

18 Duo denarij stabulario dati, qui mysticē.

Ioan. 21.

Irenæ. lib. 3. c. 19. circa mediū. Stabularius quid secundū Irenæū.

Ioan. vi. curam illius habe. Hoc dictum est Petro, & in illo, & per illum in consecratione omnibus. Episcopis dicitur. Et ut magis præcepti huius memores essent; tertio dixit, *Pasce oves me, &c.* Et cura habenda est, non tantum verbo, & Sacramento, sed etiam exemplo bonæ vitæ, & subsidio, siue spirituali deprecationum, siue corporeo bonorum temporalium, ubi illa eis suppetat, & alij egeant. Et tanta cura est habenda animarum, ut si quis negligentia illius perierit, sanguis sit ab eo requirendus, ut testatur Propheta. ¶ Subdit: *Et quodcumque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.* Opera quædam necessaria sunt ad salutem, quædam verò consilij, & perfectionis sunt, ad quæ præstanda nemo obligatur. Erogat ergo, qui sibi talenta credita distribuit: supererogat, qui amplius quàm accepit, impendit; id est, qui præceptis Christi adiungit Ecclesiæ mandata, & illa pro tempore; & loco, & personarum ratione constituit, quo melius seruentur diuina, & Evangelica decreta, præscriptisq; à Domino adiungit consilia, qui scripturis adhibet Catholicas, & doctas expositiones, & qui sine sumptu ponit Euangelium cum Paulo. Tales possunt dicere: Domine, duos denarios tradidisti mihi: ecce alios duos supra impedi. Promittit autem huiusmodi bonis operibus præmium repensurum, secundum illud: *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisi fidelis, super multa te constituam; & rursum, Mensuram bonam, & conferatam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Et Apostolus: *Scio, inquit, cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare usque in illum diem.*

19 *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.* Dominus more suo, ut magis percutiat, solet interrogare auditores, ut ex confesibus ab illis eos acrius vergeat: sicut in parabola talentorum

dixit: *De ore tuo te iudico, serue nequam.* Idem fecit in parabola duorum filiorum in vineam emissorum à patre familiâs, & in parabola plantatæ vineæ, & in alia duorum debitorum vnus creditoris: & in parabola à Nathan Propheta proposita ipsi Dauidi. Respondit autem Legis peritus, illum fuisse verè proximi officio functum, qui fecit misericordiam in illum: Tanta enim est vis veritatis, ut ex ore hostium etiam capitalium interdum erumpat. Propterea rectè replicans Dominus, concludit: *vade, & tu fac similiter, id est, quemadmodum illi infirmo Iudæo descendenti ab Hierusalem in Hierico non fuit proximus Sacerdos, vel Leuita, sed Samaritanus Gentilis; ita tu vade, id est agendum, ut sit hortantis interiectio, siue, recede ab opinione tua, qua credis solum Iudæum proximum esse: Et tu fac similiter, id est, habeas pro proximo tuo hominè etiam nõ Iudæum, eum corde diligèdo, & opere iuuando.* Quod si fortè obijcias, responsionem videri ad rem non esse: nam interrogat: *Et quis est meus proximus?* & Christus respondit non quis esset eius proximus, sed cui ipse proximus esse deberet. Respondit: *Saluator ita debuit vni respondere, ut omnes in illo doceret, nullivni aliquem præfigens proximum, sed omnem creaturam ratione vntem, quæ recipere simul, & rependere dilectionem possit: Docemur ergo nos hic, cui proximi esse debeamus, non quem proximum inuenire valeamus: quia apud Deum non est meritum diligere, sed diligere, non accipere, sed tribuere, non ministrari, sed ministrarium impendere.* Cùm ergo Samaritanus, id est, inimicus, possit tibi esse proximus, valeatq; tibi succurrere, & tu incidere in eum, ut beneficio eius indigeas: consequens est, ut etiam inimicum pro proximo habere debeas, & illi facere quod tibi fieri velis in simili inopia constituto. Non enim excusat quod ille sit alienigena, quod à Leuita, & Sacerdote sit relictus; id est à prædicatore, Sacerdote, parocho aut Episcopo pastore animarum inter-

Luc. 19.
Matth. 21.
Ibidem.
Luc. 7.

2. Reg. 12.
& seq.

Veritatis
quanta vis.

Hæc Christi
responsio legis perito:
Vade, & tu fac similiter
quam fuerit idonea.

Proximi nomine qui cendi sint:

Matth. 7.
Ineptæ excusationes ad defectu dilectionis proximi.

Dominici gregis cura qualis habenda sit.

Ezech. 33.

Eroget quis Supereroget quis.

1. Cor. 9.

Matth. 25.

Luc. 6.

2. Tim. 1.

Maleuolos Christus auditores de more cur in terroget.

Eccle. 17.

Fructus huius parabola.

20

Quid Christo debeamus in proximo.

Matth. 25.
Christi in hominè beneficicia.

Infra. 27.

Veras qui proximus.

1. Ioan. 3.

dum homo dimittatur: quia satis est quod Deus vnique mandauit de proximo suo. Neq; quod infirmus nihil petierit, quia ut etiã ad non petentes, & liberales, & benigni simus, parabola hæc proposita est. Neq; obstare debet, quod parũ spei esset de vita, & salute hominis semimortui relictæ: quia nostrum non est sanitatem, aut vitam conferre, sed charitatem, ut illam habere possit, si Deus velit impendere. Neq; cõsiderauit fieri posse, ut ipse rapiatur in suspiciõne cedis, præsertim si in via ille expirasset: sed ad Deum tantũ, & charitatè aspiciere docet. Nec hic egit aliorũ iudicè, dånans eos qui cõspicũ preterierat, sed tãquã pretiosũ thesaurũ ignotũ alijs ipse sibi assũpsit, & assumendũ nobis esse docuit.

Christo igitur in Samaritano designato, beneficium rependere instrui mur. Et quoniã Christus singulo cuique homini hoc beneficiũ à Samaritano præstitũ vulnerato, ipse iuxta fensum intentum in parabola impendit, vicissim exigit à nobis, ut illi beneficium rependamus, quod cùm Christo gloria, & immortalitate prædito rependi nequeat, superest, ut illi in membris suis, quæ actu talia sunt, vel virtute talia esse possunt, illud ipsum beneficium rependamus. Nam ipse est qui acceptum fert, quicquid cuiunque homini eius gratia donatur, & qui dicturus est: *Quandiu fecistis mi de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Ego enim sum homo ille, qui propter te à cœlesti Hierusalem descendi in Hiericho huius mundi, & incidi in latrones, custodes vineæ, id est, Scribas, & Phariseos, qui me despoliatum ad flagellandum, & crucifigendum obtulerunt, & me in monte Caluario quinque magnis plagis vulnerarunt. Appropinqua ergo intellectu, & commiserare meam nuditatem, & plagas: vel saltem in mēbris meis illa officia charitatis propter me præstare cõtende, ut ita te agnoscam verum proximum opere, & charitate, & non tantum verbo, & lingua diligentem, ut ita dignus sis, qui mihi, & Patri meo, & Spiritui sancto proximus sis in gloria, & mihi

simul cum illis reddas laudem, honorem, gloriam, & imperium in secula seculorum, Amen.

TRACTATUS XVII.
De parabola amici accomodatõ petentis tres panes: de qua tantum habetur apud Lucã. cap. II.

QUIS vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, *Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille de intus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecũ sũt in cubili: nõ possũ surgere, & dare tibi, &c.*

Quò præfens parabola pertineat, difficile non est ex præteritis, & sequenti bus cõiectare. Nã cũ Dominus ab Apostolis rogatus, ut eos de modo orãdi institueret, illeq; precẽ Dominicã proposuisset, induxit hanc parabolã, ut vrgeret nos ad sapè iterandam orationem in Fide, & spiritu, donec quẽ desideramus, obtineamus. Parũ enim est, alteri gladiũ porrigere, nisi vsum gladij doceas. Admonet igitur ne preces nostras vel negligèter, vel remisse faciamus; & quàm sit Deus natura beneficus, & exorabilis.

Si spectemus literã, fingitur homo in necessitate constitutus, ad amicum media nocte confugere, amici fores pulsare, difficultates suas exponere, excusationem amici nihil morari, sed tandiu pulsare, donec ex oratore fiat exorator: nam apud homines plus potest importunitas, quàm amicitia. Fingitur amicus, à quo petitur, iacere in lecto, ac propterea excusationem obtendere, & moras surgendi neclere: & tamen tantum potuit alter improbitate sua, ut supra quàm volebat, obtinuerit. Ex

I
Quò tendat hæc parabola.

2
Literalis sensus proponitur.

Apud homines quantum importunitas valeat.

Quæ causa sit fidelium amicorū raritatis. *Judic. 16.* Humanaque amicitia.

Secunda ratio. *Eccles. 6.*

Honesti amici quam rari inveniuntur.

Amicorum proditores.

3 Quam hodie refrixerit hominū charitas, & amicitia.

Fœnum turpisimum quod.

4

quo primū discere, quod rari sunt fideles amici: ait enim, *Quis vestrum, quasi dicat, pauci sunt: quia amicitia in delectatione, aut utilitate positæ, non sunt solidæ, ut illa Sampsonis ad Dalidam coniugem, per quam est omni virtute (quæ in septem crinibus fita erat, spoliatus, funibus concupiscentiæ ligatus, & intellectu excæcatus, & molendinum propriæ cupiditatis, & voluptatis trahere cogitur. Amicitia insuper in utilitate firmata diuturnitatem non habet, de qua ait Sapiens. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Amicitia verò honesta, rara est, quia ut ibidem dicitur: Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum: quia sæpe vitio hominum qui parum fidem colunt, amittitur. Hinc Pompeium Magnum per ministros sceleris trucidavit ingratus ille amicus Ptolemæus Dionysius, Senecam Nerō discipulus eius mori coegit, Iulium Cæsarem Brutus, & Cassius, amici, & familiares, neci dederūt, Augustus Cæsar Ciceronem proscribi, & interfici permisit; M. Marcellū P. Magius Chilo eius familiaris post cœnam trucidavit. Vides igitur, quā parum fidelis sit, ac tuta amicitia hominum.*

Deinde discere ex illo verbo, *Comoda mihi tres panes*, paucos esse hodie, qui mutare, aut comodare velint: vī que adeo enim refrixit hominū charitas, ut etiam inter summè coniunctos mutuatio nō fiat nisi vel sub pignore certo, vel sub spe, & interdū pacto manifeste alicuius emolumentī, quod plañe fœnus est turpissimum: vel loco mutui quisq; iam emptionis cōtractū facit, ut lucrum aliquod ex enumerata pecunia accipiat. Quod licet per se licitum sit, quia tamen Christianā inuicem mutuandirationem extinguit, suspitione criminis non caret: nam & vulgus dum has emptiones facit, se mutuari asserit: & illi etiam, qui sub certa mercede locant equos, aut iumenta, commodato dare dicuntur. Sed hæc fufius persequi, non est huius loci.

Tertiò ad literam nota, libenter

esse aliquem laborem subeundum propter proximum, siue amicum, quemadmodū iste media nocte surrexit, & quiete sua se priuari passus est: nam quæ nobis volumus bona, eadē proximis velle debemus. Quarto circa verba aduerte, quosdam esse, qui pauperibus non nisi ob importunitatem eleemosynā, siue spiritualem, siue temporariam, donant: quod et si imperfectum sit, tales tamen gradum sibi faciunt, ut in posterum libentius in pauperes eleemosynas impertiant. Ut enim Deus coegit Loth cum vxore, & filiabus, ut de Sodomis exirent, & in Euangelio ministro vocanti ad cœnam præcipit: *Compelle illos intrare*, ita Deus nonnulla opera nostra, quæ cum quadam repugnantia, & necessitate facimus, solet acceptare. Felix enim est necessitas, quæ ad meliora compellit: non quod liberum arbitriū nobis eripiat, sed quod ex nolentibus volentes faciat. Et hætenus de litera.

Circa intellectum principalem, hic homo surgens media nocte, & confugiens ad amicū, quiuis nostrū est confugiens ad Christum, qui sua munificentia, & charitate nos in suam amicitia asciscere dignatus est: Vos, inquit, dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. Qui, ut inter nos & ipsum tanquam amicos, posset esse æqualitas, qui Deus erat, homo factus est. Præuenit nos autem suo amore, ad amicitiam excitado, ut ait Dilectus: *Nō quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniā ipse prior dilexit nos.* Et ut firmam, & solidam nobiscum amicitiam iniret, summum amicitia argumentum nobis testatum reliquit, dum posuit animam suam pro amicis suis. Est autem amicorum vnum vel le, & idem nolle, secreta inuicem cōmunicare, simul & in vna mensa conuiuere: ob quā causā perpetuū Eucharistiæ cōmuniū instituit. Et quia amico rum omnia sunt communia, voluit nobis omnia sua vsque ad nomen, & dignitatem filiorum Dei, & confortium Diuinæ naturæ communicare, ut vicissim illi nos ipsos, & omnia nostra refundamus. Est etiam amico

Quid præstandum amico.

Matth. 7.

Qui tantum importuna te vici eleemosynas faciunt, quid tamen afficiantur.

Gen. 19.

Luc. 14.

Felix quæ necessitas habenda.

5 Homo surgens media nocte quis.

Ioan. 15.

1. Ioan. 4.

Propriū amicitia quid.

Christi in nos charitas quanta.

2. Pet. 1.

Alteram amicorum conditio. *Eccles. 6.*

Amicus qualis sit Ielus. *Apocal. 1.*

Mira in homines Christi dignatio.

Luc. 16.

Supra. 7.

Ioan. 8.

Luc. 19.

Matth. 9.

6

Media nocte ire ad amicū quid.

Psal. 119.

Tres panes qui, secundū Augustinum.

Aug. serm. 29. de verb. Dñi. to. 10.

Alter scelus, de tribus panibus.

Theophyl. Tertius scelus.

rum proprium, in necessitatibus quæ emergunt, operam mutuam, & obsequium impendere inuicem: nam ut dicitur à Sapiente: *Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei te ipsum.* Quo iure omnes nos ad Christum confugere debemus, qui primus est, & nouissimus: primus quidem, in illa ineunda; & nouissimus in illa dissoluenda, & verus amicus, de quo soliti sumus dicere, quod sit alter ego. Est autem sitis ingens filij Dei hominem in amicitiam suam recipiendi, nec est ut alij Principes, qui multos habere amicos, neque possunt, neque volunt: at Christus etiā Lazari mendici, ac vlcibus pleni, imò peccatrici profanæ, & adulteræ, & Zachæi publicani, & Matthæi in thelonio sedētis amicitiam non solum non horruit, sed etiam affectauit.

Pergit autem amicus media nocte. Per quam significatur aduersitas, & tentatio, imò feruor tentationis ad deprecationem impellens. Nam mala quæ nos in hoc mundo premunt, ad Dominum ire compellunt. Hinc David; *Ad Dominū, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.* Et dicit illi, *Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum.* Per tres panes, aut Fidem sanctæ Trinitatis intelligimus cum Augustino, ut Fides Patris potentis corroboret nostram infirmitatem; Filij sapientis, nostrum intellectum illustret; benigni Spiritus sancti nostrā inflammet voluntatem. Vel, tres panes sunt, tres virtutes Theologicæ: Fides in Deum trinum & vnum; Spes de venia peccatorū, gratia, & gloria; Caritas Dei nostri, & proximi. Vel, ut ait Theophylactus: *Tres panes triplicem refectioem trium partium hominis, quæ suo cibo egēt, Corporis nempe, Animæ, & Spiritus significāt.* Et commodato petit, non dono: non enim liberā largitionem petit, sed sub tacita restitutione commodati. Nam in commodato rei dominium non transfertur, sed repetitur ex integro, & sepe cum annexo lucro reddendū vsuras eorum,

faltem gratiarum actiones, ne reprehendatur cum seruo, qui abscondit mnā, & ligauit in sudario.

Amicus autem, qui venit ad illum de via, Angelus Dei est, qui inspirat ad deprecandum, & petendum; & in media nocte tribulationis, vel in extremo vitæ positus non habet homo peccator quid illi apponat, quod ille non abominetur. Sic enim exponit Theophylactus. Ideo ad Dominum confugiendum vel media nocte. Talis enim erat David, qui dicebat: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.* B. Bernardus serm. in Rogationibus de tribus panibus, alio modo exponit. *Quid est, inquit, quod amicum vnum perhibet aduenisse, nec tamen contentus est querere panem vnum? Putas ne tam voracem aestimabat amicum, ut non posset vni sufficere panis vnus? Nam vni quidē tres apponere panes inconsequens omnino videtur: puta ergo cum vxore, & mācipio hominem aduenisse, ut suum cuique panem apponere velit amicus. Ego quidem amicum venientem ad me, non alium intelligo quā me ipsum. Nemo quippe charior mihi, nemo germanior est. Ad me ergo de via venit amicus, cum transitoria descrens, ad cor redeo, sicut scriptum est: *Redite præuaticatores ad cor.* Deinde tunc verè sibi quisq; amicus est, cum de via redit: *Quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* A die itaq; conuersionis meæ, de via ad me venit amicus. Venit de regione longinqua, ubi pascere porcos, & ipsorum siliquas insatiabiliter esurire solebat. Venit fame laborans, confectus inedia, attenuatus ieiunio. Venit necesse habēs inuenire amicum. Sed heu, me pauperē elegit hospitem, & vacuū ingreditur habitaculum. Quid faciam huic amico misero, & miserabili? Omnino enim nō habeo quod ponam ante illum. Fateor, amicus est, sed ego mendicus. Quid venisti ad, me amice, in necessitate tanta? Nō sum mendicus, & non est in domo mea panis. Festina, inquit, discurre, suscita amicum tuum illum magnum, quo maiorem dilectionem nemo habet, sed neque substantiam ampliorem. Quære, pete, pulsa, quia omnis qui quærit, inuenit,*

Luc. 19.

7

Amicus qui venit de via, & c. quis ille sit.

Idem.

Psal. 118.

B. Bernardus. Huius parabola alter intellectus secundū Bernardum, & Augustinū proponitur.

Isa. 46.

Psal. 10.

Luc. 15.

Ioan. 15.

Matth. 7.

Quibus panibus egeamus tribus.

2. Tim. 3.

Sapient. 9. Roman. 7.

Psal. 101.

August. serm. 27. de verb. Dñi, initio, tom. 10.

Eccles. 19.

2. Tim. 3.

qui petit, accipit, & pulsanti aperitur. Clama & dic, Amice, commoda mihi tres panes. Qui sunt isti panes, fratres? Vtinam mereamur accipere eos. Fortè enim & ipsos nemo scit, nisi qui accipit. Credo tamen petendos nobis esse tres panes, veritatis, charitatis, fortitudinis. His tribus egere me fateor, veniente ad me amico de via; veniente autem (vt dixi) cum uxore, & mancipio. Desicit quippe ratio mea (ipse est enim vir) præ ignorantia veritatis; languet & voluntas præ inedia affectionis; infirmatur caro præ inopia fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit, quæ agenda sunt, & voluntas minus diligit intellecta, & ad hæc etiam corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt non quæcunq; volumus, illa faciamus. Aruit cor meum etiam & corpus meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Neque enim paterer hunc defectum, si iugiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis, voluntas in desiderio charitatis, caro in operatione virtutis. Commoda ergo mihi, amice, tres panes, vt intelligam, vt diligam, vt faciam voluntatem tuam. Hactenus ille bonus Pater eleganter, & piè.

Hunc eundem sensum prosequitur Augustinus serm. de verbis Domini, dicens, Fortassis & nobis aliquando veniat amicus de via, & nõ inuenimus quod ei apponeremus, & necessitatem passus sumus, & accepimus, & nobis, & illi. Fieri enim nõ potest, nisi vt aliquis passus fuerit amicũ aliquid interrogantẽ quod respondere nõ possit, & tũc se inuenit non habere, quãdo coactus est dare. Venit amicus tibi de via, id est, de vita huius seculi, in qua omnes velut peregrini trãseunt; nec vllus quasi possessor manet, sed omni homini dicitur: Refectus transi, age iter, da vëturo locũ. Aut forte de via mala, hoc est, de vita mala fatigatus nescio quis amicus tuus, nõ inueniens veritatẽ, qua audita, & percepta beatus fiat, sed lassatus in omni cupiditate, & egestate seculi, venit ad te, tanquam ad Christianum, & dicit, Redde mihi rationem, fac me Christianum. Et interrogat fortẽ, quod tu per simplicitatẽ fidei nesciebas. Et nõ est vnde reficias

esurientẽ, & te admonitus inuenis indigentẽ, & cũ vis docere aliquẽ, cogris discere. Et dũ erubescis eũ qui te interrogauit, quod querebat, nõ in te inuenies, cõpelleris quærere, vt mercaris inuenire. Et vbi queras? Vbi, nisi in Dominicis libris? Fortassis quod ille interrogauit, in libro positũ est, sed obscurũ est. Fortẽ dixit Apostolus in epistola sua. Sic dixit, vt intelligere possis, aut intelligere non possis, trãsire nõ permittetur. Vrget enim interrogator, ipsum Paulũ, aut Petrũ, aut aliquẽ Prophetã interrogare nõ sineris. Iã enim requiescit familia ista cũ domino suo, & seculi huius ignorantia valida est, hoc est, nox media, & vrget amicus esuriẽs. Tibi fortẽ sufficiebat simplex Fides, illi non sufficit: nõquid deserendus est? Nõquid de domo proijciendus est? Ergo ad ipsum Dominũ, ad ipsum, cũ quo familia requiescit, pulsa orando, pete, iusta. Non quomodo amicus ille in similitudine positus tãdiodi vltus surgit, & dabit: dare vult, tu pulsans nondum accepisti, pulsa, dare vult. Et quod dare vult, differt, vt amplius desideres dilatum, ne vilescat citò datum. Hæc ille. Potest & alijs modis applicari, quod sine vlla violentia potest pati parabola: Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Quantum ad corticẽ, amicus dormiẽs media nocte molestẽ fert excitari clauso ostio. Quantum ad spiritũ, cũ Christus sit ostiũ, ipse pulsari etiã importunẽ se velle ostendit. Et dicitur quiescere, quia quietus regnat in cœlo cũ pueris suis, hoc est Ecclesiã triũphantis mēbris, cuius curã præcipuam habet. Sed quia etiã militantis Ecclesiã, & peccatorũ in ea peregrinantium curã gerit, non tam amicitia, quã molestia, & tãdio cõpulsus surgere dicitur: & non tantũ tres panes petitos, sed etiam supra illud numerum largiri: quia semper concedit superabundanter quã petimus, aut intelligimus.

Dicitur autem ostium clausum per metaphoram, quasi Deus non exaudiat, & differat concedere quæ petuntur; vel quia dulciũs sapiunt

Iacob. 2.

Amicus dormiẽs media nocte quis.

Ephes. 3.

Ostium clausum quid, & quare dicitur clausum

cum

1. Ioan. 5.

Quare non statim exaudiamur a Domino. August. lib. 1. soliloq. c. 1. initio. tom. 1.

Idem lib. 1. de ordine, cap. 10. sub initium tom.

Petrus Rauennas. sermo. 39. initio.

10

cum labore, & difficultate concessa. Aliã vero non sunt ita necessaria, vt prophetia, donum linguarum, intellectio Scripturæ, gratia sermonis, & similia, quæ non tantũ deprecatione, sed etiam studio, vigilijs, labore, puritate vitæ, & operibus bonis, quã si ad ostium pulsando obtinentur. Sunt etiam quædam abstrusiores gratiæ, & dona clausa, quæ requirũt pulsantem, vt exhibeantur atq; huius generis sunt, quod magnus peccator habens ostium cordis clausum ad Christum conuertatur. Et idẽ oportet pulsare ostium, castigando corpus iunijs, & vltis clamoribus delictorum veniam implorare suorum. Et forte de hoc dixit Dilectus: Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis: sed saltem gemat, & lacrymis, & iunijs pulset: Et videtur quod ait, Nõ pro illo dico vt roget quis, idem esse, ac dicere; Pueri mei mecum sunt in cubili. Proinde nemo si semel atq; iterum orauerit, neq; tamen exorauerit, propterea desperare velit, quia bonitatis Dei est, vt non tam citò sis exauditus, quod in bonum tibi non cederet. Vnde D. Augustinus libro Soliloquiorum: Deus, inquit, vniuersitatis conditor, præsta mihi primum vt bene terogem; deinde vt me agam dignũ quem liberet; postremò vt liberet. Et libro de ordine. Satis mihi sunt vulnera mea, quæ vt sanentur, penẽ quotidianis fletibus Deum rogans, indigniorem tamen esse me qui tam citò saner quam volo, sepe memet ipse conuincio. Pulchrẽ hĩc philosophatur Petrus Rauennas sermone quodam: O quam dare vult, qui se inquietari taliter, taliter suscitari patitur. O quam necessitatis esse suæ, quod suæ potestatis est, vult videri. O quam pulsanti iste gestiuit occurrere, qui sic secreti sui cubile ipsam collocauit ad ianuam. O quam negare noluit, qui sibi etiam neganti qualiter extorqueretur, ostendit. O quam non ad ianuam Dominũ tantum, sed ipsa ianua Dominus fuit. Ego sum, inquit, ianua. Qui dormientibus seruis pulsantis necessitatẽ solus, & primus audiuit. Hæc ille.

Ait ergo: Propter improbitatẽ eius

surgit, & dabit illi quotquot habet necessarios. Id est, iam non mutuo, aut commodato, sed gratis dabit. Et concludit: Et ego dico vobis, petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Verbum, Propter improbitatem, Græcè est ἀνιδία, quæ propriè significat impudentiam, & inuerecundiam: bene tamen vertit interpres, improbitatem, non vt improbus opponitur probo, sed vt opponitur otioso, & remisso. Est enim improbus, qui vrget, & non cessat, donec obtineat: In quo sensu dixit Poeta; Labor improbus omnia vincit. Et vt superius annotauimus, concludit hæc parabola, non per locum à simili, vt plerunq; solent concludere, & vox ipsa parabolæ, id est, comparisonis, & similitudinis insinuat: quales sunt parabolæ illæ octo, quæ habentur apud Matthæum, sed per locum à dissimili, siue argumento sumpto à minori affirmatiue, aut à maiori negatiue, iuxta id: Si fœnum agri, quod hoĩe est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; quanto magis vos, modicæ fidei: Alterius exemplum est: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? In hoc genere reponenda est hæc parabola, & illa Villici iniquitatis, & iniuriæ illius, quia concludunt per contrarium, hoc modo: Si laudatus est à Domino, qui fraudem illi fecit, & per largitiones in futurũ sibi prospexit; quanto magis laudari merebitur, qui secundũ illius præcepta amicos sibi facit de mammona iniquitatis, siue de diuitijs sibi creditis. Ita etiam in altera iniqui iudicis, in qua ad perseverantiam in deprecatione horretur, non est opus comparare Deum cum iniquo iudice, & eius conditiones illi tribuere: sed à contrario docere voluit, quod si apud iniquum iudicem tantum valet perseverantia viduæ precantis, quanto magis apud Deum fontem iustitiæ, & misericordiæ, valebit iustorum supplex & perseverans precatio? Ita hĩc etiam, concluditur hoc modo: Si tantum viriũ habuit instans amici oratio apud hominem amicum, vt etiam importuno tempore, quo iustẽ negari poterat pe-

Propter improbitatem surgere, quid

Virg. Georg. 1.

Qualis conclusio huius parabolæ.

Matth. 13. & seq.

Supra. 6. Quæ parabola de dissimili-ter concludant.

Luc. 23. Supra. 16.

Infra. 18.

Supra. 16.

Luc. 18.

titum,

titum, si non amicitiae intuitu, tamen victus petentis improbitate etiam amplius offerat quam petatur; multo magis valebit apud Deum hominibus amicissimum, qui precantium importunitate non solum non offenditur, sed vehementer oblectatur, adeo, ut quod iuste negari poterat, vel debebat, veluti perseverantia precantis victus concedat, idque copiosius quam petebatur.

11
Quantum fiducia ad Deum accedendum.
Indicat etiam parabola, ut ad Deum tanquam ad amicum summa cum fiducia accedamus, & ut digna tanto amico, & nobis utilia postulemus. In quo sane sensu etiam opus non sit conditiones amici dormientis Deo tribuere, sicut nec iniqui iudicis, cum sine illis salua sit intelligentia, & integra parabola expositio: addita tamen fuit a nobis propter Patres veteres, qui illas excogitarunt, & a veritate non abhorrent: licet verum sit quod fati fuisset colligere a minori ad maius affirmatiue, ut B. Augustinus lib: quaestio num Evangeliorum docet. Nam si amicus in lecto quiescens cogitur a cubili surgere: quanto magis Deus natura benignus, & munificus, & qui nos quasi filios diligit, & ut petamus hortatur, & instat, & qui importunitate nostra non afficitur molestia, sed maxime delectatur, concedet nobis quaecumque precamur.

12
Nos natura maligna ratione sumus.
Sequitur: Si enim vos, cum sitis mali, nostris bona dare filiis vestris: quanto magis Pater vester caelestis de caelo dabit spiritum bonum petentibus vestris. Argumentum sumit a minori ad maius: si enim vos, qui estis natura mali, hoc est, vitio naturae in Adam corruptae ad malum propensi, duri, atque tardi ad exaudiendum eos qui aliquid a vobis petunt, permittitis importunitate precum vos expugnari; quanto magis Deus natura bonus, exorabilis, & ad petendum inspirans, largietur vobis quaecumque petieritis? & non lapidem pro pane, vel serpentem pro pisce, vel pro ovo scorpionem, quod ne parentes quidem carnales faciunt, vobis dabit? Quae verba sic mystice explicavit Augustinus libro quaestio num Evangeliorum, his verbis: De pa-

ne, pisce, & ovo, quibus contraria posuit lapidem, serpentem, & scorpionem, intelligitur panis charitas, propter maiorem appetitum, & tam necessariam, ut sine illa caetera nihil sint, sicut sine pane mensa est inops: Cui contraria est cordis duritia, quam lapidi comparavit. Piscis autem, intelligitur fides inuisibilium, vel propter aquam Baptismi, vel quia de inuisibilibus locis capitur. Quod etiam si des huius mundi fluctibus circumlatrata non frangitur, recte pisci comparatur: Cui contrarium posuit serpentem propter venena fallaciae, quae etiam primo homini male suadendo praeseminavit. In ovo intelligitur spes: ouum enim nondum est fetus perfectus, sed fovendo speratur: Cui contrarium posuit scorpionem, cuius aculeus venenatus retro timendus est: sicut spei contrarium est retro respicere, cum spes futurorum in ea quae ante sunt, se extendat. Sic Augustinus.

Hae tamen verba a nobis aliam interpretata sunt, nihilominus hic breuiter dicendum, quod ut prius hortatus est ad orandum exemplo amici con fugientis ad amicum, ita modo exhortatur exemplo filiorum ad patrem suum accurrentium, qui promptius solitus est exaudire quam amicus. Dabit autem spiritum bonum, nempe sanctum, qui est triplex panis, pascens intellectum, memoriam, & voluntatem, & quia est panis cor hominis confirmans, & piscis delectans, & ouum per nos fructum edens. Et cum sit spiritus, te in spiritum conuertit, & faciet panem esilem Deo, proximo, & tibi; piscem, id est, dulcem in tribulatione: & denique ouum, unde, ceu pullus sub gallina, ita tu sub tenera & peculiari Christi providentia verferis. Instat igitur deprecationi, & perseverantia in illa, ut conserues quae habes: dona enim Dei non possidentur nisi iugi & assidua deprecatione: quemadmodum oppida, siue ciuitates in Germania, quae ut plurimum lignae sunt, ab ignis periculo non seruantur, nisi clamore alicuius singulis noctis horis, ut ab igne omnes sibi caueant admonentis. Petamus autem a Deo & quae caelesti digna sunt Patre, & quae caelestes filios conuenit petere. Antigonus

Gen. 3.

13
Alter sensus.

Spiritus bonus quis, quod dicit Pater caelestis petentibus se. Psal. 103.

Donum Dei qua ratione custoditur ac conseruetur.

A Deo nobis quae petenda sint.

Mace-

De parabola hominis diuitis, cuius ager vberes fructus afferebat: de qua tantum est sermo Luc. 12.

DIXIT Autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens, Quid faciam, quia non habeo quod congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, destrua horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dica anime meae, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, &c.

Ex his, quae praesentem parabolam praecedunt, & subsequuntur, facile elicimus eius scopum, & quod per eam Dominus tendat, nimirum ut diuitiarum vanitatem, & fallam quam promittunt amatoribus suis felicitatem, ostendat. Refert enim Lucas Evangelista paullo ante quendam de turba Domino dixisse: Magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Sic enim homines facere consueuimus, cum aliquem sanctum virum credimus; ad eum accurrimus, & quae in nos iniuste agi putamus, ab his praesertim, quos iudicio persequi non possumus, ad illum deferimus, ut religionem iniiciat his, qui aliquid nobis auferre, aut aliquid insolenter facere videntur. Verum sancti viri, qui ad Dei honorem animarum salutem querunt, prius nostras cupiditates reprehendunt, & patientiam, & recessum ab avaritia suadent, ut hic Dominus fecit, nam hoc multo periculosius est, quam iniuriam facere: nam qui iniurius est proximo, agnoscit aliquando

Quid Dominus praesentem parabolam nos doceat.

Ad quae ferre suis in diffcultatibus curant homines.

Sancti viri hominibus, quid maxime suadeant.

Antigen: Macedonum Regis acutè dictum.

In petendo quid obseruandum.

Hebr. 13. Offerendum Deo quod nam vituli sacrificium.

Orationis in vitulo elegans descriptio.

Luc. 6.

Infr. a. 2. 2.

Deo quaeratum & acceptum illud erit sacrificium nostrum.

Macedonum Rex Thrafillo Cynico petenti drachmam: Non est, inquit munus Regium: Cynico subijciente: Talentum ergo da: At non est, inquit, Cynicum tale munus accipere. Quo exemplo instruimur, ut in petendo rationem habeamus, & eius quem petimus, & nostri ipsorum, qui petimus: sed ante omnia constanter, & cum perseverantia instandum est apud Deum. Offeramus igitur Domino vitulos laborum contentium, & deprecantium, ut ditari, & in diuitijs augeri, & seruari valeamus. Est autem vituli sacrificium precatio nostra: cuius medulla, pia est intentio; ossa vero, fortitudo orantis contra cogitationes volatiles cor infestantes, contra tedium temporis, & dilationem impetrandi doni, contra impatientiam de ariditate spiritus, & contra leuitatem relinquendam orationem, cum deuote funditur, quod est claudere os aduocati efficaciter persuadentis. Carnes vero sunt, intelligentia verborum, quae precibus fundantur, & ad illa animus attentus. Pinguedo vero vituli, deuotio est, & alacritas spiritus deprecantis. Pellis vero, contextus est verborum praedicta omnia continens: quae quidam vix praestare nouerunt. Pili, denique, caeremoniae sunt externae, ut genu flexio, & manuum eleuatio, & oculorum in caelum erectio. Cui si addiderimus instantiam, & perseverantiam, quam Dominus hac parabola nobis indicare voluit, & quam ipse pernoctans in oratione Dei, & factus in agonia, & prolixius orans suo exemplo nos docuit; plenum profectum, & gratum vituli holocaustum Deo obtulerimus: quod ille in odorem suauitatis suscipiet, & per quod nobis placabitur, & nostra vota cumulate exaudiet, qui nobis spiritum precandi, & in precatione perseverandi donare pro sua bonitate dignatus est, Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis merito debetur honos, gloria, & imperium in sempiternum. Amen.

pec-

Matth. 5.

Cur Dominus petenti fratri, vt diuideret hereditatem, se ueriuscule responderit

2. Tim. 2.

Quam uere Christus dixerit se iudicem minime constitutum inter litigantes.

Christus qualis iudex tantummodo. Exod. 18.

Ioan. 20. et Matth. 18.

Mundani homines quid diligant.

A Cor. 6.

2. Tim. 2.

peccatum suum; qui autem pati detrectat, putat se iure agere, ac nunquam Christi patientiam discit: & malum putat, quod Christus bonum, & beatum uocat. Itaque ad sanctos viros eos Deus mittit, ut quae ad Christianam spectant patientiam, addiscant, atque ita in his que patiuntur, gaudeant, & sua patientia & sibi, & his, a quibus iniuriam, vel damnum recipiunt, proficiant, & ut impleant praecipuum diligendi inimicos, & benefaciendi his qui se oderunt. Quoniam ergo iste declarauit se teneri magis studio terrenae, quam aeternae hereditatis, nec magnificam de Iesu habere opinionem, qui uerbo, & exemplo terrenorum docebat contemptum, & regnum caelorum praedicabat, ideo paullo asperius respondit, ueluti indignatus quod a caelesti negotio, ad quod solum a Patre missus fuerat, interpellaretur ad terrenas, & sordidas curas; & ut doceret suos non implicari negotijs secularibus, Homo, inquit, quis me constituit inter uos iudicem, ordinarium, aut arbitrum causarum compromissarium: quasi diceret, Nullus. Nec enim Pater me talem constituit, nec ego cum tali potestate ueni, nec est in terra superior, qui mihi talem auctoritatem conferre possit, neque tu qui rogas, talis es, ut hoc ualeas de caelo scire: nec profecto Redemptorem mundi talis potestas decebat, etsi animarum iudicium, & spiritualium causarum iurisdictione habuerit, non temporalium, quam per se, vel uillos suos ministros non exercuit: nec enim Dominus, ut Moyses iudices instituit pro causis leuioribus, ac temporarijs, bene autem spirituales iudices, quibus dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Et bene hominem uocauit, qui tantum humana, & mundi huius bona agnoscebat: nam etsi re per se iustam peteret, male tamen a se alijs melioribus, & grauioribus negotijs destinato petebat. Unde Apostoli id non ignorantes dixerunt: Non est equum nos derelinquere uerbum Dei, & ministrare mensis, & Apostolus in genere dixit: Nemo militans Deo, im-

plicat se negotijs secularibus, ut placeat ei cui se probauit. Nec potest quis obtendere exemplum B. Augustini, qui ut tradit Possidonius in eius uita, iudicij secularibus dirimendis intentus, & occupatus totos aliquando dies. Sed cur Augustinus illis uacauerit, docet illo loco Possidonius, & ipsemet Augustinus, qui in libro de opere monachorum dicit, Ecclesiarum consuetudinem, quibus seruiebat, hoc tunc exegisse, ut Episcopi dirimendis Christianorum litibus uacarent, idque ex praecipuo Pauli profectum, etsi eius modi negotijs uacauerit nunquam. His inquit, uos molestijs afflixit Paulus, non utique suo, sed eius qui in eo loquebatur, arbitrio, quas tamen ipsum perpeffum fuisse non legimus. Aliter enim habebat se Apostolus eius discursus. Nec dixit: Secularia igitur negotia si habueritis, ad nos deferte, aut nos constituite ad iudicandum, sed eos qui contemptibiles sunt in Ecclesia, hos, inquit, collocante ad reuerentiam uestram dico: sic non est sapiens inter uos quisquam, qui possit inter fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicate, & hoc apud infideles: Sapientes ergo qui in locis consistebant fideles, & sanctos, non qui hac atque illac propter Euangelium discurrerant, talium negotiorum examinatores esse uoluit. Sic ille, & consuetudine, & Apostoli praecipuo se arctatum indicans ad lites fidelium dirimendas. Non ita tamen litibus uacabat discernendis, ut interim a praedicatione, & Episcopi muneribus uacaret. Secundum obijci possit, nunc Episcopos causas incumbere ciuilibus, & criminalibus: nam in causis mixtis ferè ubique datur locus praedicationi, ut possit uel Episcopus, uel Magistratus, qui prius cepit cognoscere, causam iudicare, & terminare. Sed certe etiam hoc consuetudine Ecclesiarum introductum, ut peccata cauerentur, & minus Deus offenderetur. Nam ubi tot sunt causarum talium cognitores, homines difficiliore redduntur ad peccandum, quia non putant se impunitos euadere posse. Nec obstat tertio, quod Dominus expulit uendentes, & ementes de templo:

Possidonius in uita B. Augustini. cap. 19. tom. 1. initio.

Augustinus libro de opere monacho. c. 29. tom. 3. B. Augustini tempore Episcopi litibus Christianorum dirimendis uacare solebant.

1. Cor. 6.

Cur modo etiam Episcopi ciuilibus & criminalibus implicentur.

Ioan. 2. Matth. 21.

plor

Si Christus a nemine erat iudex constitutus, quid ergo uendentes & ementes eiicit.

Ioan. 2. Matth. 21. Psalm. 68. 3 Reg. 18.

Matth. 21.

4 Id, Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra, quomodo accipiendum. Matth. ult.

5 Pet. Chrysostomus sermo. 162. uersus finem. Ioan. 5. Matth. 25.

Ephes. 1.

plor: nec enim hoc ut Rex terrenus fecit, cuius dignitatis non erat a uerberibus incipere, sed ut Diuinae uindictae minister, & ut zelator sanctitatis domus Dei. Unde dixit, cum hoc fecit: Zelus domus tuae comedit me. Quemadmodum etiam Helias Baal Prophetas interfecit impetrato igne de caelis, ut se Diuina potestate agere ostenderet. Dominus quoque interrogatus a sacerdotibus: In qua potestate haec facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? id est, expellis de templo uendentes, & ementes, ut intelligeret quod non humana aliqua potestate id faceret, sed Diuina, respondit: Baptismus Ioannis unde erat: de caelo, an ex hominibus?

Cum uero dixit: Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra: hoc post resurrectionem dixit de potestate spirituali, sub qua omnis potestas terrena, quatenus ad spiritualem facit, intelligitur: & quam suo uicario tradidit, qui per se temporalia non administrat, & gladio non utitur. Sed haec omnia legibus, & moribus hominum reliquit, nihil circa haec ipse peculiariter instituens.

Pulchre hic philosophatur Petrus Rauennas: Quis me, inquit, constituit iudicem? Et ubi est illud quod tu dixisti, Domine, Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit Filio? Aut diuisorem super uos? Et quis diuidet iustos ab iniustis, sicut segregat pastor oues ab haedis? Si tibi iudicium debetur hominis, & per te est totius seculi celebranda diuisio: quomodo dicis, Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super uos? Est quidem penes Christum, & fuit, atque erit omne iudicium, sed tunc non iudicaturus uenerat, sed iudicandus: nec additurus reos, sed a reis innocens addicendus. In homine agebat Deum; in seruo dominum, ut esset uernula temporis, qui erat & factor, & cognitor seculorum. Merito ergo respondit, Quis me constituit iudicem, &c. Et quis eum constitueret iudicem, qui constituit, & insaurat uniuersa. Christi-

flus ad litigatoris arbitrium arbiter esse non poterat, qui totius iudicij summa est, & potestas: illi iurgator non inuitatus a Patre taliter tu petisti, haec dicit, sed inuisus asstitit, ut adiudicantes, illi fas non sit resillire sententiam. Et quia correcturus uenerat, non damnaturus reum, praecipuo remouet fomitem iurgiorum, dicendo: Videte, caute ab auaritia. Hoc est dicere: Abijciatur auaritia, & non erit in hereditate contentio. Auaritia, fratres, parentes negat, geminos diuidit, separat socios, amicitiam soluit, excludit affectum: hanc qui intra se habuerit, erit nullus, suus non erit. Idem paulo ante: Non potest dicere fratri, diuide, qui per prophetiam docuit, Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in unum. Quod dicit fratri meo, ut Diuidat mecum hereditatem. Quae maior hereditas, quae melior hereditas, quam diuina uinculum charitatis. Quia hereditas aliquando perit, Charitas nunquam, dicitur Apostolo, Charitas nunquam excidit. Et infra: Hereditas mundana ante posteris infert iurgia, quam conferat censum: antequam diuidat facultates, scindit haereditas: antequam debitas tradat singulis portiones, successores ipsos defestat, & mittit in partes. Proinde non est hereditas ista, sed pugna: & haec nouerca filiorum est, non factas. Ille ditat filios, qui relinquit filijs plenissimam charitatem. At tu quisquis ille es, qui Dominum tali petitione compellas, Dominum prouocas, Dominum producis ad litem, cum quo tibi Apostolus hereditatem docet; & ostendit esse communem: Haereditas, inquit, Dei sumus; cohaereditas autem Christi. Et infra: Unde homo quid hunc ad diuisionem uocas, quid hunc ad discussionem miserandus inuitas, quid ab eo partem petis, qui tibi quaesuit, & contulit totum? Haec tuus ille.

Rursum uoluit hac reprehensione ostendere, suam doctrinam non abrogare officia, iudices, & magistratus, sed potius confirmare: Homo inquit, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super uos? Quasi diceret, An

Auaritiae effectus qui sint.

Psal. 132.

Qua nullam iam nullam meliorem sic haereditas.

1. Cor. 13. Proprium haereditatis humanae quod.

Ditet filios quis.

Rom. 8.

6 Altera huius responsionis ratio: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter uos?

M mun-

Matth. 22.

Luc. 22.

B. Hieron. tom. 4. prope initium. Exod. 2.

7

Προβηγία Græcè quid. Isa. 56. Auaritiæ vitium quâ latè pateat. Hierem. 6.

1. Tim. 6.

Cauendū esse ab omni avaritia, cur Dominus dixit.

mundus hos non habet iudices, qui lites tam humiles dirimant? Ita & aliàs dixit: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Et cum discipuli certarent de loci primatu, inquit: Reges gentium dominantur eorum, &c. quo nimirum declarauit, neq; se, neq; suos fore iudices, quos vocant seculares, debere: quibus verbis non ordinem magistratus aboleuit, sed multo magis solidauit B. Hieronymus in epistola ad filias Geruntij de continentia hæreditate scribit, Dominum dixisse, Quis me constituit iudicem, ad exprobandum Iudæorum infidelitatem, qui olim Moyse dixerunt: Quis constituit te principem, & iudicem super nos? Cui si crederet, & Domino utiq; credidissent. Quasi Iesus dicere voluerit; Vos non me recepistis, & nunc iudicem poscitis: arguens illorum instantiam, vel leuitatem.

His dictis subiunxit: Videte, & caute ab omni avaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Ab omni, inquit, avaritia. Auaritia dicitur προβηγία, quæ vitium est animi plusquam sufficiat appetentis, & latè patet per omnes gradus hominum: nam, ut dixit Isaias, Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad avaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. Et Hieremias: A minore vsque ad maiorem omnes avaritiæ student. Et quanquam textus Græcus non habeat modum, ab omni; habet tamen textus nostri interpretis, & habet etiam nunc Euangelium Syriacum. Et non solum vult nos abstinere à manifesta avaritia, sed etiam ab interna cupiditate, quæ teste Apostolo, Radix est omnium malorum, & multas species habet: Principes rapinam colunt, laici vsuram, ecclesiastici Simoniam, negotiatores fraudem, aduocati calumniam: multi etiã iniuste inuenta detinent, multi bona defunctorum pijs locis legata impie retinent: & aliæ innumeræ rationes bona aliena inuadendi existunt. Et quia multi avari vitium, quo laborant, non vident; propterea rectè admonuit: Videte, & caute ab omni avaritia, etiam ab omni re, quæ speciem

auaritiæ habeat: & caute ab ea, anquam à diabolica quadam fouea. Et hæc erat potestas Christi spiritalis monendi, & hortandi vt caueant à peccatis; maximè verò ab avaritia, quæ teste Apostolo, est idolorum seruitus. Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Nimirum quia qui multa possidet, non propterea diutius viuunt, neque comitatur diuitiarum multitudinem vitæ longæuitas. Existimant enim diuitiarum amatores, quod multo tempore sint victuri, & longam vitam, felicemque acturi, modo diuitias possideant: non enim abundantia facit ad felicitatem, sed potius ad sollicitudinem, ac proinde ad vitæ abbreviandam. Et propterea subiungit parabolâ illud ostendentem: quæ quoniam in literæ cortice nihil habet annotatu dignum; propterea ad sensum intentum per illâ declarandum quàm primùm accedemus.

Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus ager attulit. Si homo dicitur à cordia, quæ Græcè εμφορία dicitur; hic, homo nõ erat, qui sibi soli viuerebat, & ab alijs dissidebat. Si homo dicitur animal rationale; hic, homo nõ erat, qui rationem non habebat vitæ breuè finiendæ. Si autem homo dicatur ab humo, rectè dicitur homo, quia terrâ tantum diligebat, & in qua spem suam collocauerat. Ager autem ab agendo dicitur; quia actione in ipsum facta rediuiuos fructus reddere solet. Hic ergo ager, non tantum necessarios, sed vberes, & copiosos in vtilitatem hominum fructus reddebat, vt saltem ex agro suo disceret in alios fructificare. Pulchrè hic ait Chrysologus: Miserum quem vbertas sterilem, abundantia anxium, inhumanum copia, diuitiæ fecere mendicum. Humanus ager inhumanum dominum sustinebat: & quod terra fundebat largiter, concludebat, & congregabat angustè; vt esset alienorum custos, qui esse suorum noluit prorogator, ingratus Deo, sibi nequam; hostis pauperum, diuitum notata, carcer natura. Subdit: Et cogitabat

Potestas Christi spiritalis quæ. Ephes. 5.

Quare in abundantia cuiusquam vita eius sit ex his quæ possidet.

8 Homo vnde suum nomẽ accepit.

Diues iste parabolice cur dicitur homo, Ager vnde appelletur.

Petrus Rauenn. serm. 104. initio

tabat

Diues item ille, quomodo intra se cogitabat de horreis ampliandis. Idem ibid.

Quem interrogabat idem diues.

Ioan. 13.

Diuitis sollicitudines & curæ. Basil. hom. 6. in ditescentes, sub iuitiũ, to. 1.

B. Gregor. lib. 1. 5. Moral. ca. 11. circa medium.

Chrys. prædicto sermone.

Quare diues non habebat quomodo congregaret fructus suos.

Vnde omnes hominum querelæ. Theophyl. in Lucam;

tabat intra se, dicens, Quid faciam? Rursus Chrysologus in hæc verba: Quasi possit, inquit, extra se quispiam cogitare; sed intra se iste cogitabat, qui in corde suo impietatis consilio recepto, nil pietatis sibi, misericordiæ nil reliquit. Cogitabat intra se, dicens. Digno consilio se vsurum, qui mali animi non poterat habere solatiũ, non poterat habere collegam. Et cogitabat intra se, dicens. Mens impia cum pietate certabat: & patiebatur intestinum bellum, qui misericordiæ pacem perdidit, & quietem. Et cogitabat intra se dicens, Quid faciam? Interrogantis vox est: quem putas interrogabat iste? erat in illo alter, quia ad eius penetralia iam Diabolus possessor infederat: & qui intrauerat in cor Iudæ, mentis eius tenebat arcanum. Hæc ille, expendens verbum, Intra se. Vides ex diuitijs oriri curas, & sollicitudines mentem turbantes? Ponderat Basilius verbum illud: Quid faciam? An non talis modi edit vocem, cuiusmodi solet qui angustia pressus mendicat? Quid faciam? Alimenta vnde? vnde indumenta? Hæc secum submurmurat, ac loquitur diues: cor per hæc mœrore afficitur & astringitur, dũ a suat anxia sollicitudine. Et Gregorius quodam loco verba faciens de hoc diuite, ait: O angustia ex satietate nata. De vbertate agri angustatur animus avari. Dicens nanque, Quid faciam? profecto indicat, quia votorum suorum affectibus pressus, sub quodam rerum fascio laborabat. Hæc illi Patres apposuit. Quia non habeo quo congregem fructus meos. Vbi rursus Chrysologus: Audis quomodo non habet diues? Ecce clamat; Non habeo. Verum est, quia non habet semper, qui querit semper: & non habet vbi congreget, qui vt congregat, se requirit. Sic ille. Et certe si non habebat, quomodo congregaret, paratior erat occasio tribuendi, & in pauperes dispensandi. Nulla esset querela hominum super terram, si tantum necessitati, & non cupiditati conderetur. Neutiquam pauper: vt ait Theophylastus; ita loqueretur. Quid faciam? Sed non

habeo quomodo induar, quomodo alar. Vide autem & diuitis voces: Quid faciam? quia non habeo vbi congregem fructus meos? Habes horrea, pauperum ventres, quæ multa capere possunt, quæque incorruptibilia sunt: cœlestia enim sunt, & diuina (Nam thesauros quos requiris, vt Laurentius dixit, in cœlestes thesauros manus pauperum reportauerunt.) Quandoquidem qui pascit pauperem, Deum pascit. Et dixit, Hoc faciam; destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi. Euidenter apparet consiliarius internus, qui latebat, quia à destructione incipit semper inimicus: & agit, vt quæ habes destruas; & quæ concupieris, non reformes. Quod si regio plures in posterum fructus attulerit, iterum illa destruere opus erit, & alia ædificare. Sed quæ, quæso, vtilitas nunc ædificandi, nunc destruendi? Vnus enim ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor? Digna erant demolitione horrea iniquitatis, excondenda merito erant, quæ malè ædificata, destruenda erat domus avaritiæ custos; ostendenda soli squalentia frumenta, proferenda è carcere diuitiæ vincæ; exponenda pauperibus, quæ diu in horreis conclusa fuerant. Et congregabo, inquit. Pro certo id tenens, non confidendo impedimenta, latrones, tyrannos, bella, milites, mortes. Et vide insignem avaritiam cum summa crudelitate coniunctam, quæ antequam bona reciperet, iam clauderebat. Congregabo, ait; vbi congesta putrescent. Quæ nata sunt mihi, inquit, & bona mea. Basilius in homilia, qua præsentem explicat parabolam, quam & ferè totam Latinitate donauit B. Ambrosius, paucis additis: sicut in Hexameron suo, & libris de Spiritu sancto eiusdem Basilij libros, aut vertit, aut saltem æmulatus est, multis tamen de suo additis, & fortassis quod adhuc viueret Basilius, non est ab Ambrosio nominatim citatus.

Vox verè diuitis Laurentij ad Decium tyrannum.

Qualis consiliarius Diuitis, qui dicebat: Destruam horrea mea, & maiora faciam.

Eccles. 34.

Auaritiæ truditelitas.

Basil. hom. 6. in ditescentes sub finem to. 1. B. Ambros. sermo. 81. to. 63. prope finem.

Idem. to. 4.

Qualis diues qui dicebat: Destruam herrea mea, secundum Basilium...

Quorum sint diuitiae quae reconduntur.

Hieron. in regula Monach. c. de paupertate si tamen auctor eius libri sit Hieronymus...

Quo sensu Pares dicant avaros superflua retinentes raptos existere.

IG Bona terrae quibus nascatur tantum modo.

Fortunae bona, quare non bona, ut diues appellabat.

Diues ille cui manum, idemque non homo, sed bellua.

tatus. Basilium, inquam, in homilia in dilectis avaros: Quae illa, dic mihi, tua? Unde accepta haec ad traducendam praesentem hanc vitam inuexisti? Perinde enim facis, ac si quis in theatro locum spectandi mox ut antevertit, alij arripere, ceteras abarceat ingressu, suo vnus vsui adiudicans, quod ad omnium communem vsu proponitur. Tales et diuites existunt, communia namque, cum priores obtinuerint, propria faciunt occupando. Et infra: Esurientis est panis, quem tu retines: nudi est vestis, quam in arca custodis: discalceati calceus, qui apud te marcescit: egentis argentum, quod tu terrae infossum possides. Quare tot iniurius es hominibus, quot poteris opem conferre. Eadem docet Hieronymus: Aliena, ait, rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur. Et habetur distinct. 62. Et Augustinus: Quicquid nobis Deus plus, quam opus est, dedit, non nobis specialiter dedit, sed per nos alijs erogandum transiit: quod si non dederimus, res alienas inuasimus. Sic ille. Vbi quod dicitur istos avaros superflua retinentes raptos esse, non tamen intelligas tales obnoxios esse restitutioni, sicut illi qui in leges naturales vel diuinas peccantes aliquid usurpant, sed ob id dicuntur rapere, quia male retinent, quae ex Dei praeepto erant dispensanda.

Sed ad textum accedamus, Quod igitur ais, quae nata sunt mihi, mendacium est, quia non tibi, sed pauperibus, & egentibus, & benevolentibus nascuntur, tibi autem & omnibus male utentibus in damnum nascuntur. Addit, Et bona mea. Quomodo bona, quae res indifferentes sunt, nec per se malum, vel bonum faciunt? Et dicam animae meae; Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. In primis ait, Dicam animae meae. Cuius animae tuae, qui anima cares, & more belluarum corpore tantum uiuis, vita incerta, & miserabili? Et putabat hic infelix in brutum conuersus animam terrenis fortunae bonis posse pacisci. Anima, inquit, habes multa bona

na. Eleganter Chrysostomus. Quale bonum est, quod male utendo creat malum: Hae ille. Et non putabat se hae habere ex Deo, alioquin ut Dei dispensator aliter de illis disposuisset, sed suis laboribus parta putabat. Respondeo Ambrosius in hunc locum: Remanet in seculo cuncta quae seculi sunt, & percunt nobis quaecumque congregantur haeredibus. Neque enim nostra sunt, quae non possumus auferre nobiscum. Sola virtus comes est defunctorum, sola nos sequitur misericordia, quae caelestium dux praemia mansuorum, pecuniae vilis usura tabernacula defunctis acquirit aeterna. Hae Ambrosius.

Falsaque ait, Habes multa bona: non enim habebat, sed habebatur ab eis. Et qui multa bona non rogatus confitetur, rogatus elemosynam negat se habere. Reposita, inquit, in annos plurimos. O vanas hominum cogitationes! quasi in manu tua sint bona, tempus ipsum, & anni, & mentitur iniquitas sibi, promittens sibi dies multos, ac penam immortalitatem, & securitatem fruendi bonis. Requiesce, ait, scilicet a labore, ac si quis possit in spinis diuitiarum quiescere, ubi sollicitudo, & inquietudo continua, aut quasi in mari turbulento possit quies inueniri, ubi continuo imminet mors: Diuitias, inquit ille, inuenisti? requiem perdidisti. Comede. Quasi pane isto solo pascatur homo, & quasi hic panis possit famem auferre: unde amplius crescere solet, aut sitis depelli: unde sumit augmentum. Bibe vinum, in quo est luxuria, & somnus, & ebrietas auferens cor. Epulare. Id est, lautam, & splendidam mensam appone, Graecum id est, placere, siue gaudere. Vel secundum Theophylactum, hoc verbo significatur obscena, & turpis voluptatis libido, quae consequitur veteris satietatem. Et ita in communibus cum bestiis voluptatibus putabit sita esse felicitatem, ut ait Epicurus.

Dixit autem illi Deus. Quae illud in se dicebat, in celo a Deo exaudiebatur, & examinabantur verba eius, nam unde responsa veniunt

Chryso. in Psalm. 33. prope initium. tom. 2. Quae bona non sine appellanda. Ambr. lib. 7. in Lucam, c. 15. to. 5.

Sola defunctorum comes quae non Ambrosio.

II

Habens multa bona diues, quare non habet illa, nec reposita

Psalm. 26.

Vbi nulla quies possit esse.

Seneca.

Diuitiae, panis quam hominis insulficiens.

Ephe. 5. Of. 4. Epulari quid

Theophyl. Sacerdos, obsecra uoluptatis mater

I 2

Hominis summi bonum in voluptate est. Epicurus

Diuina responsa quae nam sint. Psalm. 93.

Quemadmodum diuiti Deus dixerit: Stulte hac nocte repetunt animam tuam a te. Stultus quis.

Psalm. 38.

In nocte repetat Deus animam a diuine. Eccles. 2.

I. Thef. 5.

Quorum animas Deus repetat. Impiorum animas prope qui repetet. 2. Petr. 2.

Theophyl. A quo non repetitur anima.

a Deo per internam suam inspirationem conscientiam alloquente. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quae autem paraesti, cuius erunt? Respondit ergo, qui scit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. Dixit autem illi, siue per se ipsum has cogitationes inspirans, siue per Angelos, siue per praedicatorum, siue per Scripturas. Stulte, inquit, Dei verbum tanquam speculum minime fallax reddit homini suam effigiem. Et stultus est, qui prouidet corpori, & non animae: qui finem vitae, & quae ad illum ducunt, non considerat: qui sibi certum vitae spatium praefigit, aut vitam perpetuam, cum certissima sit mors, incertissima vero hora, sicut locus, modus, & hominis status. Stultus est, qui bona sua vocat, quae sua non sunt. Qui thesaurizat, & ignorat cui congregat ea. Et stultum pronuntiat diuinam iudicium, quem humanum prudentem diceret, & circumspexit, eo quod sibi in futurum prospiceret. Hac nocte. Nocte ait, quod in nocte ferre avari haec apud se consultant. Cuius enim dies eorum doloribus & erumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescunt, ut ait Ecclesiastes. Nec solum temporis partem respicit, sed temporis qualitate, hoc est, in crassissimis insipientiae tenebris, & caecitate tuae mentis: semper enim avarus in nocte uiuit, & de improviso illi mors inuadit. Hac ergo nocte, qua fugiens misericordiae lucem, avaritiae tenebris te mancipasti. Qui enim dormiunt, nocte ebrii sunt. Repetunt animam tuam a te. Anima tuam, inquit, cui haec omnia praeparasti, & in multos annos. Non dicit, repetet qui dederat Deus, sed, repetent, quia sanctorum Deus animas repetit, & reducit. Tartarei ministri repetunt, & protrahunt animas impiorum quasi suas, quas superauerunt: A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Repetent uero a te inuito, & ob immodicum diuitiarum amorem reluctantem: ut expendit Theophylactus. A iusto autem anima non repetitur, sed ille gaudens, & exultans com-

mendat Patri spiritum, & quasi de carcere egredi precatur: Nunc dimittis seruum tuum, Domine. Innuit ergo, post praesentem aliam esse futuram vitam, & animam homini a Deo commendatam, velut quoddam depositum, de quo sit ratio reddenda. Quae autem paraesti, cuius erunt? Certum tua non erunt, & plerumque illa deuoluuntur ad quem minus uolebas: Thesaurizat, ait Dauid, & ignorat cui congregabit ea. Quae ergo paraesti beneficia Ecclesiastica, vestes, annulos, gemmas, margaritas, palatia, hortos, possessiones, & tot annuos prouentus, & titulum gloriosum, vel Ducis, vel Marchionis: & quae paraesti suadendo, litigando, nauigando, currendo, ieiunando, & parca uiuendo, cuius erunt? Addit Petrus Chryf. Et tu cuius eris? Sed quia plus diligebat pecunias quam se ipsum, propterea de bonis fecit mentionem, non de se, quae uere oderat. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Id est, sic est insipiens, & stultus, & sic accidit illi qui thesaurizat sibi, id est, qui ad praesentem vitam tantum thesauros suos, & lucra congregat, & nihil per elemosynam in caelo reponit. Et non est in Deum diues. Diues in Deum est, id est, erga Deum, qui Dei nomine in pauperes est beneficus. Illam loquendi rationem, scilicet diuitem esse in aliquem, seruauit etiam Apostolus, qui dixit: Diues in omnes qui inuocant illum, id est, erga omnes se inuocantes. Diues ergo in Deum est, qui omnia se putat a Deo recipere, & eius beneficio agrum reddere fructus: & qui non tantum sibi, sed & proximis per elemosynas prospicit: & qui bona temporalia quasi Dei dispensator tractat, & ad illius gloriae expendit. Ita diuites erant Iob, Abraham, & multi alij: qui cogitant potius quid ante se praemittant, quam quid post se haeredibus dimittant. Esto ergo diues in misericordia, si semper vis esse diues. Et subdit ad discipulos suos; Ideo dico uobis, Nolite solliciti esse anime uestrae quid manducetis, &c. Ex qua coronide, & exhortatione licet

Luc. 2;

Quatenus homini dederit animam Deus. Psalm. 38.

Nomini diuitiae comparatae quae perierant.

Thesauriza re sibi, quid.

Diues in Deum, quis.

Rom. 10.

Qui sancti uiui in Deum diuites praedicantur. Iob. 1. Gen. 13.

13 Quid unum Christo propositum sit in hac parabola diuitis auari.

colligere, totam parabolam eò respicere, vt curam, & anxietatem rerum temporalium deponamus; & bonis quæ adsunt, ad Dei gloriam, & egenorum subleuationem liberaliter vtamur; & bona fortunæ per eleemosynas tanquam thesaurum quendam in cælo recondamus. Et quoniam verba, quæ in hac longa adhortatione subiungit, eadem sunt omnino cum illis, quæ habentur Matth. 6. & à nobis exposita sunt libr. 5. non est operæ pretium actum agere: illuc mittimus Lectorem. Tantum illud admonemus, eadem verba, imò eadem parabolam, interdum à Domino inculcari: expediebat enim, vt menti hominum magis imprimeret, eas plerumque; repeti.

Lib. 5.

Eadē interdum salutis monita, vtiliaq; documenta cur Dominus inculcaret.

14

Matth. 6.

Quibus promittat regnum Christi

Anxia rerū temporalium sollicitudo vnde proficitur.

Discipulos pusillum gregem cur vocet Dominus.

ue quòd semper pauci ingrediuntur arctam viam, & angustam portam, multiq; sint vocati, pauci verò electi. Ergo pauci sunt, vel comparati ad multitudinem infidelium, aut ad magnitudinem Angelicæ multitudinis: in parabola centum ouium, vbi Angelos nonaginta nouem appellauit, fideles verò, vnam ouem.

Subdit: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.* Duo genera habet Christus discipulorum: alterum egenum, & omnibus huius mundi præsidij destitutum: alterum verò satis diues, & locuples. Vtrumque autem sui officij admonet: illos, vt in summa inopia constituti non diffidant de Dei Patris bonitate; diuites verò, vt nihil fidant præsentibus opibus, quasi his deperditis ipsi enutriti non possint, sed potius ipsi sua pauperibus communicent. Verbum ergo hoc, *Vendite quæ possidetis*, ad perfectionem, vt discipulis congruam, videtur spectare: nam discipuli post Pentecosten vendebant agros, & pecunias ponebant ante pedes Apostolorum pro eleemosyna distribuenda: aut potius hæc verba spectant ad omnes: quasi diceret: Tantum abest, vt diuitiæ vobis quærendæ sint, vt etiam quod habetis, vendi expediat. Et expende, quanto studio eleemosyna sit pauperibus eroganda, vt etiam adhortetur immobilia bona vendere, vt suppetat vnde fiat eleemosyna. Nunc autem tanto ardore homines studio opum incumbunt, vt, si quæ bona habent accommodata ad distribuendum in vsus pauperum, vt est pecunia enumerata, illam statim in nouæ emptionem possessionis conuertant, vt nunquam adsit facultas eleemosynam faciendi.

Rursus ait: *Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem, in cælis.* Iterum ad eleemosynam exhortatur sub metaphora recondendi in sacculis, id est, in loculis: nam omnes loculi, & sacculi pecuniæ seruandæ deputati, tandem veterascunt, deficiunt,

Matth. 7. & Luc. 13. Matth. 20. & 22.

Luc. 15.

15 Discipulorū Christi duo genera;

Diuites opibus suis quatenus vt debeat.

Quibus Christus inuadit: Vendite quæ possidetis. Act. 4.

Egentibus quo studio faciendū bene.

Quanto nūc studio homines ditescendi teneantur.

16 Loculorum, sacculorūque qui vanè conduntur, iniuriæ.

& putrefiunt, quemadmodum & ipse thesaurus veterascit, & putrescit. Qui verò per eleemosynam in pauperes erogatam thesaurizant, sicut thesaurus est indeficiens, & sacculi ipsi, id est, pauperes, in quos propter Deum conferuntur, nunquam veterascunt. Et subdit: *Quòd fur non appropriat, neque tinea corrumpit.* Duas conditiones thesauri terreni declarat. Quæ enim hic reconduntur, aut furem timeant, aut à tinea læduntur: per quæ duo internæ, & externæ causæ damni significantur. Neutrū autem horum timeant ea, quæ sunt recondita in cælis. Subdit alteram causam: *Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Locus enim thesauri reconditi, cor hominis ad se trahere solet, vnde thesaurizantes in terra, cor habent affectum terrenis: quæ & omnino perdere habent, & interim amittunt æterna. Contra verò thesaurizantes in cælo, cor habent ad cælestia propensum, & liberum à sollicitudine temporalium: nam res amata cor amatis ad se reuocare solet. Contedamus igitur, & omnibus enitamur viribus, vt tā salutaribus Christi monitis auscultemus, corq; nostrum nobilissimū à sordibus, & facibus terrenarum cupiditatum expediamus, atq; illud in æternis, & solidis cælestis Regni thesauris colloquemus, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu factō sit omnis honor, laus, gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Terreni thesauri duplex conditio.

Terrena, cœlestiave thesaurizantes, vbi cor habeant.

Amoris proprium.

TRACTATUS XIX.

De parabola: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, &c. de qua Luca. 12. tantum.

SINT Lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, conuestim aperiant ei, &c.

Quòd hæc verba parabolam contineant, indicauit B. Petrus, qui vbi illam Dominus proposuisset, dixit: *Domine, ad nos dicitis hanc parabolam, an ad omnes?* Ex quibus elicimus, vt parabolam à Christo propositam, & ab Apostolis acceptam. Porro eius scopus eò tendit, vt declaret quales esse debeamus respectu cælestium bonorum, quæ pios, & electos manent: verbis enim in præcedenti parabola expositis exhortatus erat Apostolos ad thesaurizandum in cælo, dicens: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt.* Vt ergo ad thesauros in cælo reconditos peruenire mereamur, præsentem parabolam, quæ immediatè ad præcedentia verba dicta est, explicat qua ratione nos preparare debeamus ad inopinatum, & repentinum Domini aduentum.

Quoniam autem res hæc magni est momenti, & summè nostra refert paratos inueniri ad eius aduentum, propterea Dominus, qui neminem vult perire, & omnium salutem sitit, multis, ac varijs parabolis nos huius rei commonefacere voluit. Nam præfens, & ea quæ mox sequitur, & parabola Villici iniquitatis, & Virginū, & Talentorum, & Pastoris, & ouium, & hædorum, ad hunc eundem scopum spectant. Et hæc de scopo.

Circa corticem, inducit similitudinem hominis absentis à domo sua, & præcipiētis suis vt ad reditum suum præcincti sint, & parati, vt ei pulsanti fores aperiant: remuneraturus amplissimo præmio paratos, & vigilantes: puniturus grauiter dormitantes. Varia sunt genera seruorum, & quibusdam quidem datur cura familiæ, vt parabola sequenti, & alia quæ Matth. 24. habetur; alij sunt, quibus præcipitur vt lucrum faciant ex talentis, alij, quibus à Deo remittitur, vt &

Proposita similitudinē parabolæ esse, quid ostēdat.

Quid in hac parabola Christus edoceat.

2 Idem quibus parabolis Dominus docere studuerit. 2. Pet. 3. 1. Tim. 2.

Luc. 16.

3 Cortex parabolæ proponitur.

Seruorū varia genera.]

Matth. 25.

Supra. 18.

Luc. 12.

4 Vestium v
sus qualis apud Iudæos

Ioan. 13.

Psal. 17.

Ephes. 6.

Quibus armis spiritalibus a diuersis hostes dimicandum.

3. Reg. 20.

Cum scriptura inquit, æque accincto, ac discincto non esse gloriosum, quid significet.

Tob. 5.

Ioan. 21.

ipfi remittant, vt parabola regis ratione ponentis cum seruis; alij, quibus precipit ministrare domini sui mensæ, de qua Lucas: alij sunt serui, quibus precipitur vt vigilant, & cum amore, & lumine dominum expectent redeuntem, & hæc est, quam præ manibus habemus parabolam. Hic est cortex parabola.

Iam singula verba diligenter discutiamus, & sensui à Domino precipuè intento applicemus. Sint lumbi vestri præcincti. Ad hanc metaphoram intelligendam præmittendum est, olim Iudæos vestes oblongas gestare fuisse solitos, & clausas, non dissimiles ab alba tunica, qua Sacerdotes de more induti in sacrificio Missæ peragendo vti solent. Illas autem cum quiescebant, non erant soliti præcingere: cum verò ad ministerium præstandum, vel iter emittendum, vel bellum cõficiendum esset, illas præcingebant, vt expeditio peras suas prestare valerent. Nam Christus pedes discipulorum lauatorus, linteo se præcinxit, & hæc dicitur de domino, quod præcinget se, & transiens ministrabit illis. De præcinctione ad bellum ait Propheta: Et præcinxisti me virtute ad bellum, & Paulus ad Ephesios de ea loquitur adhortans ad bellum spirituale contra hostes nostros qui sub aspectum non cadunt: State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum Fidei, &c. Hinc prouerbiu natu: Non gloriatur æque accinctus, vt discinctus: quod vsurpat Scriptura ad significandum, non esse parem conditionem accincti, id est, eius, qui adhuc militat, & in periculo versatur, atque discincti, id est, eius qui certauit, & victoria potitus in tuto manet. De præcinctione autem ad iter legimus in libro Tobie: nam Tobias iunior inuenit iuuenem stantem, splendidu, & quasi paratum ad ambulandu, hoc est, Angelum Raphaëlem: & Petrus cum esset in mari, vt veniret ad Dominum, tunica succinxit se.

Lumbi, & renes ferè idem sunt: sed

renes intus versus partem posteriorem, lumbi verò exteriores sunt ad eandem partem: vnde pro eodem vsurpatur, accingere lumbos, & accingere renes. Hinc de Messia prædicitur per Isaiã: Et erit iustitia cingulum lumborum eius; & Fides cinctorium renum eius, id est, iustitiæ Christianæ disciplina, quæ à Fide oritur. Et in edendo agno præcipiebat Deus, Renes vestros accingetis. Et de scemina sapiente dicitur: Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Porro lumbi nostri, vt testatur Dauid, pleni sunt illusionibus, & motibus ad libidinẽ vigentibus: sunt enim lumbi, vasa spermatica, & materix feminariæ receptaculum, & homines ea parte præcingi solent. Per hanc autem metaphoram lumbos præcingendi, significatur ministrorum diligentia, vt ad omnia opera Domini sui sint parati, & nullas moras in obedientiæ operibus prætexant. Sed præcipuè hanc diligentiam præstare debent in via Dei ambulanda, & si opus sit, currenda, iuxta illud Dauidis. Via mandatorum tuorum cucurri, cum dilata sit cor meum: & in bello spirituali contra hostes nostros: nam ibi maximè necessaria est diligentia, quæ vna à tepiditate spiritus liberat. Tepiditas autem hominem cuomi efficit de ore Dei, & tanquam fera pessima, vt dixit Iacob, deuorat Ioseph, id est, virtutu omnium augmentum, & operatur tristitiam, quæ tollit spẽ, deuotionẽ, & vires imminuit, auget tentationes, & facit trepidare timore, vbi non est timor. Et, vt ait Salomon, Leo est, inquit piger in via, & leena in itineribus. Hæc diligentia est, quæ panem otiosa non comedit: ideo supergressa est diuitijs vniuersas. Ad hanc verò comparandam, multa quæ nos permouere possunt, habemus. Nam vt omittam continua bella dæmonum, qui nobis semper insidiantur, nostræq; inuidet salutem, continua etiã Dei beneficia, quæ cõtinuã à nobis exigunt gratiarum actionem, & doni accepti retributionẽ, & veluti vsuras, illud maximè nos inuitare deberet, quod nunc tantu, & non postea parata est mi-

Lumbi, & renes tantum in quo differant.

Isa. 11. Quid illud Isaiæ de Messia: Erunt iustitia cingulum lumborum eius: Exod. 12. Prou. 31.

Psal. 37. Lumbi quid

Hæc metaphorã lumbos præcingendi quid significet.

Psal. 118.

Diligentia quid conferat. Apoca. 13.

Gen. 37.

Effectus tristitiæ. Psal. 13. Prou. 26.

Infra. 31. Ad diligentiam virtutem consequenda quæ, & quæ graues rationes nos impellant atq; permoueat.

In via Dei non progredis, quid.

Tertia. Heb. 1. Alati cur Angeli describantur. Psal. 102.

6

Diligentiã virtutem vt possideat quis, quid ei factu opus sit. Corpus nostrum hoc quod gestamus, duplici ratione potest præcingi.

Greg. libr. 28. Moral. cap. 7. sub finem. to. 1. Accingere lumbos quid.

Sobrietatis quæ nam sit comes iudiciu. Iudith. 8.

sericordia, nunc tempus est meriti, & belli, postea verò remunerationis, & triumphu. Ad hæc illud etiam vrget, quod si in via Dei non progredimur, continuo retrocedamus necesse est: vt in flumine rapido qui contra eius cursum nauigat, si tantillum remittat laborem remigandi, flumine secundo continuo retrocedit. Denique diligentia Angelis persimiles efficiuntur, qui cum sint administratorij spiritus, in ministeriu missi, vt Apostolus inquit, alati describuntur, ad significandum eorum promptam obedientiam: quia sunt potentes virtute, facientes verbum Domini.

Vt autem quis possideat diligentiam virtutem, opus est vt omnia impedimenta auferat, id est, duas partes vestis quas præcingit. Est enim corpus quod gestamus, velut vestimentum quoddam, in quo animus veluti hospitatur, & delitescit. Sed hoc duobus modis præcingitur: primò quidẽ per sobrietatem ab omni cibi & potus superfluitate, ne eorum immodica ingurgitatione obrutus, minus sit aptus ad ministerium Domini, & ad bellum contra hostes. Similiter debet præcingere lumbos per castitatem ab omni vsu illicito venereæ voluptatis: ita enim exponit Gregorius: Lumbos, ait, accingere, est vel in opere luxuriã, vel in cogitatione laudis appetitum refrænare. Delectatio namq; carnis in lumbis est. Sic ille. Est autem sobrietatis comes indiuidua castitas, nam venter, & genitalia proxima sunt: vnde quæ castitatem amant, sobrietati, & ieiunio serid incumbunt. Hinc Iudith castitatis obseruantissima, cilicium habebat super lumbos suos, & ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. Altera pars vestimenti sunt diuitiæ, & honores, quas res caro nostra immodicè, & sine mensura affectat, & earum cupiditatibus immergitur in interitum, nisi & hanc partem vestimenti restringat per Fidem, & Charitatẽ, quibus diuitiarum vanitatem, & æternorum bonorum stabilitatem considerat, vt ita clauum clauo trudad, & amore immortalium, & æternorum bonorum cupiditatem præsentium bonorum cuius-

cat: opes enim cursum viæ Dei impediunt. Vnde Crates ille Thebanus magnam pecuniarum summam in mare proiciens: Mergam, inquit, vos, ne ipse mergar à vobis. Et diues ille adulescens Euagelicus ad perfectionem inuitatus, tristis abiit: erat enim habes multas possessiones. Dæmon etiam in lucta cum huiusmodi, habet vnde eos apprehendat, & in terram deiiciat: hinc Petrus dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quasi dicat, onerati sarcina diuitiarum, haud sequi te poterimus. Idem onus etiam præstat ambitio, & honoris immodicus affectus, qui humilitatem Christianã, & sensum sobriẽ, & submisse de se sentientis, extinguit, & minus idoneu reddit Euangelio. Vtrumq; autem vestis impedimentum debet esse à tergo, vt quæ retro sunt, obliuiscamur, & ad interiora conuertamus nos ipsos cum Apostolo, internas delicias, & solidas diuitias, verosq; honores præferendo falsis, momentaneis, & corruptibilibus huius mundi bonis. Iusta enim rationis statera, plus ponderare nuces, & auellanas plenas ostendit, quàm vacuas, & futura bona, & æterna, quàm præsentia, & temporaria.

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Quia fingitur in parabola, quod dominus rediturus sit noctu, propterea non tantum seruos præcinctos, sed etiam habentes lucernas plures, & ardentes, & in manibus voluit. Ille tres voces, in manibus vestris, nec in codicibus Græcis, vel Patribus qui Euangelia interpretantur, nec in Syriaco Euangelio inueniuntur, nec apud Cyprianum, nec apud Ambrosium, nec apud Augustinum libro de Continentia, nec in libro Questionum Euangeliorum, nec apud Gregoriu in libris Moralium, vbi hanc sententiam citat & exponit. Nec opus est seruum expectantem dominum, cum redeat in domu, lucernam tenere in manibus; satis est, illam domi, vbi est opus, esse accensam. Fortè tamen habuit textus Græcus, quæ sequutus est noster in textibus, & textum non vitiat: Gregorius homilia in illa verba legit, &

Qua ratione ductus Crates ille Thebanus, auri magnu pòdus in mare iactauerit. Matt. h. 19.

Ibidem.

Honoris appetitus immoderatus. quid incommodi adferat.

Philip. 3. Corporis, diuitiarumque impedimenta vti à tergo gestanda sint nobis.

7

Serui præcincti carere debeant lucernas habere ardentes in manibus.

Cyp. tra. 3. Ambr. to. 5. Aug. lib. de continentia, c. 7. tom. 4. & libr. 2. quæ euag. c. 25. cod. to. 4. à med. Greg. prædic. homil. Idem hom. 13. in Euang. tom. 2. &c.

8
Theophyl.
in Lucam.
Succincti lumbi qui nam sint.

Non habere
ardentes lucernas in manibus, quid sit.

Boni serui,
& fideles curiales debent habere lucernas in manibus.

Lucernæ tenendæ in manibus quæ nullæ sint.

Verbi Dei effectus.

Lucernæ quæ sint ardentes, & in manibus gestandæ.

exponit: nisi fortè fuerint ex margine in textum inserta.

Ad huius loci expositionem scribit Theophylactus: Est igitur hic mundus, nox. Porro succincti lumbi sunt, qui acti:am vitam agunt: eiusmodi enim habitibus utuntur operarij, quibus & ardentibus candelis opus est. Opus enim habet vita actiua, & iudicij dono, ut is qui actiuam vitam agit, non solum sciat quid oporteat facere, sed & quomodo. Multi enim bonum quidem fecerunt, sed non bene, & tales quidem succincti fuerunt lumbis: & opera quidem fecerunt, sed non bene: nec habuerunt ardentes lucernas in manibus, hoc est, non habuerunt rectum iudicium, sed vel in fastum inciderunt, vel in aliud arrogantiæ precipitium. Consideres autem & hoc, quod primum lumbi vestri succincti sint, dein de lucernæ ardeant. Primum enim operatio, & deinde contemplatio, quæ mentis est illustratio. Hec ille egregie profecto. Et si ergo plures lucernæ ardentes habendæ in manibus, possint referri ad plures seruos, quorum quilibet lucernam suam in manu gestat, possumus tamen etiam vni seruo plures lucernas tribuere in diuersis domus locis sitas, ne per tenebras cogatur Dominus ingredi in partem quam ipse inhabitat, vel dandæ vni seruo plures lucernæ, & eam dextera, vel sinistra lucerna gestare. Prima enim lucerna est Fidei, quæ instruit de credendis, de sperandis, de agendis, & fugiendis, & de his quæ postremò nobis metuenda sunt, & cauenda. Hæc autem lucerna docet distinguere inter furem, & sponsum, & amicos ab inimicis, inter gratiam, & naturam, & spiritum, & carnem discernere. Huius lucernæ oleum, quo sustentatur, est verbum Dei, quod animam tranquillam, & sedatam reddit, & omni liquori, id est, doctrinæ humanæ quicunque superenatat, & vulnera animæ curat, & ut oleum dilatatur: à corde quidem in animæ facultates, & in opera interiora, & exteriora, & ab vno bene operandi exemplum præbente, in alios. Lucerna hæc debet ardere, siue accendi per charitatem, quæ ignis est, quem venit mittere Dominus in terram. Et debet esse in manibus, id est, actionibus bonis, & multis, & manibus nostris: quia non satis est, alios verbo nostro excitari ad bona opera, nisi nos nostro exemplo illis præluceamus. In manibus etiam, teste Bernardo serm. in vigilia Natalis Domini, quia nondum sumus in domo illa aeterna, ubi sine omni timore ventorum, id est, dæmonum lucernæ securæ deportantur, sed modò utraque manu studeat operire quod portat: nec fidat aëri, etiam si videatur esse tranquillus. Quod si etiam manus portantis adusserit, eligat potius pati, quam retrahere manus, quia in momento, & in icu oculi poterit à tribus validissimis ventis, Carne, Mundo, & Dæmone, ex sufflari, atque extingui. Lucerna porro extincta, fumat, & foetet, & retro foetore suo offendit nares, & abortire facit prægnantes: ita Fides per heresim, extincta fumat, & foetet, & abortum bonorum operum conceptorum facit. De hac lucerna, siue lampade dicitur in Baptismo: Accipe lampadem ardentem, &c. Et de more Christiano morientis manibus apponi solet candelam, ut sit tanquam virgo sapiens, & seruus vigilans: & protestatur homo illo symbolo, quod hinc in Fide Christi, qui lux est mundi, discedat. Et quia ex Fide bona opera proficiuntur, & viatores in hoc mundo efficitur, & bellum dæmonibus inferimus, rectè lucernas in manibus ardentes habemus, ut pugnemus sicut in die Madiam: ubi lagenis vacuis, & lapidibus, & tubis in manibus pugnatum est. Secundò, est lucerna prædicatoris, siue prædicationis Apostolicæ, de qua dixit Dominus: Nemo accedit lucernam, &c. nam, ut ait David: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectu dat paruulis: & Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Hæc lucerna ardere debet igne zeli gloriæ Dei, & salutis animarum. Huius vitrum peruium, est clara vox prædicatoris: ellychnium, est intellectus, seu sapientia: oleum, est benignitas ad proximum, siue misericordia, sine qua non lucet lucerna. Debet prædicationis lucerna esse in manibus bonorum operum, & ne aliter vita paliter

Luc. 12.

Bernar. serm. mon. 3.

Altera gestandi lucernas ardentes in manibus ratio, B. Bernardi.

Fides sine operibus qualis.

Moriētis manibus apponi candelam cur solet.

Matth. 25. Ioan. 8.

Infra. 9. Bona opera vnde proficiuntur.

Iudic. 7.

Lucernæ prædicationis apostolicæ quæ nam sit Matth. 5. Psal. 118. Ibidem.

Lucerna prædicationis quomodo ardeat.

loquatur

Lucernæ variaz acceptiones.

Quemadmodum serui Dei interdum abutatur lucernis ardentibus.

9

Vita olimboni Iudæi in quo sita esset, & in quo boni Christiani.

Matth. 6. Christiani ut expectent dominum suum à nuptijs cœlestibus redeuntem.

Reg. 18.

10

loquatur doctrina. Prior lucerna, manu interiori animæ gestanda: posterior, etiam manu externa prædicationis. Non ignoro, alijs multis modis posse lucernam exponi, nempe aut pro recta intentione, aut pro dono Spiritus sancti, aut pro bono opere alijs exterioribus præluce, aut pro mente ipsa verbo Dei illuminata, & facile esset illa propositæ lucernæ accommodare: sed nos his duobus contenti sumus, ne prolixiori sermone lectorem grauemus, & ut illi aliquid cogitandum relinquamus. Illud tamen modo admonendum putamus, nobis plerumque non aliter euenire, atque famulis, quos equis nostris gubernandis deputamus: nam cum illis præscriptæ cuiusdam quantitatis candelam donemus, qua equorum, & sui ipsorum curam idoneè gerere possint, plerumque tamē serui totum candelæ usum equis curandis, & lusibus superuacaneis insu mentes coguntur in tenebris cœnam sumere, & cubitum pergere. Tanta est enim nostra malitia, ut lumine Dei, siue illud sit intellectus, siue Fides, siue prædicationis, abutatur, & ad nostra ipsorum commoda, & delicias conuertamus.

Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. In cortice fingitur Dominus reuerti à nuptiali conuiuio; quod vel pertino tempore celebrari mos erat. Quod ad rem attinet, vita olimboni Iudæi sita erat in expectando Messia ad nuptias Incarnationis vêturo, Christiani verò boni, in expectando Dominum è nuptijs cœlestibus ad nos redeuntem consistit, & qui verè dicere possit, Adueniat Regnum tuum. Expectant autem nihil in hoc mundo sperantes, & accincti lumbis, & gestantes in manibus lucernas, quibus dominum à fure discernant: habentes etiam carnem conscientiam, qui allatret in ignotos, & ut baculo odij, & indignationis, non secus atque David Goliath percutere valeat: & manu amoris Dominum introducat aperto ostio consensus animæ nostræ per clauem cogitationis.

Reuertitur autem à nuptijs, quas

hic cum natura humana, & per gratiam cum qualibet anima inchoauit: sed utraque perfecit, & consummauit in gloria, ubi Corpus Christi perfectam loci, id est, cœlestis mansionis sibi cõueniētis possessionem accepit, & perfectam vniōnem cum animabus absoluit. *¶* Ut cõuenerit, & pulsauerit, con festim aperiant ei. Venit Dominus è nuptijs læus, ac gaudens, & ad exhibenda beneficia munificus, & ad vniuersam Ecclesiam veniet in iudicio, & ad quamlibet animam in morte. Pulsat autem per inspirationem aliquam, vel beneficium promittens, vel flagellum minitans. Et quia pulsare est portam percutere, videtur potius innuere infirmitates, & morbos corporis, quod est porta animæ. Oportet autem libenter aperire, non solum per pœnitentiam, sed etiam per deuotionem, & congratulationem eius qui ad nos venire dignatur; ne fortè fores confringantur, & velimus nolimus, animam Creatori reddamus. Debemus ergo confestim aperire mente consentiendo, & affectu completendo aduentum Domini in domum suam, à se sanguine suo comparatam. Dandum est ergo illi aduenienti cubiculum collecti animi, lectus pacis, sedes quietis, clauis cogitationis, cibus bonorum operum, vinum amoris, custodia timoris sancti: qui enim bene recipit Christum in vita, clementer excipietur ab eo in morte. Si ergo Christus naturalia omnia tibi præparauit, vnde edas, bibas, induaris, consoletis, discas, & alios doceas; si ministros Angelos, si opera bona quasi uaticum, si socios sanctos itineris, & locum sanctum in celo tibi accommodauit; si denique se ipsum tot modis condiuit ut tibi saperet, & in Natiuitate, & in Cruce, & in Eucharistia, mirum esse non debet si exigit, ut te illi præpares, & ad gustum illius cõdias. Nam serui est se ad voluntatem Domini accommodare; filij, patris voluntatem facere: sponse, se ad placendum viro suo ornare, ut rectè dictum sit: Hierusalem præparare in occursum Dei tui Israël. Simpliciter hanc parabolam explicat Cyprianus tractatu de simplicitate

Quæ nã illæ nuptiæ sint Domini.

Quomodo veniat à nuptijs.

Pulsat quando Dominus, & qua ratio ne.

Quas ianuas pulsat Dominus.

Ut ei confestim aperiedum sit.

Seruorū officium.

Amos. 4.

B. Cyprianus lib. de unitate Eccles.

plicitate

plicitate praelatorum, in fine: Sint, inquit, lumbi vestri accincti, & lucerne ardentes. Et v. s. homi. expe. do. su. quando veniat a nu. ut cum ve. & pul. aperiāt ei. Beati serui illi, quos aduentus Domini inuenerit vigilantes. Accinctos nos esse oportet, ne, cum expeditionis dies venerit, impeditos, & implicitos apprehendat. Luceat in bonis operibus nostrum lumen, & fulgeat, ut ipsum nos ad lucē claritatis aeternae de hac seculi nocte perducatur. Expectemus solliciti seper, & cauti aduentum Domini repentinum, ut quando ille pulsauerit, cui gilet Fides nostra, vigilantiae premium de Domino receptura. Si haec mandata seruentur, sicut haec monita, & praecpta teneantur, operum primi dormientes diabolo fallente non possumus. Serui vigilantes, Christo dominante regnabimus. Sic magnus ille Christi martyr.

Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod praecinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Hac similitudine aliās vitur Dominus, cum inquit: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. Quod non est sic intelligendum, quasi in futura vita aliquis sit usus corporalium alimentorum, sed potius significare voluit, quod arctissima familiaritate sibi adiuncturus sit discipulos. Nos etenim eos nostra mensa dignamur, quos nobis familiarissimos esse putamus. Quia verò serui vigilantes beati dicuntur, aduertendum est, vigiliam aliud non esse, quam expansionem caloris, & spirituum ad exteriora organa sensuum secundum Philosophos. Ideò spiritualiter semper vigilat, qui spiritum totum, & amoris sui calorem ad Domini sui aduentum extendit, ut etiam quādo dormit pro necessitate corporis, Domini soniet aduētum: & in vigilia tali beatus est, & potest dicere: Ego dormio, & cor meum vigilat: & Iesus filius Sirach ait: Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum: quasi dicat, huic vni rei incumbit, ut

vigilet tempestiue, & de domino suo cogitet, & cum illo viuat. Et meritò subdit in premium: Praecinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Nam ut Dominus, dum viueret, Apostolis ministrabat, vnde dixit: Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat: ita voluit post hanc vitam in caelo ministrare. Et praecinget se, ad ministerium illorum, qui ad suum fuerunt praecincti, & ministrabit his qui bene Christo ministrauerunt, plenitudine consolationis, & felicitatis supereditans. Et quemadmodum hinc de plenitudine lucis, & gratiae Christi omnes iusti accipiunt; ita ibi de plenitudine beatitudinis, & luminis gloriae ipsius. Praecinget etiam se, nos ipsos praecingendo, & tollendo impedimenta corruptionis, & mortalitatis nostrae carnis per Resurrectionem suam in spe. Faciet eos discumbere per ascensionem, parando eis locum. Et transiens, in seruis suis traesentibus à creaturis ad Creatorem ab humanitate ad diuinitatem, à terrenis ad caelestia. Ministrabit illis. Se ipsum qui cibum, & potus, & sponsum, & gloria est animarum, & qui est intellectui veritas, affectui amor, memoriae beneficentia, oculis lux, auribus melodia, naribus balsamus, gustui mel, tactui vita, & omne bonum. Transiens cum ait, non loquitur de transitu, quo homo peregrinus fuit, & viator: neque loquitur de transitu mortis, & ascensionis in caelum, de quo dicitur: Sciens quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, sed loquitur de transitu, more hospitis diligenter ministrantis amico in mensa, tollentis & apponentis quae necessaria sunt, ut fecit Abraham Angelis. Ita vnus Iesus sine iactura suae maiestatis spiritualiter satiando quemlibet beatum, transire metaphorice dicitur. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Nox diuisa erat in quatuor partes, quarum singulae ex tribus horis constabant, post quas prioribus custodiis succedebat noui in moenibus ser-

Quare Christus Dominus, seruis suis ministrabit in caelo. Luc. 2. 2.

Quid ministrabit illis.

Ioan. 1.

Idem quomodo praecinget se, & faciet seruos suos discumbere; transiens qui ministrabit illis.

Christus quid ministrabit etiam illis.

Cum dicitur de Christo, quod transiens ministrabit illis, de quo transitu sit sermo. Ioan. 3.

Gen. 18.

Nox in quatuor olim partes diuidebatur.

uandis,

Elegas B. Cypriani ad lumbos praecingendos, lucernasque ardentes in nubibus gestas exhortatio.

Luc. 12.

Per discubitu super mensam in regno Christi quid significet Dominus.

Vigilia Philosophis quid sit.

Spiritualiter vigilat quis.

Cant. 5. Eccl. 39. Cor suum tradere ad vigilandum diluculo ad Deum quid sit.

uandis, vel castris, nempe in intempestam, conticinium, antelucanum, & diluculum. Non fit autem mentio primae vigiliae, quod conuiuium nuptiale eo tempore celebraretur: nec quartae, quia ultra tertiam vigiliam non protelabatur reditus à nuptijs. Et potest intelligi, si veniret in secunda vigilia, etiam si in priori dormierit, vel in tertia, tamen si in prioribus duobus pigritiae somno oppressus fuerit: satis enim est inueniri vigilantem in tertia, ut non desperet, qui vel media aetate, vel vltima senectute coeperit vigilare. Nam per has quatuor vigilias significari possunt quatuor hominum aetates, nempe pueritia cum adulescentia, deinde iuuenta, tertia, virilis aetas: quarta, senectus. Et de prima, & vltima Christus non facit mentionem, sed de secunda, & tertia: quia prima mersa est in aetate humida, & nullam habet experientiam, proinde in ea dormitantes, digni sunt venia, & misericordia: vltima verò, & virtute animi, & corpore deficit, & ideò excusatur: secus qui in secunda, & tertia, quae constat virtute animi, & robore corporis, ut in ea dormire, sit prorsus excusatione & venia indignum.

Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur veniret, vigilaret, utique, & non sine re parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. Ostendit priori parabola praemium seruorum vigilantium, hac autem poenam, siue malum quod incurrunt non vigilantes. Estque alia à priori, quia prior erat de seruis vigilantibus; posterior, de patre familias dormiente: estque prima facie non videatur ad rem. Nam de patre familias dicitur, quod vigilaret utique, si sciret qua hora fur esset venturus. Et illius exemplo infert, etiam nos vigilare debere, quia nescimus qua hora ipse venturus sit: cum esset à contrario modo dicendum: Et vos ergo vigilate, quia scitis qua hora fur ven-

Primae, & quartae vigiliae cur Dominus mentio nem non fecerit.

Quatuor noctis partes seu vigiliae quid denotent.

12

Mali quid incurrant serui minimè vigilantes.

urus sit. Soluitur hoc dubium, explicando, mentem parabolam dicentis fuisse, ut intelligamus diem Domini venturam sicut fur in nocte, id est, tempore & hora quando minimè putatur: & ob id perpetuò vigilandum esse, ne imparati, & dormientes incidamus in mala, quae pater familias oppressus à fure incidit, qui utique si praesciuisset furis aduentum, vigilasset. Dormientibus enim ille dies tanquam fur veniet, id est, inopinatus. Vigilantibus verò non veniet, ut fur (ait enim Apostolus: Vos autem fratres non estis in tenebris: ut vos dies illa tanquam fur comprehendat,) quia expectatus illis venit, & nihil bonorum auferet. Proinde verba illa, Sciret, vigilaret, sineret, tam hoc loco, quam Matthaei. 24. ubi eadem proponitur parabola, Graecè sunt praeteriti temporis. Ut sit sensus: si sciuisset qua hora fur venturus esset, vigilasset, & non permisisset perfodi domum suam. Et cum ita proponitur pater familias à fure oppressus, & datum passus, quia non vigilauit, meritò monemur etiam vigilare, ne in similia damna incidamus, quia scimus certò venturum Filium hominis, licet tempus & hora sint incerta, siue ad iudicium particulare cuique in morte, siue ad vniuersale omnibus in resurrectione. Loco illius verbi, qua hora, Graecè habetur apud Lucam *ποιος ἕρα*, apud Matthaeum *ποιος ὥρα*, id est, quae custodia, siue vigilia: & sic legunt Origines, & Euthymius, & Syriacum Euangelium habet, *Qua vigilia*. Vocat autem custodiam excubiariam, noctis tempus in quatuor custodias distributum. Pater familias, quisque nostrum est: domus, anima: fur, Dominicus aduentus incertus, & inopinatus, de quo Apostolus ad Thessalonicenses, *Dies Domini, sicut fur in nocte*, & Petrus, *Adueniet autem dies Domini ut fur*, & Dominus ipse: *Ecce venio sicut fur*: & rursus, *Si non vigilaueris, veniam tibi tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te*.

Atque in hunc sensum videtur concludi: *Et vos estote parati: quia qua*

Quid est, domum veniet sicut fur in nocte.

1. Theff. 5.

Nobis cur vigilandum.

Quid est ad literam: Quae hora fur veniet. Matth. 24. Origin. tractat. 31. in Matthaum initio tom. 2. Euthym. c. 58. in Matthaum. 1. Theff. 5. 2. Pet. 3. Apoc. 16. Supra. 3.

13

N hora

Theoph. Diabolus quare fur. Isai. 14.

Ioan. 10. Fur ille quādo veniat.

2. Cor. 11.

Quibus ille despectui Christi beneficio.

Tertull. li. 4. in Marcio. longe à medio.

Hilar. Can. 26. in Origin. ibidē.

Grego. homil. 13. in Euang. sub finem. tom. 2.

Christo tanquam fur ad se venienti resistere qui valeat, vt monet B. Gregorius.

Expenditur hoc verbū, Ideo estote parati.

hora non putatis, Filius hominis veniet: quali Dominicus aduentus sit fur: vt recte exponit Theophylactus. Quanquam possit etiam intelligi, furem dæmonem esse, qui diuinitatem in cælo rapere tentauit, deinde diuinos honores per idololatriam, & mundum per principatum, & animas per peccata vsurpare contendit. Sed hic fur incidit in manus ministro rum iustitię, siue licetorem, & in omnibus punitur. Et hic Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Simul autem cum aduentu sponsi loquitur de aduentu furis, vt indicet periculū non vigilantium. Venit enim in vita, transfiguratus in Angelum lucis: in morte etiam, vt domū perfodiat, & post mortem, vt accuset apud Deum: propterea in excubijs agendū est. Sed hic fur à Christo semel victus, à pijs, & fidelibus continetur. Vnde Martinus dixit: Quid hic astas, cruēt. abestia? nihil in me funesti reperies. Atque ita exponūt furē Tertullianus, Hilarius, & Origenes: sed prior expositio magis literę, & Paulo consonat: neque nouum est in rebus, & personis, natura etiam dissimillimis, simile aliquid inuenire, vt in his aduentus Domini ambiguitas designetur. Recte in hæc verba Gregorius scribit: Nesciente enim patre familiars, fur domū perfodit, quia dum à sui custodia spiritus dormit, improuisa mors veniens, carnis nostre habitaculum irrumpit, & eum, quem dominum domus inuenerit dormientē, necat: quia cum ventura damna spiritus minime præuidet, hunc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autē resistet, si vigilaret: quia aduentum iudicis, qui occulte animam rapit, ei penitendo occurreret, ne impoenitens periret. Hæc ille. Mira est autem per fossio, & cribratio domus corporis, quod per mortem corrumpit, & animæ quæ anxie conturbatur de domo per fossa, de amissione omnium charorū, & iactura bonorum omnium quā in morte facit, quod est quasi in portu naufragium facere. Ideo infert, Estote parati: non ait, eritis parati in futurum, sed Estote in præsentem: quia nihil certi de futuro tempore habemus, &

vnica est tantū securitas, & certissima fiducia minimè esse securū, sed in timore sancto agere, atq; ita expectare aduentum summi iudicis Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis laus, & gloria, atque imperium in sempiternum, Amen.

TRACTATUS XX.

In parabola illam: Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore, tritici mensuram? & habetur Lucæ. 12. Matth. 24. & Mar. 13.

PROPOSITA Parabola præcedenti, Petrus profuit, & dixit: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Coniectabat enim Petrus, con discipulos suos electos esse ad officium patris familiars, cuius munus est domui custodiendę inuigilare: & Dominus respondit per aliam præsentem parabolam, qua tacite innuit se ad omnes præcedentem dixisse, sed præsertim ad pastores, & Prælatos Ecclesiarum, quorum est alios regere, & pascere. Ita enim cum similem parabolam apud Marcum dixisset, subiunxit: Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Vnde & infra subiicit. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: significas aperte, prædicta ad omnes pertinere, sed magis ad eos quibus plu-

I Propositus huius parabolæ occasio de fideli dispensatore, & prudente.

Ea ad quos potissimum pertineat.

Marc. 13.

Luc. 12.

Ecc. 17. Quod spectet hæc parabola.

Quare nunc Petrus ex omnibus discipulis Dominum in cerrogauerit.

Cortex parabolæ.

Dispensatio quia.

Constitui super familiam, quid propriè.

Seruus vulgò qui beatus.

Aristo. lib. 1. ethic.

ra dona sunt concessa, deinde etiā ad alios. Quiuis enim si aliorū curā non habet ex officio, saltē animā suā negligere nō debet, & illi de cibo spiritus prospicere, & ab insidijs dæmonū, & peccadi periculis lege charitatis serua re tenetur: & præter animā suā quisq; etiā proximi sui curam habere debet, iuxta illud: Mandauit illis vniciq; de proximo suo. Est autem scopus in hac parua parabola, boni pastoris qualitates detegere, & præmium amplū, quo remunerandus est, & mali pastoris vitia, & supplicium quo sit plectendus: atq; ita hortatur bonos, vt memores sint sui officij, & malos terret. Pulchrè autē Petrus Apostolorū vertex, & ministrorū Christi summus designatus hoc interrogabat: quia sciebat, Dominū peculiaria quibusdam tantū præcepta tradere, interdum verò cōmunia, & omnibus generalia. Cortex parabolæ tradit; dominū absentē curā aliorū seruatorū vni tradidisse, quem fideliter seruientē postea toti domui præficere in remunerationē describitur. Et quia tales boni serui rari esse solent; propterea interroganter dixit, Quis putas? vel, quis nam? quasi dicat, rarus. Et talis seruus dicitur dare cibum in tēpore, quo scilicet oportet. Et ita de qualitate, & quantitate cibi, vnde dixit, Tritici mensuram.

Vbi aduerte, pro verbo familiam, Græcè haberi dispensatō, que propriè famulitium significat, vt ad literā iste intelligatur prepositus nō liberis, sed seruis. Ideo familię nomen sumendū est hoc loco pro seruis domus: dicitur enim familia quasi famulia. Cūq; hoc nomē à principio tantū de seruis diceretur, deinde vsus extendit illam vocem etiā ad liberos, imò etiam ad omnes, qui in vna, & eadē domo comprehenderentur. Et hic dicitur beatus: quia hic seruus liber efficitur, & diuitijs donabitur à Domino. Nam quiuis putat beatitudinem in eo, quod maxime cupit, & quo maxime indiget, sitā esse: vt docet Aristoteles. Fingitur etiam malus seruus alius à priore: quia ille bene gubernans, beatus dicitur. Et cum de illo dixisset, Quis putas est? omisit, cū de malo

loquitur: quia multi tales sūt, qui percutiunt conseruos, & rem domini lædunt. Et per omnia ferè hæc parabola consentit cum illa Matth. 24. quia eandem habet proparabolam, nempe: Illud autē scitote, quoniā si sciret pater familiars quā hora fur venturus esset, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam. Eandem habet etiam conclusionem; & propterea vna est, & eadē: nisi quod ibi dicitur seruus, siue Græcè δούλος, qui hīc dicitur, δυνάστης, hoc est, dispensator. Sed qui dispensator dicitur, postea dictus est seruus, cū ait: Beatus ille seruus, quem cū venerit Dominus, &c. Et quod in genere Matthæus dixit, vt det illis cibum, Lucas in specie dixit, Tritici mēsurā, siue Græcè στρογγύλιον, hoc est, demensum; quod est dicere, certam cibi quantitatem. Nam etiam vsque hodie seruis certam panis mēsuram Principes, & Magnates de more quotidie porrigere solent. Si quidē autore Donato in Phormionem Terentianum, serui quater nos frumenti-modios accipiebant in quolibet mense: idque demensum est appellatū, vel à mensa, vel à demetiendo. Vnde recte hīc dicitur: vt det illis in tempore (hoc est, in quolibet mense) tritici mēsuram. Iam huic cortici applicanda est parabola, atque illustranda. Quis, putas, inquit, est fidelis dispensator, & prudens. Hac percontatione, & dicendi modo, vt Hieronymus testatur in proœmio lib. in Oseā, difficultas, nō impossibilitas de notatur: vel, vt alij volūt, raritas, vel paucitas significatur, cuius hæc sunt verba; nā interpretās illud; Quis sapiēs & intelliget ista, &c. ait; Quod nō pro impossibili, sed pro difficili debemus accipere, iuxta illud Euāgelij, Quis, putas, est seruus fidelis, & prudēs, &c. Sic ille. Et similia sūt: Quis ascēdet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Quis est hic, & laudabimus eum? Quis poterit saluus esse? Et Apostolus raritatem boni dispensatoris explicans, ait; Sic nos æstimet homo, vt ministros CHRISTI, & dispensatores mysteriorū Dei. Hic iā queritur inter dispensatores, vt fidelis quis

Cui omnino similibus hæc parabola de fideli dispensatore. Matth. 24.

Donat. Grammat.

Olim serui quater nos frumenti-modios accipiebāt in quolibet mēse, teste Donato.

Hierony. in proœmioli. 1. comment. in Oseam, tom. 6. initio.

Oseā. ult. Hac phrasi, quis putas, ac similibus quid in Scripturis notatur teste Hieronymo. Psal. 23. Ecc. 31. Matt. 19. 1. Cor. 4.

Prou. 20. iuxta Lxx.

3 Fidelis dispē fator, & pru dens quis il le potissimū

Seruus vnde dicatur.

Ecclesie arti stites, quales tantū se de bent agno cere.

Gen. 3. Rom. 5.

Hierony. in c. 5. ad Ephes. tomo. 9.

Magnus ille Gregorius pri mus quare se seruū seruo rum Dei no minabat.

Rex, siue Princeps ser uus cōmunis seu honora tus cur dicty Paupertas olim inuisa, post Christū qualis reddi ta fuerit.

Fideles, etsi serui, sunt ta mē filij Dei.

Grata quæ Deo seruit.

inueniatur. Hoc idem tradit Salomon in Prouerbijs, cum ait: Virum fidelem opus inuenire; sic enim Græcè dicitur, ἔργον, id est, difficile, & laboriosum est: pro quo Hieronymus vertit: Virum fidelem quis inueniet?

Etsi autem hæc parabola intelligi possit de dispensatore ciuili, fido, & prudenti, qui præsit ciuitati, vel prouintia: melius tamen, & apertius de ministro Ecclesiæ, & pastore præfecto ouibus CHRISTI accipitur, nam hi rariores, & inuentu difficiliore. Seruus autem à seruando dicitur: quia qui in bello captus à morte seruatur, nil amplius habet iuris in se ipsum, quam mortuus. Emi etiam pecunia solet; & idè quidquid est, domini est, & illi fructificat. Idè quisque fidelis, sed maxime Prælati, seruum se agnoscat, emptus enim est sanguine Domini, & captus in bello: nam omnes peccato. Adq̄ & proprio bellū Deo inferebamur: sed eius misericordia per pœnitentiam à morte seruati sumus. Quisque ergo se ad alium gerat, vt conseruus ad conseruum. Vnde Hieronymus in illud Pauli ad Ephes. Subiecti inuicem in timore CHRISTI: Audiant hæc Episcopi, audiant presbyteri. audiat omnis ordo doctorum, subiectis suis se esse subiectos. Hæc ille. Quod non ignoras Magnus ille Gregorius, primus se seruū seruorum Dei nominauit. De Principe, siue Rege dici solet, quod est seruus communis, siue seruus honoratus: quia à tota Republica stipēdia accipit, vt seruiat omnibus. Etsi autē olim seruitus esset infamis, & inuisa: tamen postea quā Christus illam in se ipso honorauit, facta est gloriosa: quemadmodū Crux prius horrida, & abominanda, nunc sancta, & veneranda. Et vt in Domino seruitus nō repugnabat naturali Dei filiationi; erat enim Filius Dei: ita in nobis seruitus cū filiorum adoptione coincidit. Hęc enim seruitus ex charitate præstari debet, vt grata sit Deo: quemadmodū filius amore stimulatē patri debet inferuire. Episcopus ergo quicumq; agnoscat se in seruum, & dispensatorem vocatū. Et profectō intolerabilis sentētię spe

cies videtur, & quidē nocētissima, existimare, Episcopū esse dominū, aut rerū quas possidet, merum dominū ad se spectare, cum si quod sit dominū, onustū existat, cui nō repugnat quod si merus dispensator, & administrator, vt Apostolus docet: Oportet, inquit, Episcopū sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Et Bernardus libro de cōsideratione ad Eugenium: Nullum gladium aequè tibi formido, sicut dominandi libidinem. Hęc ille. Ex hac enim falsa opinione, quod Episcopi sint domini, innumeris, & intolerabilibus oriūtur abusus. Nam plurimi propterea ab Ecclesijs suis absunt: furta ad ditandum parentes, & ad amplas ditiones illis relinquendas meditantur: renuntiatū post multos annos beneficia obtenta, vt illis expediti matrimonio copulentur: Simonia, & aperte, & palliatæ admittuntur: denique truculenta, & sæua dominatio, de quibus ait Propheta: Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

Prima ergo conditio boni dispensatoris est; vt se agnoscat seruum, conseruis præpositis. Secunda, vt sit fidelis Deo, ne quenquam decipiat. Tertia, vt sit prudens, ne ab aliquo decipiat. Fidelis est ergo Prælati, qui non vsurpat sibi rem Christi, id est, honorem, ob illum potissimum seruiens, vel ob dominationem, siue potestatem, vel ob temporalium bonorum lucrum quasi finem administret: quia iniuria esset Domini, qui vult esse merces nostra. Hinc apud Malachiam dicitur: Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitō? Vel ne vsurpet sibi temporalia bona Ecclesię, quæ pauperum sunt. Etsi peccatū furti eo grauius est, quo à pauperiore, & magis egente furatur aliquis: profectō tanto grauius est pastoris delictū, si pauperum bona in vsus profanos conuertat. Debet etiam non tribuere sibi efficaciam Sacramentorum, in quibus purum, & nudum exhibet ministeriū, quemadmodū in verbo Dei proponendo: quia, Neque qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.

Hæresis cuiusdā, & illi quidem nocētissimæ genus quod nam illud sit

1. Cor. 4. Tit. 1. Bern. li. 3. de considerat.

Nullus gladius æquè Pōtifici formidandus ac dominandi libido, testē Bernardo.

Si verum est (quod quidē est falsissimū) Episcopū sui gregis esse dominū, quid inde sequatur incōmodorum.

Ezech. 34. 4 Dispensatoris boni conditiones, quinque.

Prælati qui fidelis sit.

Malac. 1.

Bona Ecclesię quorum sint.

1. Cor. 3.

Secunda conditio Dei dispensatoris, à quibus ille abstinere debeat, ostendens. 1. Pet. 5.

Tertia conditio. Tim. 4.

B. Ambrosij Episcopi documentum. Ambros. li. 1. de offic. c. 1. tom. 1. Matth. 15.

Quæ dogmata cognoscenda pastori.

Horatius in arte.

Prudentia qualis in pastore requiritur.

Fidelis verò minister (quæ est secunda opinio) à quinque abstinere debet: nimirū ab vsurpatione honoris Deo debiti, vel exercitio potestatis, vel lucri tanquam finis, vel potestatis spiritualis vt suæ, vel bonorum temporalium Ecclesię: quæ omnia Petrus in priori sua epistola breuibus verbis complectitur: Pascite, inquit, qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed volūtariè: neque dominantes in cleris, sed facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Tertia conditio: Debet adesse prudētia: quæ ex Scripturis accipi debet. Vnde Paulus: Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ: & qui nondum possidet doctrinam, addiscat, quemadmodū fecit Ambrosius ex Catechumeno, assumptus ad Episcopatum: qui, vt ait libro de Officijs, simul discibat, & docebat. Nam aliàs, si cæcus cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadent. Debet etiam scire, quæ doctrina sit tanquam vera amplectenda: quæ rursus sit vt hæretica, vel tanquam suspecta fugienda. Rectè à quodam dictum est: Cur nescire pudens præuè quàm discere malo? Debet etiam ex Canonū lectione Ecclesiasticorum qui litigiosa non tractant, peritia peti, & Sacramentorū administrandorū, & hierarchię gubernatio accipi. Debet tertio ab experientia multa cognoscere, quare ab euehēdis, & promouendis pueris maxime abstinere debent Ecclesiarū rectores: nam pueri nesciūt regere se ipsos, ne dum alios. Nec satis est dicere quod est nobilis, & illustris familiæ: quia propter Ecclesiā est minister, nō autē propter ministrū Ecclesia. Et mihi si nauigandū esset in Africam, præferrem cum vilī nauata, sed rei nauticæ penitissimō, quàm cum nobilissimō, sed eius artis profus ignarō, nauigare. Quarto debet prudentiam, orationē ad Deum fusa, addiscere, & qua possit Deum iratum, & flagellum suo populo minitantē placare. Debet habere prudentiam ser-

pentis caput Christum toti corpori præferentis; vt si tota Ecclesia aliquid, quod esset contra Christi gloriam, peteret, nullo modo cedat. Hęc est prudentia Prælati. Quarta conditio est: Quem constituit Dominus supra familiam suam. Idem est ergo dicere hoc loco ad litteram, Supra familiam; ac dicere, super conseruos suos. Est ergo Domini vocare Apostolos, & Episcopos, eisq; eorum ministerio conuenientē gratiā largiri: nā ipse est, qui idoneos facit Noui Testamenti ministros: de quo ait Paulus: Per quæ accepimus gratiam, & Apostolatū. Qui autem non per ostium vocationis Dei, & idoneę doctrinæ, & vitæ sanctitatis, sed aliunde, nempe per hominum fauores, aut potentiam, aut pecuniam, aut cognationem carnis ingreditur, ille fur est, & latro, & nihil boni ab eo sperandum. Quanquam Deus, in cuius manu sunt Reges, & Episcopi, eos mutare posset, & ex malis bonos efficere, sed id rarum est. Constituitur autem à Domino super familiam, id est, nō in proprium commodum, vel amicorum, vel consanguineorum, sed in bonū ipsius familię. Qui verò gratulantur de Episcopatu, & Episcopi, qui gratulationem accipiunt, non obscuro signo testantur quod appetebant Episcopatum, non in Ecclesiam, sed in proprium, & amicorū bonum, aliōqui amici nō Episcopo, sed Ecclesię gratulati fuissent. Quinta conditio nem subiungit: Vt det illis in tempore, tritici mensuram. Vbi exponendum est verbum, Vt det, non ait, vt recipiat, contra eos, qui habent manus ad recipiendum, non ad dandum. Vt det rursus, non vt retineat, iuxta illud Apostolorum Principis: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Christi. Sunt enim quidam angusti, & stricti cordis dispensatores, qui gratiam, & libertatem Domini coarctant: Tertio, vt det, siue donet, non vt vendat. Dixit autem Dominus: Gratis accepistis, gratis date. Nunc enim in plerisq; Ec-

Matth. 10. Quarta conditio. 2. Cor. 3. Rom. 1. Ioan. 10. Fur & latro, quis. Constitui si per familiam, quid sit. Quinta conditio fidelis. De ministris. 1. Pet. 4. Matth. 10.

cleijs opus est stipendio conducere Doctorem prædicantem, siue sacrificatorem, siue sacerdotes, qui peccatorum confessiones audiant; præter eos, qui iure Diuino, & Canonico ad illa mu- nera præstanda lege tenentur. Debet autem dare cibum, siue demensum, siue mensuram tritici, hoc est, mensuram verbi Dei doctrinam, & auditorum captui accommodam, & exemplum vitæ honeste: non autem vt det venenum malæ doctrinæ, vel prauis exempli, vel absentia ab Episcopatu, vel sententiæ excommunicationis leui de causa in suos fulminat. Nō enim nisi cū dolore, & fletu est ad virgam veniendum, vt Apostolus suo nos exemplo docuit. Debet igitur quiuis pastor agnoscere se debitorē pascendi gregē suum ministerio verbi, & Sacramenti, sacrificio, & oratione; præsentia, & definitione dubiorum de Fide, cōsolatione spiritali, correctione etiā coniunctas medicinales pœnas habente; subsidio etiā tēporali pro tēporis necessitate. Quia etsi Episcopus exiguum, aut nihil habeat; debet tamen tanta autoritate pollere, vt suæ diocesis diuitibus ad subleuandā pauperum inōpiam imperare possit. Pastor etiam secularis, siue ciuilis debet pascere populum suum abundantia bonorum temporalium, & pace externa. Ad quæ præstanda opus est vt religioni in primis faueat, & in illa Deo ius suū reddat: deinde bonos foueat, & improbos quosq; & seditiosos iuste puniat. Pater familias verō subministrando tēporalia bona, & dādo bonā Fidei, & doctrinæ Christianæ instructionē, & probæ vitæ exemplū, pascit domum suam. Quiuis etiam fidelis in eo Fidem seruat, si Regem rationem, vel Christum habeat, si sponsam voluntatem cum ratione, vel Christo coniungat, si domum memoriæ, & filios bonorum operum, & seruos sensuum, & iumenta membrorum, & pecunias talentorum spiritalium diligenter custodiat, atque in officio cōtineat. Atque hic cibus in tēpore porrigendus est, quia, vt quidam eleganter dixit: *Temporibus medicina valet, data tem-*

pore profunt, Et data non apto tempore vini nocet. Verbū Dei suo tempore ministrādū: & correctio tanquam sectio, aut cauterium suo tempore adhibēda. Et de niq; sola prudentia regula est ad has minutas, & peculiare circūstantias considerandas. Deinde subiungit præmiū. *Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem.* Venit Dominus, saltē in morte, & seruum sic facientem, id est, sic cibantē, & sic apud suos residentem remunerabit. Nam talis specialem gloriam, hoc est, essentialē, & accidētariā, hoc est, auream, vel aureolā possidebit: & videndo diuinam essentiā, super omnia bona Dei constituitur, quia amicorum omnia sunt communia.

Hanc eandem parabolam sic describit Marcus: *Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit: sicut homo qui peregrinatus profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit, vt vigilet. Vigilare ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat: seruo, an media nocte, an galli cantu, an mane.) ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate.* Hæc parabola nihil videtur dissidere à superiori, quia ex utrāq; deducitur vigilandum esse: sed illa respicit dispensatorē domus, hæc verō respicit ianitorē, qui curam habet portarum domus. Et, vt notat Theophylactus, cū dixisset, *Videte, siue attendite, vigilate, subiūxit, & orate:* quia multi sunt qui vigilant, malè noctes expendent. Et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis. Id est, munus peculiare, in quo quisque exerceri debet, vt constat ex Apostolo: *Vnusquisque proprium donū habet à Deo, unus quidem sic, alius verō sic.* In Ecclesia verō, ianitor, est prælatus, siue Petrus, cui datæ sunt clauis Regni cœlorum ad aperiendum, & claudendum, prout opus est. Atque ad illum, maxime, & sub eo ad omnes Episcopos in partem sollicitudinis vocatos spectat vigilare, tanquam ipsi reddituri sint rationem, non tantum pro se

Bonus ac fidelis seruus quo premio dignus sit Dei.

Super omnia bona constituitur, quid sit.

6 Mar. 13.

In quo hæc tanquam parabola fidelis dispensatoris differt à superiori. Theoph. in Marcum.

Dare seruis potestatem cuiusque operis, quid sit. 1. Cor. 7. Ianitor ecclesie quis. Matth. 16.

Tritici mensuram dare, quid.

2. Cor. 12.

Pastor ecclesiasticus qui gregem suū pascat.

Supra. 10.

Secularis itē pastor quomodo populum suū pascere debet.

Pater familias, qualis erit & ipse pastor.

Fidelis quisque in quo fidem suam seruet.

Quidi lib. 1. de re meo amor.

Hebr. vt.

De ianitore moralis intelligentia.

Matth. 24.

Quid misit malus seruus, dicens: Moram facit Dominus meus venire.

Vti etiā ille percutiat seruos & ancillas.

se ipsis, sed etiam pro commissis sibi gregibus. Debentq; dare operam ex officio, ne quicquam mali in oues creditas obrepant: ne grex terminos suos exeat: ne quis abigat, vel ne quis deoeret. In quolibet autem homine, intelligibilis pars est ianitor, quæ quid intronitri, aut abijci debet, aduertit. Hæc pars noxias cogitationes, verba, & facta perniciose repellit: & magis nocte vigilat, dum ab amicis hostes non internoscuntur, quia tunc specie recti, ne praua sese insinuēt, vigilādū est. Sequitur in Luca. *Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemq; eius cū infidelibus ponet.* Et addit Matthæus: *Illic erit fletus, & stridor dentium.* Non de alio seruo, sed de eodem videtur esse sermo & apud Lucam, & apud Matthæum: nam multi in bono cœpto opere non progrediuntur, sed interdum tentationibus mūdi, & carnis fracti retrocedunt. Quamquā reuera idem dispensator non potest simul esse beatus, & damnatus. Proinde intelligendum est, vel non eundem esse dispensatorem, quia primus beatus, & secundus damnatus: vel si ille idem ipse est, intelligendum est quanta illum beatitudo maneret, si in vigilantia cœpta perseverasset. Dicitur autem seruus malus dixisse in corde suo: hoc est, prudens, & sciens, nō coactus, sed volens, & non audēs ore exprimere malam voluntatem, ne à quoquam reprehenderetur. *Moram, inquit, facit dominus meus venire.* Id est, Dominus meus cunctatur, & reditum suū differt: quamobrem non timeo pœnas quas mihi comminatus est, vel eis præfero: voluptates præfentes, vel saltem postquam peccauero, resipiscam. *Et cœperit percutere seruos, & ancillas.* Id est, exemplo vitæ suæ malæ percutere consciētias aliorum, vtriusque sexus, & superbè agit cum illis, quasi dominiam exercens contra conseruos, & violenter primitias, & decimas extrahēdo. Cœ-

perit etiam edere & bibere, & inebriari. Quibus verbis testatur Theophylactus, pastores percuti, qui in delictis, & splendide, & molliter viuendo, omnia Ecclesiæ bona dilapidant, illisq; inebriantur, & quasi ebrii fiunt extra se. Et ita in his duobus intelliguntur factus, cupiditas, & mollis, & obscœna vita, quam Prælati, Domini sui, cui arctam reddituri sunt rationē, immemores traducunt. Et propterea subdit, quod veniet dominus serui illius in die qua non sperat (pro, in die quam non expectat, vel non præstolatur, vt habet Græcum verbum) & hora quæ nescit, & diuidet eum (pro quo verbo Græcè dicitur *διχοτομήσει* id est, dissecat in duas partes, vel per medium scindet) segregans eum à suo cōubernio, & pistrino, vel carceri cum infidis seruis adiudicans. *Partemq; eius cū infidelibus ponet,* siue, vt Matthæus ait, *cum hypocritis.* Infidelis non opponitur credenti, sed fido; sicut etiam nomen fidelis pro fido positum est. Fides enim seruus neq; simulat, neq; dissimulat, infidus multa ad tempus simulat, quo dominum fallat, & ab eo officium regendæ familiæ accipiat. Istis igitur Dominus inopinatus venit, vt impleatur verbum Prophetæ: *In operibus manuum suarū cōprehensus est peccator.* Dissecat autem, dum animā eius per mortē à corpore, & facultatibus diuidit, corpus dando edendum vermibus, animam dæmonibus cruciandam, & facultates mundi amicis, aut inimicis fruendas. Deinde etiam post resurrectionem, tanquam palmitem nō ferentem fructum, dissecat à vite Christo, & à consortio Beatorum, in ignem æternum proijciendum. *Partem verō eius ponet cum infidelibus.* Pars cuius visus est, quod magis expetit, & gustat siue in bono, siue malo: quia nemo vel totum bonum, vel totum malum gustat. Vnde ait Ecclesiastes: *Hoc itaq; visum est mihi bonū, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse sub Sole numero dierū vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius, &c.* Habebit igitur fortē damnatio-

Hoc verbo quos Dominus pastores sui gregis percutiat. Theoph. in Lucam.

Malum seruuum Dominus vt diuidat.

Matth. 24. Partem eius cum quibus infidelibus ponet.

Psal. 9.

Eiudem etiā qui diuidet.

Ioan. 15.

Partem cum infidelibus eū ponet, & quomodo.

Ecclesi. 3.

Alter scelus

Matth. 24.

Partem ponere cum hypocritis, quid

7

Officiū pastorale in ecclesia quam periculosū.

8

2. Cor. 1. 1. Cor. 4. Quis cognoscere sceleret voluntatem Domini.

Quo se modo ad voluntatem Domini faciendam preparabit quispiam.

Theophyl. ibidem.

nis cum infidelibus (quia infidelis fuit in dominum, & in familiam) de quorum damnatione nulla dubitatio est: nam tam carentes fide, quam illa præditi, sed destituti bonis operibus, dānantur. Vel, ut ait Matthæus, cum Hypocritis, id est, fictè religiosi, quorum etiam certa est damnatio. Vel quia modo quodam sunt hypocritæ quicunque prælationis ordinem tenent, sed commissam sibi curam malè exercent: ipsi namq; gradu, & officio se profitentur aliorum pastores, cum reuera sint aliorum oppressores, & subuersores, si non velis vocare lupos. Et quæ sit hæc pars, magis declarans, subdit Matthæus.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. Et Lucas subiungit: Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Non est noua parabola, ut quidam putant, sed pars prioris: & declarat his verbis Dominus sensum eius extendi ad omnes: & ostendit, quàm periculosa prouintia sit prælationis administratio, propter quam nemo debet insolentior esse, sed potius sollicitior: onus enim potius suscipit, qui curandis animabus præficitur, quàm honorem.

Ait ergo, seruus ille: non dominus, ut Paulus dixit: Non dominatur fidei vestra: & rursus: Sic nos aestimet homo ut ministros Christi. Qui cognouit voluntatem domini sui. Id est, cognoscere debuit, & potuit ex mandatis, & lege Dei. Et non se preparauit. Nam et si absque gratia Dei impossibile sit voluntatem Dei à nobis expleri, possumus tamen nos ad eam præparare, Deo tamen nos excitante, ut gratia infundatur. Et ita non solum damnatur voluntatem Dei sciens, & non faciens, sed etiam sciens, nec tamen se ad faciendum præparans: talis enim scire negligens, cum tamen scire ex officio adstringatur, pro sciente habetur. Vnde pulchrè hoc loco ait Theophylactus: At sunt, inquit, qui querant: Esto, bene, Puniatur is

qui scit voluntatem domini, & non facit: qui autem nescit, quare punitur: Eo quod potuisset etiam ipse discere, & noluit, sed piger fuit, ipse in causa fuit quominus didicerit: quapropter puniendus est, quod non sponte didicit.

Hactenus ille. Tales ergo quia aut sciunt voluntatem domini, aut ex officio suo scire debent, & non faciunt, plagis vapulabunt multis, ob maiorem Domini, & veritatis contemptum: nam instar Vriæ, tales portant literas, quibus morti destinantur. Et, ut ait Salomon: Eo quod in multa sapientia multa sit indignatio: & Qui addit scientiam, addit & laborem. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Id est, simplex idiota, & qui in lege Dei non est versatus, vel qui minima dona accepit, ut possit Domini voluntatem agnoscere, et si ex parte peccando dignus sit excusatione ob ignorantiam; & ob id plagis vapulabit paucis respectu eius, qui scienter peccauit: tamen non omnino impunitus euadet, eo quod & ipse potuisset, si operam dedisset, discere: sed quia piger fuit, noluit. Timeat ergo magistri, & doctores memores verbi huius, & sententiæ fratris Domini dicentis: Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam magis iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Et Apostolus ait: Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Hinc sacri Theologi certam regulam tradunt: In eodem genere peccati grauius peccare fidelem, quàm infidelem, ob scientiæ maioris lumen, & grauius ingrati animi vitium, & ob alias circumstantias: quemadmodum mulier coniugata, & viro alligata, & sui copiam alteri faciens, grauius delinquit, quàm mulier soluta, & inconiugata, quæ virum quem offendat, non habet. Constat autem, Christianos omnes tãquam virgines castas Christo esse desponsas, cum infideles liberi sint. Vel quoniam primum membrum fuit, is puniendus est, qui cognouit voluntatē Domini,

Nesciens voluntatem Domini, nec faciens, cur vapulet.

Sciens voluntatē Domini, & non faciens, plagis cur vapulet multis.

2. Reg. 11. Eccles. 1.

Quis non cognoscat voluntatē Domini sui, & facit digna plagis.

Quibus maxime ab illa Domini sententia formidandum.

Iaco. 3.

Rom. 2.

Eodè in genere delicti fidelis grauius cur peccat, quàm infidelis; ut Theologi tradunt.

Quales Christiani præ in fidelibus sint.

2. Cor. 11.

Non cognoscens qui voluntatē Domini, impunitus relinquitur.

Hæc differentia inter cognoscentem domini voluntatem, & non cognoscentem, ut sit accipienda.

Iob. 21.

9

Hebræi propositiuo comparatiuū vsurpant.

Hæc Christi sententia, Omni autē cui multum datum est, plus petet ab eo, & rel. vnde sumpta videtur esse.

Conueniat quibus.

Sors quorū turior apud Deum.

Mat. 19. Dicitū sapiētis cuiusdā.

& non fecit eam: in secundo non dicitur puniendus, qui non cognouit voluntatem domini, & eandem non fecit, sed qui non cognouit, & fecit digna plagis: is enim non est puniendus, quia non fecit voluntatem incognitam, sed quia fecit digna plagis & supplicio, præuaricando naturæ legem, quam minimè ignorare poterat. Et hæc differentia inter cognoscentem, & non cognoscentem Domini voluntatem, intelligenda est ceteris paribus: nam quandoq; non minor, imò grauior est ignorantis iniquitas, quàm scientis, ut si ignorantia sit affectata, ut eorum, qui dicunt: Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.

Sequitur: Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. Comparatiuè videtur hæc accipienda esse, & positiuo Multū, pro positiuo Plus, accipi debet. Et videtur hoc Domini dictum sumptum à vulgari populi sententia: qui enim multum beneficij alicui cōtulit, multum etiā grati animi significationis, & beneficentiæ vicissim ab eo requirit: & qui alicuius fidei commendat aliquid custodiendum, vel in bonum aliorum dispensandum, multum etiā ab eo requirit, nempe quicquid depositi custodiendū, & omnium dispensatorum rationem ab eo reposcit. Et hoc de pastoribus dicitur, quibus pro exactione talentorum omnium, & beneficiorum acceptorum incūbit reddere rationem. Porro qui hanc Domini sententiam ex animo perpenderit, non facile conqueretur, se minus alijs à Deo accepisse, siue in scientia, siue in dignitate ecclesiastica, siue in generis nobilitate, siue deniq; in opibus, & possessionibus; nam pro omnibus diligenter est reddenda ratio. Et certè tutius est auditorem, quàm doctorem esse, & minus est periculi in parendo, quàm in præcipiēdo: & expeditius pauperes, quàm diuites ingrediuntur in regnum cælorum. Bonum est in presenti, ut ait quidā, more Regum viuere, sed longè præstantius est mendicorum more extremū

diè obire. Quid habes, ait Apostolus, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Nihilus est ergo hominum, qui aliquid à Deo non accepit. Studeat ergo quisque pro dono accepto gratias agere donatori, quo ita dona habita augere, & æternæ vitæ coronam consequi mereatur auxilio, & munere Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto, sempiterno fruitur honore, & gloria, in secula seculorum. Amen.

TRACTATUS XXI.

De parabola habentis arborem ficu plantatam in vinea sua, & quærentis fructum in illa, & non inuenientis: de qua sol⁹ Lucas Cap. 13.

DOCET Hæc parabola Dominus, duritiam cordis humani, ingratiq; animi, atq; impenitentem in causa esse, ut abutatur homo patientia, bonitate, atq; Dei longanimitate, iuxta illud Pauli: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, & impenitens cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. Quæ ut magis intelligantur, operæpretium est, verba quæ parabolam hanc præcedunt, diligentius perpendere, & explicare. Sic igitur incipit Euangelista. Aderant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galileis, quorū sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondens dixit illis, Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia

Institutū parabolæ.

Rom. 2.

Vnde pendat eius intelligentia.

passi sunt? Nō dico vobis, sed nisi pœnitentiā habueritis, omnes similiter, peribitis. Sicut illi decē & octo supra quos cecidit turris in Siloē, & occidit eos; putatis quia & ipsi debitorum fuerint præter omnes homines habitates in Hierusalem? Non, dico vobis; sed si pœnitentiā non habueritis, omnes similiter peribitis: & subiungit: Dicebat autem & hæc similitudinem, Arborem fici, &c. Pulchrè Theophylactus in hæc verba scribit: Iudas Galilæus, cuius & in Actis ipse Euangelista noster meminit, cum & ipse aliquantum doctus esset in lege, docuit & alios Galilæos suo dogmati adherere. Docebat autem, nullū omnino hominem ferendum dominum dici, neq; honoris, vel modestiæ gratia, etiam Regem ipsum. Vnde & multi ipso grauiter scriebantur, qui & docebant neq; à Mose constituta sacrificia offerenda, eo quod pro Cæsare, & Romanorum gente fiebant sacrificia. Verisimile igitur Pilatum ob hæc indignantem iussisse occidi Galilæos illos super sacrificia quæ ab eis prohibebantur fieri pro Romanorum gente, & ita commiseri sanguinem eorum, sacrificiorum sanguini. Annuntiauerunt igitur quidā hæc Saluatori, vt aliqua ex parte pie facta, volentes per hoc discere quid in eo sibi placeret. Putabant enim quidā, illos iustissimè passos, vt pote peccatores, & seditiosos, & irritantes Pilatum in odium Iudæorum, eo quod vrgebant Cæsarem non appellandum dominum: id quod in totius gentis Iudæorum incommodum cedebat.

Igitur Saluator, non negās eos esse peccatores, dicit non ipsos passos esse, quasi essent maiores peccatores ijs, qui nihil passi. Similia docet Euthymius, & Cyrillus in Catena B. Thomæ. Quæ eo quod ait pro Cæsare fieri solita esse sacrificia, confirmari possent ex Philone, qui in libro de legatione ad Caium, testatur Augustum suis sumptibus instituisse sacrificium quotidianum in templo pro se ipso: & per literas iussisse vndiq; illic mitti in templum primitias à Iudæis dispersis per orbem, nemine prohibente. Duo sunt hominum mortientium genera, de quibus temere

iudicare consueuimus. Alterum est eorum, qui inopinato casu, & repentino pereunt, quales illi fuerunt decē & octo viri, super quos cecidit turris Siloē, & oppressit eos: nam huiusmodi homines iudicamus, tanquam seditiosos, & pestiferos, Diuino iudicio de medio esse sublato. Alterum est eorum, qui magistratus gladio ob aliquod insigne delictum publicè interficiuntur: nam tales cæteris omnibus scelestiores, & nocentiores iudicare soliti sumus (contra quem errorem totus ille liber Philonis disputat) & pro ingenio nostro nos cum illis componimus, eorumq; comparatione iustos & sanctos nos ipsos existimamus. Et contra hoc temerarium iudicium, quo plus nobis quàm alijs tribuimus, quod attinet ad iustitiam, & vitæ sanctitatem, & minus, quod attinet ad delictum, & iniquitatem, tenet hæc Domini doctrina, docetque plerunq; nos falli in eiusmodi rogitationibus: neq; verum esse, scelestiores semper quasi intolerabiles puniri, sed plerunq; qui minora & leuiora peccant, ad supplicium rapi, aut casu aliquo fortuito perire. Proinde rectè infert: Vt qui superstitios marent, respiscant, & condignos pœnitentiæ fructus edant, ne grauiora Dei experiantur supplicia.

Vbi aduerte, quod si Deus nullum puniret criminosum, nullum iustitiæ, aut prouidentia Diuinæ signum appareret: si autem omnes statim castigaret, videretur nullum post hanc vitam futurum iudicium. Quod si tantū maximos peccatores semper morte plecteret, illi magnitudine delictorum obruti, aut vix, aut nunquam respiscerent, & viuentibus familia Dei iudicia nocerent. Nam & se ipsos iustificarent præ illis, & de pereütibus malè cogitarent; cum tamen interdum iusti, & sancti viri, aut voluntate Dei volentis suos probare, & coronare, aut calumnijs, & falsis testimonijs eiusmodi iniqua iudicia nō euadant. Et, vt dixit Isaias, *Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est*

Duplex hominum genus morientium, de quo mundus temere iudicare consuevit.

Humanū iudiciū quod Dominus corrigere studeat præsentis parabola.

3 Si neminē Deus peccatē puniret, vel si in omnes statim annuaderet peccatores: si demū grauius tantū plecteret delinquentes, quid cōsequeretur.

Isa. 57.

qui

Theophyl. Act. 5.

Cur Pilatus Galilæorum sanguinem misceat cū sacrificijs eorum.

2 Stultū hominū iudiciū, & temerarium. Euthym. c. 47. in Lucam. Cyrilus. D. Thom. tomo. 15. Philo. Augusti in templū Hierosolymitanum pietas.

Quo diuino consilio fiat, vt iusti & iniusti parem moriendi rationem sortiantur.

Psal. 131.

Heb. 10.

4 Quid sibi velit: Nisi pœnitentiā habueritis, omnes similiter peribitis.

Illud Christi vanciniū in Iudæis quando fuerit impletū.

qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus est iustus. Propterea magna Dei prouidentia fit, vt parem moriendi rationem sortiantur non minùs iusti, quàm peccatores, nec minus peccatores parui, quàm magni, quo discamus coram Deo humiliari, & alios non cōtemnere, & nobis arrogantius nihil tribuere, sed omnes vnicū pœnitentiæ remedium, tanquam secundam tabulam post naufragiū amplectamur: cogitantes apud nos: Si tantum, ac tale supplicium de illo vel illo sumptū est, quid erit de me, nisi tempestiuè respiscam? nam etsi euasero manus hominum, non tamen illas Dei longas manus, de quibus Propheta: *Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua: Et Apostolus, Horrendum est incidere in manus Dei viuētis. Paucorū igitur præsentis supplicio, aliorū, qui in paribus, aut minoribus, aut maioribus versantur criminibus, & delictis animi, vel sanari, vel reprimi possunt.*

Ideo ait Dominus: *Nisi pœnitentiā habueritis, omnes similiter peribitis.* Vbi tacitè Dominus significare videtur, diem visitationis illius populi venisse, vt aut à Christo ab eis recepto reciperentur, aut in necem, exilium, captiuitatemq; darentur: non enim si ne causa dixit: *Omnes similiter peribitis.* Noster interpres videtur legisse *duos*, hoc est, Simul, pro quavoce modo legitur *quodlibet*, id est, similiter: & vtrumq; verum fuit, quod simul, & similiter perierunt. Quo verbo insinuat, similem impendere Iudæis interitum, nisi infra quadraginta annos respiscerent: nam post illud tempus, & prædicatum est in vniuerso orbe per Apostolos Euangelium, & quemadmodum Galilæi sacrificantes in templo, à milite Pilati interfecti sunt, & sanguis illorum cum sanguine sacrificiorum commistus; ita populus ille incredulitate sua, & impietate permansens, in solennitate Paschali cum templo, & ciuitate tota à Romano exercitu internecioni datus est. Similiter casus turris Siloë, qui recens fuisse indicatur, quia subdit non fuisse maiores

peccatores præ omnibus peccatoribus habitatibus in Hierusalem; præfatum erat eorum, quæ postea populo euentura erant. Nam, vt ait Theophylactus, *Turris, totius ciuitatis figura est: at decem & octo illius totius populi. Cùm enim sub Tito ciuitas rueret, omnis populus in incredulitate permansens simul periit.* Hæc ille.

Et ita subiungit parabolā: *Arborem fici habebat quidam, &c.* Vt videatur Dominus non tantum cuius peculii peccatori supplicium æternum cōminari, nisi respiscat, & tempestiuè ad cor redeat, postquam Deus tanta nos longanimitate, & clemētia expectat, verum etiam peculiariter populo Iudæorum incredulo, & tanta benignitate ab eo expectato, vltimum excidium vrbis, & vastationem templi, & Iudæicæ gentis exterminium, & dispersionem interminari. Cui scopo seruit, quod synagoga ficus similitudine aliàs repræsentata est, quando Dominus maledixit illi, folia tātum, non autem fructus habenti.

His de scopo propositis, ad literā & corticem melius apprehendendū, cōsidera, quod ficus pro fructu Græcè dicitur *σῦκος*, at verò pro ipsa arbore Græcis dicitur *σῦκη*: & in vtroq; significato generis est fœminini apud Latinos, & secundæ, & quartæ inflexionis. Tertio sic pro morbo quodā accipitur, à similitudine fici fructus appellato, estq; masculini generis, & secundæ inflexionis: de qua significatione hic non est sermo. Deinde aduerte, ex agricultura eundem locum plantationis habere velle ficum, atq; vineam, nam vt vinea ob multum huiusmodi calore forti digerente indiget: vnde plantatur in loco petroso, & arido, ad Austrum respiciente, vbi altitudine montis à Borea protegatur. Hinc apud Isaiam dicitur: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* Ad hunc modum ficus ob humorem densum indiget crasso calore digerente, & decoquente, & fructus ad dulcedinem trahente. Habetq; singulare, quod bis edit fructus. Nam primò ficus, quas dicimus præcoquas, profert, de quibus in Canticis: *Ficus*

Theophyl. Turris Siloë & octo ab ea oppressi quid significauerint.

Cui maximè æternum imminet supplicium impenitentium.

Matth. 21.

6 Ficus folia tantū habes, fructusq; omni destituta quæ mysticè. Ficus tripliciter accipitur.

Ficus vbi plantari vult.

Isa. 5.

Fici arboris ingenium.

Cant. 2.

pro-

protulit grossos suos, paucos tamen, sed quantitate maiores: vineæ florentes dederunt odorem suum: vbi indicatur eadē, quod ad locū attinet, vtriusque plantatio; deinde verò minores ficus, & dulces profert, plures quidē, sed mole minores.

7 Illud de fico per quadriennium expectata, vnde Christus descriptit Leuit. 19.

Quod verò post triennium quarto anno expectatur, vt ferat fructum videtur alludere ad legē Leuitici, quæ habet: Quando ingressi fueritis terrā, & plātaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Et naturale est, in prima plantatione arbores conualescere in radices, deinde in ramos extendi, tertio autem anno ad fructum, siue paruum, siue magnum, siue acerbum, siue dulcem proferendum vacare: ita vt de arbore quæ tertio anno nihil profert, meritò conqueri possimus, & de succisione eius cogitare.

Ficus quando fructificet.

8 Homo arborem fici habens plantatam in vinea sua, quis. Isa. 5. Psal. 79. In ficu fera ci qui designentur.

Quod ad applicationem attinet, homo iste, qui arborem fici habebat plantatam in vinea sua, Deus ipse est, cuius vinea propria, & ab ipso plantata, Domus Israël erat, vt dicitur ab Isaia, & Dauid: vineam, inquit, de AEGYPTO transfulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. In hac vinea habebat Dominus plantatam ficū, id est, sacerdotes, scribas, & primores populi, qui in vinea Domini erant velut ficus, quæ magnitudine sua excellunt vites, & mole, & dulcedine maiores fructus edere debent. Bis etiam solitæ sunt fructum ferre, vt diximus: quia non tantum in se, sed etiam in alijs quos colunt, & quorum curam habēt, producere fructum obstringuntur, ne sint vt arbores, quas Iudas Apostolus in sua canonica vocat bis mortuas.

Iud.

9 Quid est quod hic vineæ dominus post triennium venies fructum: ex illa quæ fuit.

Venit autem, quærens fructum in illa, & non inuenit; vnde dixit ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Venit enim Deus, qui dominus est vineæ & ficus, per triennium quærens fructum: quia per Pa-

triarhas, & per Moysen, & per Prophetas quasi per triennium fructum quæ fuit: nec tamen inuenit: quia sacerdotes, & Reges, & maiores Iudeorum omnes quæ sua sunt quærebant, & nemo illorum legem faciebat, sed instar ficus frōdosæ ceremonias quasdam, sacrificia, & lustrationes externas, quibus more legis expiabantur, tantum habebant; fructum autem vere fidei, aut charitatis in Deum, aut iustitiæ, aut misericordiæ, non proferebant.

Philip. 2. Ioan. 5.

Cultor vineæ, videtur esse Dominus Iesus, qui prius per Prophetas, & deinde per alios ministros religionis, & pietatis studiosos vineam, & ficum coluit, id est, populum Iudeorum in vinea, & rectores, & gubernatores illius in ficu representatos. Dixit ergo dominus vineæ ad vineæ cultorem, hoc est, ad Dominum Iesum: Succide ergo illam: vt quid etiā terram occupat? siue, vt Græcè dicitur, onerat, succū trahens sine fructu. Quo verbo videtur alludere ad eum, qui dixit: Telluris inutile pondus; Græcè verò aliàs dixit: ἰσώσῃς ἄχθος ἀγρόφῃ. Hoc est, Tolle de medio istos malos pastores, qui cum ipsi humeros supponere deberent ferendis oneribus populi, ipsos potius grauant, & legibus onerant, iuxta illud quod Dominus in alio loco obiecit: Alligant autem onera grauiā, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.

10 Vineæ cultor quis. In qua vinea, Dominus eius fructum quæsiuit, & quam ficum.

Homer.

Infructuosam arborem succidere, quid.

Mat. 23.

Respondens autem cultor vineæ, dicit: Domine, dimitte illam & hoc anno, vsq; dum fodiam circa illam, & mittā stercora, & si quidem fecerit fructum, sin autem, in futurū succides eā. Quod ad Grammaticam attinet, quod dicitur, & si quidem fecerit fructū, per figuram Reticientiæ, quæ à Græcis dicitur ἀποδιδόναι accipiendū est: supplendum est enim verbum, Parce illi, vel non succides illam, aut quid simile. Fossio fit, ne dura terra humorem ad radicem plantæ accedere impediāt, & vt ibi aqua cōseruetur, quæ est alimentum plantarum: stercoratio verò ad impinguationem tetæ spectat. Vt diximus, vineæ cultor, Do-

Id, Esti quidem fecerit fructum: sin autem.

Fossio cur fiat. Cur sterco corentur a gri.

minus Iesus est, qui per se ipsum quarto anno venit ad colendam illam, & pro illa seruanda Deum precatus est: & per quadraginta annos, qui fluxerunt ab eius morte, vsque ad excidiū sub Tito, & Vespasiano, obtinuit vt expectaretur an resipisceret, & Fidē Iesu amplecteretur. Fodit autem iuxta illam Dominus, prædicando hominis infirmitatem, & Legis ad iustificandū imbecillitatē, vt ita humiliatus ille populus, & sub Romanis Imperatoribus subiectus, in se ipso quasi fossam efficeret, in quam pluuia Diuinę gratiæ reciperetur. Misit etiā stercora, vt agnoscerēt Iudei, quod vt ficus ex se nō producit fructus, nisi aliena stercore virtute adiuta fuerit, ita ipsi minime fructū fidei, aut iustitię ederēt, nisi Iesu, tanquā vero Mesiæ adhererent, quē ipsi contemptum, ac despicabilem, nouissimumq; virorum instar stercoreis, quod pedibus cōculcatur, & dū viueret, & post mortē habuerūt. Ad eō vt quemadmodū palmes non potest ferre fructū à semet ipso, nisi manserit in vite, ita nemo ex Iudæis fructū bonū edere posset, nisi à Domino Iesu, quē pro stercore Iudæi conculcarūt, & extra portā (vt fieri solet de stercore) eiecerunt, virtutē fructificandi acceperit. Quia verò nec illo quarto anno fructū ullū protulerunt, Dominus illud præsciens maledixit ficui, quæ cōtinuò aruit, & succisa est, neq; vltra in æternū feret fructū Synagoga. Quia lex non tantū Christo moriēte mortua est, sed etiā paulo post mortifera reddita: adeo, vt Iudæus, nisi Christo sit insitus, amplius ferre fructū non valeat. Securis autē, qua succisa est ficus Iudaica, siue cultus Iudeorum, exercitus Romanorum sub Tito fuit, qui templum euerit, Ciuitatē destruxit, & illos in vniuersum mundum, in argumentum Diuinę iustitię punientis, exterminauit atque dispresit: exceptis tamen paucis ramis, siue furculis inferendis Gentibus accommodatis, qui pinguedinem luxuriantis in folia arboris, in bonos fructus conuerterunt. Atq; in hunc modum parabola explicanda est, vt scopo proposito ad li-

Iudeorum synagogam ceu vineam Domini eius cultor Christus quando circumfoderit, eam iter corant, impinguarit ve

Iudæi Iesum qualē habuerunt. Isa. 53.

Ioan. 15.

Heb. 13.

Matth. 21.

Synagoga quando fructificabit. Rom. 11.

Qua securi ficus Synagoga fuerit succisa.

teram respondeat.

Porrò cum vinea ista Israël symbolum esset Ecclesię Christi, ita etiam illa ficus, quæ maiores Iudæorū adubrabat, typus erat pastorū, atq; eorū omnium, quorū est Ecclesiā regere, & pascere, siue sint sacerdotes, siue Episcopi, siue Pōtiffices Romani, siue Reges, & Principes Christiani, siue alij quocunq; nomine gaudeant, curā animarū, & Christianę plebis habentes: tales enim cōparatione inferiorum, nō secus se habēt, atq; ficus ad vineā. Quod si illi expectati per triennium, vt fructum ederent, quem tamen minime ediderūt, tale experti sunt Dei iudicium, vt succiderentur, & administratione spoliarentur: quā graue, & acerbum nostros maneat ecclesiarum gubernatores iudiciū, eos inquā, qui præter folia, & externam quandā laruam religionis, & speciē virtutis, nihil præterea maius habēt alijs, quod ipsis cogitadū relinquo. Quod si hæc parabola ad vniuersos peccatores extendatur, siue olim in Lege, siue nunc in Euangelio viuentes, dicendū est, quemuis nostrū ficum quandam esse in Ecclesia Dei plantatā ad bonos, & dulces fructus bonorū operū edendos: quos si nostro vitio non proferimus, post longā tamē Dei benignitatē & patientiā per mortem succidemur, & in æternū geennæ ignē proijciemur. Nā si diligēter naturam ficus perpēdas, in primis inuenies, ficū dulciorem cæteris fructū producere: ita olim Iudæus, nūc vero Christianus ad perfectiora, ac ob id gratiora, & dulciora religionis opera præstāda lege tenetur. Vnde apud Hieremiā ait Dominus: Quid tu vides, Hieremia? Et dixi, Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ comedi nō possunt, eo quod sint male. Christiani enim, quino mini suo respōdēt, sunt intus, & foris boni, & sibi, & proximo boni: qui vero à nomine, & professione sua lōgè discedūt, sunt ficus pessimę intus, & foris, sibiq; nō minus, quā proximis. Quemadmodum mulier quæ habet virum, & adulterum admittit, peior est muliere libera, & liberè pro libidine suā fornicante. Deinde ficus

Israël vinea, ac ficus ista plantata quorum typum gerere videatur.

Ad omnes, siue olim in Lege, siue nunc in Euangelio viuentes, hanc parabolam spectare.

Ficus proprietates quibus applicentur.

Hierem. 24

Ficus optima apud Hieremiam, & ficus pessima, quid denotent.

Secūda proprietates.

parum crescit in altitudinē, ne ficus fatua efficiatur, sed humorem totum ad fructus multiplicationem asciscit: quod si altitudine delectetur, efficiatur ficus, quæ Latinè dicitur celsa, siue fatua. Ad hunc modum pius non curat altitudinem seculi huius, aut dignitates, timens ne per ambitionem infatuetur, & ad nihil vtilis sit; operā autem omnem ponit in fecunditate fructuū, & virtutum comparandarum. Nisi quod interdū eiusmodi arbores fatuæ feruiunt, vt qui statura pusilli sint, id est, humiles, & simplices, qualis erat Zachæus, profectu quodā me ritorum ascendant super tales arbores, vt inde possint spectare Dominū Iesum transeuntem. Tertiò, ficus pro florib⁹ reddit fructus, id est, grossos, quibus deinde succedunt mature, & dulces ficus: ita iustus hīc primū fructus profert bonorū operū, quo odore, & suauitate delectatur, & sp̄e concipit futuræ in æternavita felicitatis: ita vt cum Propheta Michæa dicat: *Præcoquas ficus desiderauit anima mea: quia qui præcoquas habet in hac vita, habebit & in futura dulcedinem beatitudinis, quæ illas consequitur.* Hinc Sapientia ait: *Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis.* Cū enim vineæ florent, reddunt odorē suauem, qui fructus quidam est: & flores nostri debent esse fructus honoris, & honestatis, post quos maturiora opera expectantur quasi fructus. Quartò, ex latitudine ramorū, & foliorum, vmbra suauem, & desiderabilem efficit: ita iustus suæ orationis vmbra, correptionis, & eleemosynæ alios protegere solet. Quintò, ficus hoc habet, vt in alterius speciei arborem inferi nequeat, ob eximiam eius dulcedinem, quam non potest deserere: ita iustus alteri non nititur, neque fidit, nisi tantum diuinæ bonitati, & dulcissimæ misericordię. Postremò, sic⁹ decorticata crescit, & fructum non reddit: & iustus homo virtutis exemplo exterius spoliatus fructum aliquem bonum edere nequit. Nam mala opera ex malo corde proficiscuntur: quemadmodum bona

nus homo de thesauro suo profert bona. Hanc arborem fici habebat quidā plantatā in vinea sua, id est, in Ecclesia, vt magis eā diligeret: & venit quærens fructum ex ea, quando vilitat nos per verbum Dei, siue per beneficia communicata, vel per flagella inflicta, vel denique per bonum seruum Dei exemplum. Cūque nihil fructus inueniat, dicit paterfamilias ad cultorem vinee, siue vinitorē, qui in vniuersam quidem Ecclesiam Pontifex Romanus est Christi Vicarius, qui toti vineæ præest; peculiaris verò cuiusvis Ecclesiæ Episcopus est: quemadmodum inter Angelos Michaël toti Ecclesiæ præest, vt olim Synagogæ: cuius autem priuato Angelus custos præficitur, cui cultura singuli cuiusq; hominis à Deo credita est. Ad hos ergo vineæ cultores, siue Angeli sint, siue Episcopi, Dominus vineæ loquitur: *Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in ficulnea hac, & non inuenio.* Tres isti anni commodè intelligi possunt, Pueritia, in qua incipit vsus rationis; Adolescentia, siue Iuuentus, in qua & corpore, & animo progredimur; & Virilis ætas, in qua est perfectio; quartus verò annus, Senectus est, quam neque mihi, neque alijs polliceri audeo, etiam si in illo est locus adhuc ferendi fructus. Ait ergo: *Succide illam: vt quid etiam terram occupat?* Succiditur homo per mortem, quæ tanquam securis ad radicem arboris posita est: post mortem verò venit nox, in qua nemo potest operari. Terram etiam occupat, & tanquā telluris inutile pondus iudicandus, qui nullum virtutis fructum in ea vocatione, in qua vocatus est, producit, imò suo malo exemplo ceteros à fructu proferendo, quantum ad se spectat, impedit. Fructus autem quos à quolibet nostrum tanquam à ficu requirit Dominus, à Propheta describitur Michæa, dicente: *Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. Vtique facere iudicium, quo peccata nostra punientur; Diuinum præsentia*

Matth. 13. 13 Ad vineam animæ nostræ vt quærat fructum ex ea, quando veniat Christus. Vineæ Ecclesiæ cultor post Christū, quis nā sit. Dan. 10. Quid Triennium expectati fructus inficulnea significet. Ficulnea quid, & quo modo succiditur. Ioan. 9. Terram occupet quis. I. Cor. 7. Fructū à nobis Deus quærat. Michæ. 6.

Ficus fatuæ quæ appellantur, cui possint viui esse.

Luc. 19. Tertia ficus proprietatis.

Cant. 2.

Michæ. 7.

Eccles. 24.

Flores nostri quales de beant esse.

Quarta proprietatis.

Quinta.

Sexta ac postrema proprietatis.

Mala opera vnde proficiscuntur.

TRACTATUS XXII.

De parabola illa: Quū inuitatus fueris ad nuptias, non discubas in primo loco, &c. de qua tantum Luc. Cap. 14.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: *Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere, &c.*

In primis aduertendum est, præsentem parabolam desumptam esse ex libro Prouerbiorum, nam cap. 25. dicitur: *Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne steteris: Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc; quam vt humilieris coram principe, quem viderunt oculi tui.* Ad huius prouerbij formam instituta est à Domino præsens parabola: cuius scopum ex his quæ præcedunt, facile est apprehendere. Nam cū Dominus inuitatus esset à quodam Pharisæorum principe ad prandiū, neque ille ad eum venire renuerit, vt symbolum solueret, doctrinam salutarē sparsit, qua eos ab immoderato affectu ambiendi primas cathedras, & primas sedes, hoc est, vt à superbia auocaret, & ad humilitatis virtutem amplectendam persuaderet. Et ita ait Textus: *Dicebat ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerēt. Quia in re melius & salubrius eos obseruauit qui se obseruabant: nam præcedit, intrasse in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabhato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et post con-*

Vnde hæc fuerit assumppta parabola.

Ad quid instituta.

Salutaris Christi homines se obseruantes obseruandi ratio.

Facere iudicium quid, & Diligere misericordiam. I. Cor. 13. Mat. 5. Quid verò ambulare sollicitum cum Deo suo, vt inquit Michæas. Peccatoris anima tanquā terra, vt fodiat, ac stercoretur. Iob. 2. Ambr. lib. 7. in Lucā cap. 21. sub finē, to. 5. Hæc parabola nobis documēta quæ præbeat.

mus iudicium, iuxta illud Apostoli: *Si nos metipso diiudicemus, non vti que iudicemur: & diligere misericordiam, quæ ad proximū est, quam in nobis diligit Deus, vt habeat occasionem nostri miserendi: Beati enim misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur: & sollicitum ambulare cum Deo tuo; debitum patriæ, & amoris cultum illi vt supremo Domino impendendo. At ille respondens, dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsquedum fodiam circa illam, & mittam stercore, &c. Foditur terra peccatoris per interminationem incisionis, & terrorem, & ablationem terreni amoris, & ita fit locus stillicidio gratiæ descendenti; stercoretur verò, dum peccata præterita, quæ sterces quoddam sunt, ad memoriam reuocamus, & mortem corpori instantem seriò consideramus: vnde Iob. in sterquiliniotesta sanie radebat. Quare Ambrosius in hunc locum scribit: *Cum ante Iob plurima perdidisset, posteaquā sedit in stercore, non habuit quod ei diabolus posset auferre. Sic ille. Arbore ergo rationabilis, quæ vel in senectute fructum reddit, euadit succisionem, & ignem; quæ verò neq; tunc fructum profert, securi, & igni adiudicatur.* Ex hac igitur parabola discemimus contra nouas hæreses malos esse in Ecclesia Dei, siue oues, siue pastores sint, tanquam ficus infructuosa in vinea: neque fidendum esse in sola fide, nisi ad sint fructus bonorum operum. Deinde prælatos atq; Angelos, qui pro nobis orant, magno honore à nobis prosequēdos esse: & vā omnibus hæreticis, qui vinitorē Petrum, & Angelum spernūt, eorumq; preces non postulant. Postremò agnosce Dei benignitatē, te tam diu ad penitentiam expectantis, & fructū aliquē ede, quem valeat Dominus approbare, & te possit reddere dignum æterno premio, munere ac concessu Iesu Christi Domini nostri, qui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuò viuunt; & regnat felicissimè, in seculis sempiternis. Amen.*

uiuim corporale instruit ipse spiritu-
tuale conuiuium, se, ac Sabbato dignu:
& post sanatum hydropicum, ad eos
sanandos, qui maioribus morbis op-
pressi detinebantur, accedit.

Et perpende, quod Dominus intē-
dit, quomodo primos accubitus elige-
rent, non tantū oculis Diuinitatis,
sed etiam externis corporis considera-
uit, quoniam caperet salutare doctri-
nā spargēdi, & presentanea & cele-
stia pharmaca applicādi. Deinde attē-
de diligētē, quod nō ait, intēdes, quo
modo in primis recubitis sederēt,
sed quia primus accubitus eligerēt: peri-
culū enim est in eligēdo, siue affectā
do, nō ita in sedēdo. Multi enim su-
premiū locū a factu alienissimi occu-
pant: multi infimo loco sedēt, qui si-
bi, & meritis suis vix sufficere putāt,
vel honestissimū, & primariū locum.

Idem etiam scopus parabolæ elicitur
ex epiparabolā, siue conclusione: cō-
cludit enim: *Quia omnis qui se exaltat,
humiliabitur: & qui se humiliat, exal-
tabitur.* Postquam autem hac parabo-
lā docuit secum inuitatos, voluit &
inuitatē peculiari doctrinā instrue-
re, quō auaritiā fugiat, & elemosy-
nis incumbat, vt quos maximē expe-
dit: inuitate ad prandium, siue cœ-
nam, intelligamus, atque hac ratio-
ne quisque doctrinā habeat, & qui
inuitat, benē inuitandi, & inuitatus
documentum vtiliter, & cum fructu
ad conuiuium accedendi: vt vndique
plena sit, & perfecta hæc Christi de
conuiuuij doctrinā. Vide quā longē
fuerit Dominus Iesus ab omni ad-
ulandi, vel assentandi specie: quod
vitium et si omnibus in genere fu-
giendum sit, ijs maximē vitio verti
debet, quorum interest impijs suas
impietates exprobrare. Vt, inquit Pro-
pheta, *qui consuunt puluillos sub omni
cubito manus: & faciunt ceruicalia
sub capite vniuersæ etatis ad capien-
das animas, id est, illis, qui vel verbo
verentur homines offendere, sed
semper loqui placētia, iuxta alium
Prophetam: Hinc Paulus Thessalo-
nicēnsibus scribens ita loquitur:
Non quasi hominibus placens, sed Deo,
qui probat: eorum nostrā. Neque enim*

(inquit) aliquando fuimus in sermo-
ne adulationis, sicut scitis: neque in
occasione auaritiæ, Deus testis est: nec
querentes ab hominibus gloriam, neque
a nobis, neque ab alijs: Hæc idē attuli-
mus, quō tantam libertatem arguendi
Phariseos in Christo videamus, vt tā
publicē, quā priuatim nolit ad eorū
improbos mores conuiuere.

Deinde aduertendum, literæ corti-
cē, morālē, ac per se honestā, ac ciui-
lē doctrinā tradere: non enim cum
honestate, aut virtute coniunctū est,
vt quisquā inuitatus in primū locum
irrumpat, illūque occupet: illud enim
vel Philosophi vitiosum, & ambitio-
sum agnoscerent, qui regulas mode-
stie vobis scripto tradiderūt. Verū
et si hæc vera sint, tamē loco parabo-
læ a Christo introducitur celsiora,
& maiora mysteria, quā ipse cortex
prima facie polliceatur. Nec enim ad
literam hæc ita possunt intelligi, vt
quisque nouissimū locū occupare pos-
sit: nam si semel sit ab aliquo occupa-
tus, alij frustra occupare conarentur,
& iam non minus pugna esset, nec mi-
nor ambitio in vltimo loco occupan-
do, quā in primo: quemadmodum
in publicis supplicationibus inter-
dum contingit. Nā cum locus postre-
mus vt honorabilior habeatur, iam
multi pro eo, non quia vltimus sit, sed
quia dignior, & honorificentior, con-
tendunt. Et sic occupare vltimum lo-
cum, superbiæ esset, non humilitatis:
sicut eum occupare eo animo, vt de-
inceps ab alio exaltatus, magis apud
homines glorificetur. Nec puto quod
Christus ita domi faceret, quia disci-
pulos ambulando præcedebat, & gra-
uitatē magnā præseferbat: & inuita-
tus ab alijs nō se intrudebat, in vlti-
mum locū, nec pro eo certabat, sed
modestē locum sibi assignatum occu-
pabat: & vbi non esset assignatus, mo-
destiæ, & humilitatis gratia ad vlti-
mum locum, vel illi proximum occu-
pandum accedebat.

Debet igitur hoc præceptum sedē-
di in vltimo loco, secundū animi præ-
parationem intelligi: nā si veniat Præ-
latus, & Dux aliorum, & sese in nouis-
simo loco ponat, in aliud vitium vide-

B. Apolo-
lus in nauis
ab assentandis
de vino & ip-
se quantum
abhorret.

3
Cortex para-
bolæ propo-
sita de inui-
tato ad nu-
ptias, & de
loco conui-
uij.

Apud Chri-
stianos mo-
do quis lo-
cus tanquam
dignior eli-
gi, & affecta-
ri consueue-
rit.

Christi gra-
uitas, & mo-
destia.

4
De eligēdo
vltimo con-
uiuuij loco
Christi do-
cumentum
quod spectet
tanquam modo.

2
Quare Chri-
stus in Pha-
riseos pri-
mos accubi-
tus eligētes
intenderet.

Primos accu-
bitus elige-
re, & in pri-
mis recubiti-
bus sedere,
quid disse-
rant.

Phariseo se
inuitantem
demonstrare
quale
symbolū per-
soluerit.

Christus ab
omni adulan-
dis specie qua
fuerit alic-
nus.

Ezech. 13.
Cōsuat quis
puluillos sub
omni cubito
manus, vt di-
xit Ezechiel.
Isa. 30.

1. Thes. 2.

tur incidere, quod est ironia, siue ito-
liditas: at sincero animo non ambire
huiusmodi prima subsellia, & primos
recubitus, modestiæ est, & humilita-
tis Christianæ. Ioseph enim in AE-
gypto post Regem, supremum locū
obtinuit, nec tamen superbiæ accusa-
ri potest, aut tanquam violator huius
præcepti. Similiter Mardocheus post
Assuerum principem, locum primum
obtinuit, quē prius occupauerat Amā,
à quo cum rubore deiectus est, & in
suspendium actus. Quemadmodum
Daniel constitutus est à Nabuchodo-
nosor Rege princeps super omnes
provincias: & in Euangelio humilis
Matthias susceptus est in supremū lo-
cū, ex quo horrendo casu deiectus est
Iudas.

Et si ergo Theophylact⁹ hanc parabo-
lā, tantū vt morālē ciuilitatis doctrinā
cōtinet, pertractet, & eō etiā Domin⁹
spectauerit, & propterea nuptiarū me-
minerit, quod illa soleant esse splēdi-
diora, & iocundiora cōuiuia, & in illis
maximē ignorari soleat, qui sint alij in-
uitati: tamē ignorandū non est, aliū
excellentiore sensum sub his symbo-
lis delitescere, quē mysticū, siue alle-
goricū aliqui vocant, alij etiā literalē,
& magis principalem, vt exponit Be-
da, qui sub his nuptijs corporeis alias
spirituales intellexit, ad quas per Euā-
gelicam doctrinā omnes inuitantur,
& per Fidē admittuntur, in quibus ne-
mo se debet alteri præferre, sed vt in-
feriorem se gerere, & agnoscere. Ita
enim in parabola descēdentis ab Hie-
rusalē in Hiericho describit modum
redēptionis humanæ, & sanitatis spiri-
tualis recuperādē, præter scopū præci-
puū, qui declarauit quis esset propriē
proximus noster. Idem etiā in non-
nullis alijs parabolis est obseruandū.
Atque hæc pauca de litera & scopo di-
cta sint.

Iam animus, siue medulla huius pa-
rabolæ explicanda venit. *Cum inuita-
tus, inquit, fueris ad nuptias, non dis-
cumbas in primo loco.* Videtur hæc
parabola primò petere dæmonem,
deinde Adamum; tertio quemuis, si
ue dæmonis, siue Adæ discipulum, &
in superbia imitatore. Sunt enim nu-

ptiæ multiplices, sed in primis ille
nuptiæ Agni cum sponsa in vita eter-
na, alijs omnibus præstant, de quibus
dicitur in Apocalypsi: *Gaudemus, &
exultemus, & demus gloriam ei: quia ve-
nerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præ-
parauit se. Et datum est illi, vt coope-
riat se byssino splendenti, & candido.*
Et infra: *Beati qui ad cœnam nuptiarū
Agni vocati sunt.* Omne enim bonū,
quod animalis homo putat sensum ob-
lectare, in nuptijs inuenitur: nā ibi
sunt multa pulchra, quæ oculis satisfa-
ciunt, ibi musica, & chorea tripudiās,
& delectans, ibi suffitus, & aromatū
odores fragrantissimi, ibi exquisiti, &
lauti cibi preparantur, & vinā nobili-
tate præstantia, ibi denique omnia quæ
tā mirificè oblectēt. Primus locus in
his nuptijs propriē spectat ad Christū
sponsū, *Heredem vniuersorum, &
primogenitum omnis creaturæ, & quem
Deus dedit caput super omnem Eccle-
siam, & supra omnem principatum, &
potestatem, & dominationem, & omne
nomen: quod nominatur, non solum in
hoc seculo, sed etiam in futuro.* Ad has
nuptias dæmon inuitatus, magna te-
meritate, & impudentia in primū lo-
cum irrumperere voluit, de quo sub ty-
po regis Babylonis Propheta loqui-
tur, vel potius inducit loquentem: *In
cælum conscendā, super astra Dei exal-
tabo solium meum, sedebo in monte testa-
menti, in lateribus Aquilonis. Ascen-
dam super altitudinem nubium, similis
ero Altissimo: & quasi iam sedisset, &
locum occupasset, dicebat: Deus ego
sum, & ego feci memetipsum: non solū
locum vsurpare tentauit, sed etiā in-
telligens in eum locum alium ventu-
rum, tentabat illi se opponere, & il-
lum occidere, quia Ille homicida erat
ab initio. Et assistit Satan à dextris Iesu
sacerdotis magni, vt aduersaretur ei.*
Sed tandē venit honoratior illo Chri-
stus Deus, & homo; qui vt homo ab
æterno prædestinatus fuerat, vt illum
locum possideret, & cum imperio per-
se, & per Michaëlem cū exercitu suo
preliantem, dictum est Satanæ: *Da
huic locum: Quis enim sicut Dominus
Deus noster? Proinde de loco eiectus
est, & cœpit cum rubore nouissimū*

Nuptiæ Ag-
ni quæ nū-
llæ sunt.
Apoc. 19.

Nuptiarum
Agni cele-
stium felici-
tas.

In his nuptijs
primū locū
quis tenet?
Heb. 1.

Eccli. 24.
Ephes. 1.
Colo. 2.
Infra. 3.

Eum conui-
uij locum Lu-
cifer quomō-
dō affecta-
uit.
Isa. 14.

Ezec. 28.

Ioan. 8.
Zacha. 3.

Apoc. 12.
Psal. 112.

Isa. 14. locum tenere: quia vt Isaias post dicta verba subiunxit: *Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram qui vulnerabas gentes: & infra: Veruntamen ad infernum detrahèris, in profundum lacu: factus est scabellum pedum Christi.* Post praelium etiam à Ioanne descriptum in Apocalypsi, & victoriam partam per Michaelen, dicitur, *Angelos ceciisse: Nam facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius; quia proiectus est accusator fratrum nostrorum; &c.* Et ita hæc prior parabola pars primò locum habet in dæmone.

Apoca. 12. Deinde optimè congruit primò parenti nostro Adamo, qui etiam & ipse inuitatus fuerat ad nuptias æternæ vitæ: sed praua demonis suggestionem in primo loco sedere voluit, dum promissioni dæmonis, dicentis; *Aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum, & malum, fidem habere voluit: sed deturbatus est & ipse à tæto loco, & subannatus à Deo dicente, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* Et cum comparatus sit iumentis insipientibus, & similibus illis factus, verè illum deridendo dicere poterant animalia, *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, proiectus in vallem miseriæ, subiectus omni creaturæ, & post hanc vitam geennæ loco destinatus.* Ita Pharaon, vel Nabuchodonosor, vel Antiochus, vel quiuis deniq; superbia, & arrogantia vitio tumens, & qui diabolum, & Adamum parentem imitatur, primum locum vsurpare cõtedit, quia se ipsum cõstituit finem suorum operum, & ad inanem gloriam respiciens, propter se operatur. Ille igitur in primum locum irrumpens, & pro illo ambitiose decertans, audit, *Da huic locum:* & inde proiectus, in nouissimum locum inferni magna cum ignominia detruditur. Est autem rubor, propria pœna hominis, quatenus homo est: nam dolor, labor, & mors, communia sunt illi cum animalibus: solus homo, vt homo est, sentit confusionem, & derisionem. Vnde deridetur qui in diuini con-

fusus est, & de illo dicitur: *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum; & preualuit in vanitate sua.* Idem primò pœna qua punitus est Adam, fuit: *crubescencia; & derisio Dei ironice dicentis; Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum: & in iudicio generali ignominiosissima confusione omnes damnati afficiuntur, antequam in infernum detrudantur.*

Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Videatur his verbis Dominus suis se ipsum coloribus depingere: nam & ipse quodque ad nuptias inuitatus, videtur vltimum locum occupasse, quia natus in præsepi, per incarnationem exinanitus, in vita non habuit vbi caput suum reclinaret, & inter Apostolos erat tanquam minister, *Et surgens à cœna, & præcingens se linteo, lauit pedes discipulorum suorum; & in morte factus est vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis, de quo Propheeta dixit, Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderabimus eum: despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatē.* Vnde dictum est illi, *Amice,* (in quo nempe mihi bene complacui, & per quem, & propter quem omnes ad gratiam, & gloriam diligere decreui) *ascende superius,* nempe resurgendo à morte, & ascendendo in cœlum, & sedendo à dextris virtutis Dei; hoc est, occupando primum locum conuiuij, de quo Apostolus: *propter quod & Deus exaltauit illum; & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* Et tunc fuit illi magna gloria coram simul discumbentibus: quoniam à Deo Patre, & Angelis, & Beatis omnibus summè glorificatus est, & in terris, vt Messias, & verus Filius Dei omnium ore laudatus, & exaltatus. Nã, vt ait Paulus, *Donauit illi nomē, quod est super omne nomen; & in nomine*

Psal. 51.
Gen. 3.
8
Iu vltimo cõ
uiuio loco
quando sedet
rit Christus.
Luc. 2.
Philip. 2.
Luc. 9.
Infra. 22.
Ioan. 13.
Psal. 21.
Esa. 53.
Quando dictum fuerit
Christo; Amice
ascende superius,
primūq; con
uiuio loco
occupauerit.
Matth. 3.
& infra. 17
Marc. ult.
Philip. 2.

IESV omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus CHRISTVS in gloria est Dei Patris.

9
A quo quis
laudandus.
2. Cor. 10.
Prouc. 27.
Euangelium
quid doceat
& suadeat.
10
Maria Virgo,
ultimo in cõ
uiuio loco
quando sedet,
ac deinceps
in primo.
Luc. 1.
Psal. 44.
Vltimū item
conuiuio lo
cum quē re
nuit Ioannes
Baptista, idē
quē primum
obtinuit.
Matth. 3.
Ioan. 1.
Matth. 11.

Et pulchrè dixit: *Erit tibi gloria coram simul discumbentibus:* nam proculdubio turpe est, cum quis seipsum commendat. Si quis ergo honor futurus est tibi, non à te ipso, sed ab alijs debes laudari: *quia laus in ore proprio vilescit, & Spiritus factus; Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.* Neque hoc dicit Dominus, vt doceat quo pacto homines sibi gloriam comparent, cum sermonem hunc attulerit aduersus eos, qui primos accubitus eligeant: sed vt moueat eos, qui Euangelicam doctrinam sequuntur, quæ humilitatem, & honorum fugam docet, multo futuros honoratiores ijs, qui ista ambiunt.

Similem vitæ cursum tenuit sanctissima Virgo, quæ se ipsam deprimens, submisitq; de se sentiens, locum matris Filij Dei, vel Messia non ambiuit, neque rapuit, sed oblatum à Deo, ex obedientia acceptauit, permanens in confessione suæ tenuitatis, & humilitatis; & libera voce se ancillam vocans: ob quam insignem humiliationem, & sui ipsius submissionem digna facta est, quæ lateri Christi assistat, loco vt humilitatis merito illi proximo, de qua Propheeta; *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate: & Ecclesia de illa cantat: Exaltata es, sancta Dei Genitrix, super omnes choros Angelorum ad cœlestia regna.* Præterea B. Ioannes Baptista inuitatus & ipse ad nuptias, recubuit in vltimo loco, dum se Christo subiecit, & indignum qui calcamenta eius portaret professus est, & se vocē vocauit: & populo existimante quod ipse esset Christus, recusauit tantum honorem, vt sibi minime competentem, & confessus est, *Quia non sum ego Christus.* Ob quod humilitatis meritum à Domino pronuntiatum est: *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Et si quid dandum est coniecturis, in locum, & sedem Luciferi, quam si persti-

tisset, assequutus fuisset, assuptus est: nam vt Lucifer locum primum Christo debitum superbè ambierat, nec illum comparare potuerat, ita beatus Ioannes, qui tantum honorem sibi à populo oblatum recusare voluit, dignus fuit qui ad sedem Luciferi, id est, primi Angeli promoueretur. Ita ferè dum est iudicium de reliquis iustis, & sanctis, quorum iustitia, & sanctitas sine humilitatis virtute nulla est. Debetq; vnusquisque nouissimum locum arripere: quod faciet, si cum Paulo inter peccatores, primum se existimet; inter sanctos verò, minimum. Nam Apostolus dixit, *Christum Iesum venisse in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum (ait) primus ego sum,* Et alibi; *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, &c.* Sic enim vnusquisque occupare potest vltimum locum, submisit de se sentiendo, vt dignus sit, cui aliquando dicatur: *Amice ascende superius,* cum dicit: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratū vobis regnū à constitutione mundi.* Tales enim, veri amici sūt Christi, qui in humilitatis, & modestiæ virtute progressus magnos faciunt, & veluti plantæ radices profundas agunt, vt possint in altum surgere.

Et cõcludit parabolam Dominus: *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Quod sic intellige: Etiam si nemo sit honoratior inuitatus, superbia tamen illa, qua locus superior in domo alterius occupatur, digna nota est, atque ab his qui id vident, superbus habetur. Sed nõ huc tantum respexit Christus, sed ad exaltationem, & tumorem coram Deo, quem sequitur confusio; sicut humiliationem sequitur Dei exaltatio. Sed dices: *Quid si postremus locus ab alio priusquam ego venio, occupetur? nunquid pro eo habendo debeo cum alio certare? Respondeo, nequaquam, quia, vt ait B. Basilus, non minus ordinem, & pacem perturbat, & ambiciosum est certare pro vltimo loco, atque pro primo. Dices; Quomodò sedebo in vltimo loco iam occupato? Respondeo: Potes corde sedere, te inferiorē,*

Iustorum, &
sanctorum iu-
stitia, & san-
ctitas vnde
pendeat.
I. Tim. 2.
Ephes. 3.
Quomodo
vltimū seper
locum occu-
pare valeat
quis.
Matth. 25.
Veri amici
Christi quis
II
Quid sit:
Omnis qui
se exaltat, hu-
milabitur,
& qui se hu-
milat exalta-
bitur.
B. Basil.
Quomodo
sedere quis
poterit in vl-
timo loco iam
occupato.

Autor ope. imperfecti in Matth. homil. 43. tom. 2. ope rii D. Chry som. Matth. 23.

Frustra loco humiliat se quis.

Vltimū con uij locum quis teneat apud Deum.

Principes Ec clesiastici, clerici, & re ligiosi hoc Domini præ ceptum, si la piunt, quomo do obserua bunt.

Vltimū forti ti conuij lo cum, qui te neant tamen primum.

& viliozem ceteris existimando, vt docet Autor operis imperfecti in Mat theum, super illud: Amant primos recubitus in cœnis: Quanti, inquit, sunt superbi, qui corpore quidem in nouissimo recumbunt, cordis autem elatione videntur sibi in cornu recumbere? Et quanti sunt humiles in cornu recumbentes, & conscientia se existimant in vltimo esse? & infra: Non tantum curat Deus, vbi corpus hominis iaceat, sed in qua parte mens conscientie sit collocata. Ergo quod iubet nobis in vltimo loco Dominus recumbere, non solum sic iubet, vt corpore in nouissimo iaceamus, sed etiam animo, vt nouissimos nos esse omnium iudicemus. Nam sine causa loco se humiliat, qui corde se præfert. Vnde non vituperat eos, qui primo loco recumbunt, sed eos qui amant primos discubitus, ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum. Hæc ille. Non ergo Deus vbi iaceat corpus, curat, sed quantum animo sibi quisq; tribuat, aut tribuendum ab alijs putet: qua ratione possunt omnes, qui mense accumbunt, etiam ille, qui primum locum sedendo occupat, vltimum locum tenere, maiorem se in peccato, & minorem in sanctitate existimando. Quod etiam ipse Rex, & Papa de se, si sapit, cogitare debet: alijs Principes laici, vel Ecclesiastici, quos præ ceteris decet modestia, & humilitas Christiana, numquam hoc Christi præceptum implerent, imò neque implere possent. Propterea debent, qui summos gradus in Ecclesia administrant, (cùm tanto honore eos populus prosequatur, vt etiam pedes eorum reuerenter osculetur) totum hunc honorẽ in Christum, cuius locũ sustinent, referre, atque refundere; vt ita locum habeat præceptum obtinendi vltimum locum. Quod si qui sint, qui corpore vltimum locum possideant, animo verò cogitant honorabilia loca ad se spectare, & se præ omnibus digniores esse primo loco; illi profectò superbi sunt, & vbiunque iaceant corpora, animo tamen occupant primum locum: quemadmodum etiam ille, qui paribus siue æqualibus

non cedit, inferioribus autem verbis cedit, & inuitat ad superiorem locum, quod sciat illos locum oblatum nõ accepturos, profectò superbus est, & primi loci ambitiosus, & tenax. De Aristippo Philosopho scriptum est, quod cū à Dionysio tyranno inuitatus, mensè postremus recuberet, dixerit: Voluisti, ò Rex, honorare vltimũ locum: quo verbo non obscure indicauit, alium locum magis honorificũ sibi debitum fuisse.

Dices, Videtur durum esse præceptum, vt me ceteris inferiorem habeam: imò profectò tranquillum est, & suauẽ. Scribit enim Bernardus in Cantica, Si in quo nam statu nunguenque nostrum habeat Deus, liquido cognosceremus; nec supra sanẽ, nec infra secedere deberemus, veritati in omnibus acquiescentes. Nunc autem quia consilium hoc posuit tenebras latribulum suum, & sermo absconditus est à nobis, ita vt nemo sciat si dignus sit amore, vel odio, iustius, tutiusque profectò iuxta ipsius veritatis consilium, nouissimum nobis locum eligimus, de quo postmodum cum honore superius educamur, quam præsumimus altiore, vnde cedere mox oporteat cum rubore. Non est ergo periculum; quantuncumque te humilies, quantuncumque reputes minorem quam sis, hoc est, quam te veritas habeat. Est autem grande malum, horrendumque periculum, si vel modicè, plus verò te extollas, si vel vni, videlicet in tua cogitatione, te præferas, quem forte parem tibi veritas iudicat, aut etiam superiorem. Quemadmodum enim si per ostium transeas, cuius superliminare (vt ad intelligentiam loquar) nimium basum sit, non nocet quantuncumque te inclinaueris, nocet autem, si vel transuerst digiti spatium plusquam ostij patitur mensura, erexeris, ita vt impingas, & capite quassato collidaris: sic in anima non est planè timenda quantalibet humiliatio; horrenda autem, nimiumque pauenda vel minima temeritate præsumpta erectio. Quamobrem noli te, homo, cõparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid

Exemplũ in Aristippo Philosopho

12 Obijcenti difficultatẽ habedi se inferiorẽ alijs, diuinus quid respondeat: Bernardus, Bern. serm. 37. in Canticis, sub finẽ. psal. 17. Job. 22. Eccles. 9.

Anima nihil obesse quantalibet sui humiliationem, bene tamẽ vel minimã sui erectionem, exemplo docet elegantĩ Bernardus.

Psal. 76.

Matth. 20. Quid est illud ad filios Zebedei, nec eius quid petatis.

Ad alias nuptias, & conuiuia præses parabola vt possit accomodari.

Primos in Ecclesia recubitus ambitum quatuor genera. 104n. 10.

Secundũ exemplum

scis enim, o homo, si vnus ille, quem forte omnium vilissimum: atque miserissimũ repudat; eius vitam sceleratissimã, ac singularitẽ foeditissimã horres, & propterea illum putas spernendum, non modo præte, qui forte iam sobrie, & iuste, & pie viuere te cõfidis, sed etiam præ ceteris omnibus sceleratis, tanquam omnium sceleratissimum: quid scis, inquit, si melior es te, & illis mutatione dextere Excelsi in se quidem futurus sit, in Deo verò iam sit? Et propterea non mediocrem, non vltimum, non ipsum saltem inter vltimos eligere locum voluit, sed recumbere, inquit, in nouissimo loco, vt solus videlicet omnium nouissimus sedeat: teq; nemini non dico præponas, sed nec cõparare præsumas. Hactenus Bernardus, egregie quidẽ: Et pulchrè Christus Dominus filios Zebedei affectates prima loca in Regno Dei, repræsentat, dicendo: Nescitis quid petatis, id est, ignoratio vel triolorum in causa est huius superbiæ, & temerariæ petitionis: sed instruxit eos, & ad Calicem suum bibendum exhortatus est; in quo potando, experientia discerent prima sublellia Regni Dei nõ nisi humilibus, & de se submissis sentientibus contingere posse. Et hactenus prosequenti tumus sensu magis communem huius parabolæ: Potest tamen, & ad alias multas nuptias, & conuiuia, ad quæ homines inuitantur, extendi: Sunt enim nuptiæ Filij Dei cum natura humana in thalamo Virginis, ad quas credendas omnes qui sunt in Ecclesia militante vocati sunt: in quibus ille usurpat primũ locum, qui in locum Petri, qui supremus est in Ecclesia, non canonicè, neque per ostium intrat, sed aliud: hoc est, potestatem pascendi verbo Dei Ecclesiam, & sacras Scripturas interpretandi melius quam omnes Pontifices Romani, aut vlli veteres Patres, aut vlla Concilia, etiam si sint generalia, sibi arroganter usurpat. Hoc enim propriè est, velle occupare primũ locum, quod ferè omnes hæresiarchæ faciunt. Qui item illam supremam dignitatem sibi impudentè assumere non sunt veriti, quemadmodum nostro seculo Rex Angliæ se sub Christi

stò immediatum caput Ecclesiæ Anglicanę profiteri nõ est veritus: Qui cunquẽ etiam sedem B: Petri desiderio ambitioso, vel tantum cordis sui affectu, vel se ceteris omnibus præstantiores ad illud munus administrandum existimant; profectò inter eos censendi sunt, qui in primum locum conuiuij irruunt: quanquam peiores multo sint, qui cordis sui affectũ verbis, aut factis exprimere non formidant. Præterea omnes illi, qui ad dignitates, & prælaturas Ecclesiasticas se ipsos ceteris præferunt, & fauore humano, aut pecunia, aut sanguinis ratione ad illas peruenire contendunt, & nullum non mouent lapidem, quò ad illas ascendat, profectò ex illis sũt, qui locum primum occupant: quales olim fuerunt Filij Zebedei, & quales fuerunt Pharisæi, de quibus Dominus: Amant primos recubitus in cœnis; & primas cathedras in Synagogis. Desunt modò in Ecclesia Catholica, qui ambitiosis, & volentibus sedere in primis locis, dicant: Na hinc locum: & qui humilibus, & minimè se ingerentibus, submissèq; de se sentientibus dicant, Amice, ascende superius: quanquã olim multi non detulerint; qui hoc officium egregie præstiterint, & superbis, atq; ambitiosis se opposuerint, & humiles, & pios exaltauerint: Ita enim Gregorius Magnus, & Ambrosius Mediolanensis per vim quodammodo, & nolentes assumpti sunt ad sedes suas, atque ad eò Deo per signa indicatè probari sibi eorum electionem: Et ita Lyranus hanc parabola de electione ad dignitatem Ecclesiasticam, ad quã nemo se debet ingerere, verum se alijs inferiorem, minuscq; idoneũ existimare, intelligendam putat: alioquin inuitator Deus, à quo est omnis potestas, deiciet eum à primo loco (est enim in Ecclesia sua primus locus Episcopi) vel deponedo eum à gradu, vel mortem eam infligendo, vel quod peius est, sententiã eterne geennæ condemnando. Honoratior autem est, quifite sit citate, vel scientia, vel etate, ac meritum dignitate præcellit: cui nisi esset philantia, omnes cedere debet.

Tertium exemplum.

Quartũ exemplum.

Matth. 20.

Infra. 23.

Quibus dictum à Christo: Amice, ascende superius.

Lyranus in Lucam.

Rom. 13.

13 Honoratior in Ecclesia quis.

Eccles. 10.

Sed modò magna est confusio, & impletur illud quod dicitur in Ecclesiaste: Est malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie principis (id est) cuiusvis superioris, siue sit laicus, siue Ecclesiasticus, cuius est nominare, vel constituere Episcopos, vel Ecclesiastica alia officia conferre) postum stultum in dignitate sublimi, & diuites (id est, meritis, & sapientia conspicuos) sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos. Hæc ille, Vocans seruos, eos, qui virtute animi destituti sunt, & serui sunt cupiditatum suarum; & tamen alijs præfunt, & imperant. Principes verò vocat eos, qui excelfo, & generoso animo suis affectibus imperant, & apti sunt, qui aliorum regimini præficiantur, & tamen sedent deorsum, & super terram ambulant, quia nullum publicum munus, sed priuatam tantum vitam exercent.

Serui qui in Ecclesia sint, qui principes.

14 Ad sacrum Eucharistia conuiuium cum accedimus, cauere à primo loco vti debemus.

I. Pet. 5.

Ad conuiuium etiã Eucharistia vocati, caueamus nobis à primo loco, aut cæteris nos sanctiores existimare, vel quòd frequentius, vel cum maiore deuotione sensibili comunicamus, sed per omnia indignos nos tanto cibo habeamus, & ex corde dicamus: Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Qui enim hoc sentit, vt dicit, dignus est fructu tanti cibi: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: & huic dicitur: Amice, ascende superius. Hoc enim non solum digni sumus tanto cibo, quòd nos illo indignos agnoscimus, & eo maxime preparatos esse, quo maxime nos imparatos esse non ignoramus.

15 In orationis conuiuium nouissimus locus quomodo ambidua.

Eccles. 35. Luc. 18.

Est etiam conuiuium precationis: nam dum oramus, Dei bonitatem, sapientiam, & suauia eius mysteria degustamus. Sed in hac precatione fundenda nihil de nobis superbe sapiamus, aut dignos, qui à Deo exaudiamur, nos esse existimemus, sed profunda quadam humilitate, & quasi recumbentes in nouissimo loco, supplicationes nostras Deo offeramus: quia oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Hinc oratio Publicani, & oculos suos in cælum eleuare non audentis,

exaudita est; Pharisei verò magnifice de se sentientis, atque alijs se preferentis, & laudes suas prædicantis, reiecta est, atque expulsa. Cum igitur ad orationem publicam, siue ad officia diuina in Ecclesia conuenimus, quisque studeat sedere in vltimo loco, modestè de se, & ad sobrietatem sapiendo, vt dignus sit qui exaudiatur, neque vlla ratione alijs qui assistunt, se preferat: vel ipse sacerdos in sacrificio celebrando, ne preces eius superbie macula infecta à Deo reproberentur.

Præterea ad mensam, siue conuiuium sacrarum literarum, de qua mensa dicitur à Propheta: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me: inuitati, fugiamus omnem arrogantiam, & nihil nobis plus alijs omnibus tribuamus, quasi acriori ingenio præditis, aut maiori scientiarum suppellectili instructis, melius cæteris omnibus Scripturam intelligere possimus. Hinc enim hæretici omnes magna ex parte excecati sunt, & quasi ex primo loco, quem sibi tribuebant, in vltimum cum magno rubore sunt deiecti: non tantum quia eorum dogmata, tanquã hæretica & pestifera à Concilijs generalibus reijciuntur; sed quia ipsi hæretici, nisi resipiscant, in extremum gehene locum, qui iure omnibus superbis cum patre eorum diabolo præbentur, iuste detrudentur.

Qui ergo ad sacrarum literarum lectionem accedit; Fide in primis se muniat, qua captiuè intellectum in obsequium Christi, & in vltimo loco per humilitatem sedeat, vt dignus sit, cui reuelentur Scripturarum sensus, & dicatur illi, Amice, ascende superius: quia Deus abscondit mysteria sua sapientibus, & prudentibus in oculis suis, & reuelat ea paruulis. Debet etiã preces humiles adiungere, quia sacrarum literarum lectionem accepit; & dæmonibus, eum de ingenij magnitudine efferentibus, cum Dauide dicere: Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.

Seruit etiam hæc parabola his, qui conuertuntur à seculari vita ad statum altioris perfectionis, qui continuo se enumerant inter perfectos, cum tamen

16 Primū etiam locū quiste nebit in sacra scriptura conuiuios Psal. 22.

Hæreticorū vnde cæcitas omnis sit orta.

17 Studiū sacrarum literarū quid requirat.

2. Cor. 10.

Matth. 11.

Altera conditio.

Psal. 118.

18 Ad Deū conuersi, nouissimū conuiuij locū qui tenent.

multum

Apertum im perfecti hominis signū.

Furor furorum omnium nouissimus quis Eccles. 1.

Matth. 20. Infra. 22.

19 Ad humilitatem adhortatio.

Gen. 18.

Humilitatis virtutē quā topere Christus adamauerit.

Quam multis rationibus vltimus nobis conuiuij locus debeatur.

multū salis comedere illos oporteat, & multas superare tentationes, antequam verè sint perfecti: apertum quod est imperfecti hominis signum se se inter perfectos computare, quemadmodum hæretici noui faciunt, qui Fide apprehendisse iustitiam se iactant, & se prædestinatos agnoscunt, reliquos pro iniustis, & reprobis habent. Sed certè furor est furorum omnium nouissimus, existimare quenquam se, aut prædestinatum, quod ita credat de se ipso. Quod si omnes crederent, vt credere possunt, profectò omnes essent prædestinati, & iusti, cum tamen stultorum, & impiorum infinitus sit numerus, & vt Dominus dixit, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Si enim numerus electorum in superna felicitate locandus, soli Deo est cognitus, vt Ecclesia tradit; quis potest vel de se ipso vel de alijs statuere quòd sit in numero electorum? Sed certè tales vt arrogantes sedent in primo loco conuiuij, & ab eo ignominiose, & cum pudore in vltimum locum detrudentur, vt parabola ista docet.

Demus igitur operam, vt virtutem humilitatis colamus, sine qua cæteræ virtutes Deo non placent; cui nec ipsa virginitas Matris grata extitisset, nisi humilitate ornata fuisset. Nihil nobis procliuus, quã qui puluis sumus, & terra, per modestiam nos reprimere, atque alijs propter Deum subijcere. In hac enim præcipuè emittit pater Fidei Abraham, qui hospitem transeuntium pedes lauit, & mensam illorū assistens ministravit, & ad Deum dixit: Qui semel cepi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Hæc potissimum virtutem Filii Dei consecrauit, illam quod suo exemplo, & in vita & in morte nobis imitandã reliquit; sine qua Euangelica doctrina à quoquam percipi, vel opere completi minime potest. Propterea vt Dominus, qui tunc dignitate Filius Dei erat, vita inculpatus, doctrina verò sapientissimus, & irreprehensus, sedit tamen nostri gratia in vltimo loco conuiuij: ita & nos, qui homunculi sumus, & instar vermium per terram repentes, vitam verò præter labem originalem,

lem, multis alijs personalibus peccatis inquinatam traducimus, & quod ad sapientiã attinet, magnis tenebris, & rerum salutariū ignoracione inuoluimur, libenter extremū locū accipiamus, quo verè dignos nos agnoscamus, nec ab eo nos facile diuelli permittamus. Nam qui humilitatis locum deserit, coronam amittit, humilibus tantum præparatam. Hinc Dominus ait cuidam: Tene quod habes, vt ne mo accipiat coronam tuã. Nisi ergo in humilitate tenuerimus nos instantem, citò subuertetur domus nostra, quã nobis meritis bonorū operū, & obedientia Diuinæ legis comparauimus: & vt eam nobis reddat pro sua immensa bonitate, humilibus, & supplicibus precibus exorandus est nobis atque in uocandus parabolæ huius autor Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto sempiternam ac felicissimam vitam degit, Amen.

TRACTATUS XXIII.

In parabolam illam: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. De qua solus Lucas cap. 14.

QVIS Sit præsentis parabolæ scopus, verba quæ paulò ante præcedunt, & quæ finem parabolæ subsequuntur, planè indicant. Nam, vt à præcedentibus exordiamur, cum Dominus eam, quæ præcedit, parabolam, qua inuitatos docuit, ne de primatu loci in conuiuijs certarent, absoluisset, continuo inuitantem instruere voluit his verbis: Dicebat autem ei qui se inuitauerat: Quum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites; ne forte te & ipsi reuinent, & fiat tibi retributio. Sed cum fa-

Apocal. 3.

Eccli. 22.

Domus nostra humilitate seruanda est.

I Scopus parabolæ.

cis

cis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cecos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Qui bus verbis Dominus gratificari voluit principi Phariseorum inuitanti, & instruere illum de modo præscindendi cupiditatem, quæ vix quicquã facit nisi oculo mercenario. Diuites enim, dum volunt hospitales videri, non vocant quos reficiant, sed à quibus rursus inuitentur ipsi, aut vnde sibi gloriam aucupètur: atq; hæc quidem hospitalitatis virtus non est, sed ambitio, vel auaritia, aut vtrumq;. Si enim *Diligitis eos qui vos diligunt*, ait, Christus, *quam mercedem habebitis? nõ ne & publicani hoc faciunt?* Proinde egregiè ethnicus Seneca libro de beneficijs scripsit: *Qui beneficium dedit, ut reciperet, non dedit.* Et Ambrosius: *Hospitalem esse remuneraturis, affectus auaritiæ est.*

Auara, & ambitiosa inuitandi ratio, reprehensio neq; dignissima.

Matth. 5.

Seneca lib. 4. de Beneficijs.

Ambrosius in Lucam. c. 14. tom. 5.

2

Sancti viri amicos suos, & cognatos quoniam inuitauerint, teste Scriptura.

Gen. 21.

Infra. 29.

Infra. 43.

Iob. 1.

Tob. 2.

Infra. 9.

3

Quid est quod Christus amicos, & cognatos ad conuiuium vocare nos prohibet.

gratia, conuiuijs adhibere. Conuiuiã diuitibus exhibita non sunt ex genere suo vitæ æternæ meritoria, sicut quæ parantur pauperibus: tamen vt hæc vitari possunt adiuncta aliqua conditione, vt si pauperes quis inuitet ostentationis, & gloriæ suæ causa, aut ob aliquam aliam causam malam, vel indifferentem, ita illa contingit meritoria, & grata esse Deo, si, vt diximus, mutua alendæ charitatis gratia fiant, & non aliquo sine malo, vel infimo, & indifferenti vitentur. Quare Apostolus rectè dixit: *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior.*

Annotauit Euthymius, Dominum non dixisse, *Quum nuptias feceris, sed, Cum prædium feceris, aut cœnam.* In nuptijs enim necessariũ est, amicos, & fratres, & cognatos, & vicinos diuites inuitare ad honorem nuptiarum. Hæc ille. Sed tantum ne misericordiam, & gratiam id esse arbitremur, vt putabant Pharisæi: contra quos agit Dominus. Hic enim locus non dissimilis est illi, qui habetur apud Matthæum: *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nõ ne, & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nõ ne & ethnici hoc faciunt?* Vt enim in his verbis non excludit dilectionem amicorum, aut salutationem fratrum, sed tantum nudam dilectionem, & salutationem amicorum, & fratrum, exclusã dilectione inimicorum, & salutatione alienigenarum: ita hinc Dominus non damnat, ad conuiuiã nostra amicos accersiri, & cognatos, sed tantum eos, qui putant ad salutem satis esse, etiamsi pauperes, & egentes nõ quam accersant, neq; illis vnquam benefaciant.

Idem verbum, *Noli vocare*, consiliũ potius est, quam præceptum; quo suggerit, quomodò maiori cum fructu, & utilitate nostra præparemus conuiuiã, ad quæ communiter vocantur amici, cognati, & diuites aut vicini; ne quando vicissim te reuident, & fiat tibi retributio in hac vita, & amittas vitæ æternæ mercedem: sed pauperes voca, qui non habent, id est, nõ possunt

Conuiuiã diuitibus exhibita qua ratione Deo grata esse possunt, æternæ quæ præmio digna.

1. Tim. 5.

4

Euthym. c. 53. in Lucam.

Quare Christus non dixerit: *Quum nuptias feceris, sed, Cum prandium feceris, aut cœnam.*

Matth. 5.

Qua ratione Dominus diligentes, & salutare salutares, Christus doceat care re mercede apud Deum.

5

Habere in finitudo apud Græcos quid significet.

Quorsũ id, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum 1. Cor. 15.

Psal. 1.

2. Mach. 7.

Resurgere quid sit.

Quo sensu dicatur, impios non resurrecturos in iudicio.

Ioan. 5.

6

Contra hæreticos bonorum operum cœtem prores, de quibus Fide sola in aniter gloriantes.

7

Prædicatio nis Christi fructus in domo Pharisæi.

retribuere tibi (Habere enim in infinitudo significat posse apud Græcos) retribuetur enim suo tempore melius, quã à quoquã hic possit vel amico, vel diuite retribuui. Quæ doctrina Dñi lógè diuersa est à mundi sapientia, quæ suadet pauperes negligere, diuites amplecti, & fouere. Quod verò Dominus ait: *Retribuetur tibi in resurrectione iustorum*, nõ significat, impios in die illo non resurrecturos, cũ apertè asserat Paulus: *Omnes quidem resurgetur; scilicet à morte corporis, sed loquitur de resurrectione ad vitam æternam, quæ propriè iustorum resurrectio dicitur, & ab hac excludit impios David, cùm dicit: Non resurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorum.* Et ad hunc sensum dixit quartus fratrum Machabæorum Regi Antiocho: *Tibi resurrectio ad vitam non erit.* Nam cũ surgere, sit ad vitam redire, vita autem damnatorum potius mors sit, quàm vita, consequitur, non malè, neq; falsò secundum hunc intellectum dici posse impios non resurgere. Dominus tamè distinctè & apertè inter vtrãq; resurrectio nem discreuit, cùm dixit apud Ioannem: *Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerint, in resurrectionem iudicij.*

Vides hoc loco opera promereri vitam æternam, & mercedem suo tempore à Deo hospitalibus, & bene merentibus retribuendã. Quid ergo hoc loco vel hiscere possunt hæretici bonorum operum contemptores, & soli Fidei innitentes: & vt in priori clausula, Diuites iungendũ est ad fratres, amicos, & vicinos, ita in posteriori verbũ Pauperes, ad tres illos extendendũ, id est, debiles, cecos, & claudos.

Cum igitur quidam ex discubentibus audisset hanc vocem Domini de retributione in resurrectione iustorum, dixit illi: *Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei.* Ecce, in hoc Principis Phariseorum conuiuiõ vel hominem vnum lucrificet Dominus, vt ipsius prædicatio non in totũ

fuerit inanis. Apparet enim, hominẽ illum, quisquis tandem ille fuerit, mëtem mutasse ad sermonẽ Domini, & quasi iam satur esset, & fastidio suorum mundanarũ, ad superna illa cœlorum regna suspirasse, & in verba illa prorupisse: *Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei.* Dominus autem continuo subiunxit præsentem parabolã, qua voluit exprobrare Iudæis ex parte sua, & Dei Patris, vllum impedimentũ non extitisse, quominus manducare possent panẽ in Regno Dei, qui omnes inuitauit ad conuiuiũ vitæ æternæ, & tempore suo vnquẽ que vocatum admisit, sed ipsi suo vitio venire noluerunt.

Continet ergo parabola hæc triplicem Dei contemptũ, quo Synagogã se prius ter spernentem contemplit ad correctionem nostram Deus, & in Iudæorum primorũ locũ contẽptos quosq; ex Iudæis, imò cecos, claudos ad debiles extra ciuitatẽ, id est, promiscuam Gentium multitudinẽ alienatã à conuersatione Israël, & testamento rum hospitem, & promissionis spem non habentẽ, ad conuiuiũ admisit, vt omnes metu sancto cõtineamur in officio: nãq; hic est legitimus, & verus parabolæ sensus. Atq; hæc quidẽ parabola cũ à Christo proposita fuit, potius prophetia erat, atque prædictio: nunc autem historia mera est; sed ita tamen, vt nos aliorum periculo cauti effecti, Euagelicam doctrinam, & cœnam illam magnam, ad quam vocati sumus, non respuamus, quia in fine parabolæ comminatoriè concludit: *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam: & subditur in Græcis codicibus: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* Quo verbo indicatur, multos ad Euangelium vocatos vocationi suæ non respondisse, & electioni suæ impedimenta præstitisse. Nostrum enim est, bonorum operum fructibus electionem nostram confirmare, iuxta illud Principis Apostolorum: *Fratres, magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Et hæc nus de scopo.

Proprius, ac verus huius parabolæ sensus exponitur.

Ephes. 2.

Cur multi sint vocati pauci verò electi.

2. Pet. 1.

9
Similitudo
parabolæ.

Cortex siue similitudo, obscura non est, sed ita contexta, vt facile percipi, & retineri possit: & vt commodè, ac sine mordacitate de tanta re erudiret, & mirificam delectandi vim haberet, & mouendi, ex collatione notorum cum ignotis, id est, sensibilibus cum spiritalibus. In quo se Dominus ostendit habere oculum æterni futuri omnia prænoscentem, & modum nouisse aptum docendi, creatureque ratione prædite accommodatum.

IO
Sensus spiritalis eiusdem

Quantum ad nucleum verò, & spiritum parabolæ, in primis explicandum, quæ sit ista cœna magna: quis sit homo hic illam præparans: qui sint inuitati, & quis seruus missus ad eos vocandos, & quales eorum excusationes, inanesne, & infirmæ, an legitimæ & solidæ? Vt igitur à primo exordia mur, per cœnam magnam accipi potest Incarnationis mysterium, in nouissimis diebus, siue in fine seculorum, quasi cœna quædam in salutem omnium paratum: quod qui Fide viuam suscipit, protinus ius habet ad cœnam æternæ gloriæ; imò etiam ad cœnam Domini cœnam Eucharistiæ, quæ omnibus inuitatis præparata est, non minus quam ipsa Filius Dei incarnatio. Sed quamquam hæc parabola ita latè exponi valeat, vt tres illas prædictas cœnas completatur: tamen quia cœna post laborem diei ad refectio nem sumitur tempore nocturno, & illam consequi solet somnus; magis congruit huic loco ad literam, vitam æternam, quæ post huius vitæ labores loco præmij à Domino retribuitur, & quæ eum somno illo, & æterna quiete animi, & corporis coniuncta est, per cœnam intelligere. Nam Incarnationis mysterium, quod iam cõpletum est, & cuius Fide, & meditatione nunc paciscimur, prandium potius est quam cœna: Cœna etiã Eucharistiæ Domini, etsi à tempore ipso quo instituta est à Domino, cœna dicatur: tamen quia eius usus post hanc vitam non est futurus; potius ientaculum, vel prandium est, quam cœna: quamquam duplici ratione locum cœnæ habeat: nam æterni illius, & cœlestis conuiuij symbolum est, & memoriam refecti summe illius charitatis, qua Domi-

Quæ sit cœna magna quæ fecit homo quidam.

Alter intellectus accommodator.

Quæ sit cœna magna quæ fecit homo quidam.

Sacrum Eucharistiæ conuiuium cœna appellatur duplici ratione.

nus Iesus se ipsum in cibum animorum nostrorum condidit, & Patri se pro nobis in Cruce immolatum obtulit, vt nos dum viuimus, illo ad reficiendas vires nostras spirituales laboribus exhaustas, tanquam cœna nostra utamur. Quare non grauabor, in gratiam priorum hominum, postremo loco parabolam de Eucharistia enarrare: primo tamen loco de æternæ gloriæ cœna explicanda est: sic enim scribit Euthymius: Cœna magnam, ineffabile Regni Dei fructum vocauit, quod finem nesciat. Sic ille Et quia ille dixerat, *Beatus qui manducabit panem in Regno Dei*: etiã si non excludat Incarnationem. Alioquin per cœnæ horam tempus mortis, aut extremi iudicij videretur intelligendum, quo tempore non erit, qui propter terrena negotia se excuset à cœnæ participatione. Quidam ergo homo, Pater est misericors, & qui quatenus iustus est, Leo dicitur; quatenus clemens, & beneficus, homo. Et quia nondum cognitus mundo, atque innominatus est, quidam dicitur: & ita seruus missus erit Christus Dominus. Quamquam alij velint; hominem præparatum esse Christum, qui in fine parabolæ ait: *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam*. Pulchre autem per cœnam representatur beatitudo, quæ non est aliud, quam Deum illud bonum, quod sibi proprium, & naturale est, alijs, quibus est supranaturale, communicare. Hoc autem tantum bonum cum sub aspectum non cadat, nec sub alio sensu, quemadmodum nec ipse Deus communicans, nec ipsa melior hominis pars, cui communicatur, propterea per sensibilia, & naturalia bona, quo magis ad illud trahamur, nobis manifestari voluit. Per visum siquidem sensum, comparatur cœlorum Regnum Margaritæ, vel thesauro: per auditum, musicæ, & suauissimæ harmoniæ, quia Paulus *Audiuit arcanæ verba, quæ non licet homini loqui, per odorem quoque, Quasi myrrha*, inquit, *electa dedi suauitatem odoris, & Post te curremus in odorem unguentorum tuorum*: per tactum, quia dicitur fecisse nuptias filio suo. *Osculetur me*, inquit, *osculo oris sui, & Indica mihi vbi pascat,*

Euthy. c. 54. in Lucam.

Homo ille quidam quisnam sit, qui fecit cœnam magnam.

Sensus alter

Beatitudo quid.

Cœlorum Regnum sensibus quinque comparatur.

Matth. 13.

2. Cor. 12. Eccli. 24. Cant. 1. Ibidem.

Ibidem.

vbi

Luc. 22.

Psal. 147. Regnum cœlorum cur cœna simili esse perhibetur.

Cœna Græcis vnde dicitur.

Cœna recta olim quæ Romanis. Martial.

Ioan. 14.

1. Cor. 15.

Cœna eiusdem quæ dubiã dicitur.

Psal. 35.

3. Reg. 10.

Cœna magnatur sic dicitur.

Psal. 47.

vbi cubes in meridie. Denique per gustum, vnde Christus ait: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, Regnum; vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo*: & rursus, *Adiipe frumenti satiat te*. Ita etiam in hac parabola cœnæ magnæ comparatur, & merito. Primò, vt indicet quod ferò, id est, hora nouissima, data est: post Christi enim mortem aperta est ianua paradisi, & inuitati ad cœnam admitti. Respectu autem huius cœnæ, Lex Naturæ dici potest ientaculum quoddam, Lex verò Moyse, quæ clariùs loquebatur de Messia, & vita æterna per eum danda, prandium fuit. Secundò dicitur cœna à verbo Græco κοινὴ, id est, cõmunis: idem enim bonum gloriæ omnibus ratione vigetibus creaturis proponitur, & omnes beati possident, quibus tamen pro captu suo. Tertio, est cœna recta, & dubia. Recta quidem, quæ sic dicebatur à Romanis, quod in ea recto ordine quisque discumbere: vnde Martialis: *(est: Promissa est nobis sportula, recta data ita in cœlesti gloria mansiones multe sunt, & vt ait Apostolus: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: vnusquisque autem in ordine suo*. Dubia verò propterea dicebatur, quod inuitatus, mensa multitudine ferculorum instructa, nesciat in quem magis cibum manum suam extendat: ita in cœlo tanta copia, & plenitudo bonorum ad perfuendum proponitur, vt Propheta dixerit: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Et si Regina Saba videns omnem sapientiam Salomonis, & domum quæ ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, præ admiratione non habebat ultra spiritum: quid putamus beatos facturos, quam primùm spectauerint beatam illam, & gloriosam domum, & ad mensam amplissimam, & opulentam fuerint admissi? Quarto, dicitur cœna magna, non solum ex inuitante Deo magno, de quo dicitur: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*, & ex cibo in æternum durante, id est, Deo ipso, qui cibus noster est, & pa-

nis vitæ, de quo dicitur: *Ecce, serui mei comedent, & vos esurietis: ecce, serui mei bibent, & vos sitietis: ecce, serui mei latabuntur, & vos confundemini*. Ex loco etiam immenso, & capax, de quo ait Baruch: *O Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius? Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus*. Sed etiã magna dicitur ex dulcedine, quam percipiunt illi, qui accumbunt huic mensæ. Vnde Propheta quidam, qui de micis cadentibus de hac mensa gustauerat, in hac vocem prorupit: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quàm abscondisti timentibus te, percipisti eis qui sperant in te*. Est autem hic gustus sine fastidio villo, quia semper manet eadem proportio edentis ad cibum, ex cuius mutatione cibum, qui aliquando delectat, postea nauisem parit. Sed cibus etiam diuinus, non conuertitur in nos, sed nos in illum: & quia Deus est cibus in se & in omnibus comunicat suas proprietates edentibus: ac si gemma illustris videti oculo comunicaret suum esse gemmæ. Est præterea hic esus Dei cum omni delectatione præsentis conuiuij, ita vt successione non habeat, aut post vnã alteram partem expectet. Constat præterea magnitudo cœnæ ex pretio, quo eius possessio comparata est à Sanctis, & Martyribus, & ex pœna qua cruciatur cõtemptores huius cœnæ: & ex hoc quod Fides, & omnia dona, quæ illam consequuntur, odor quidam illius cœnæ sunt, & veluti prociuium quoddam tanti boni: & omnia bona corporis suscitati, & mundi renouandi, & societatis Angelorum, & Beatorum pro bellarijs, quæ tantam cœnam ornat, habenda sunt. Estque hæc cœna honestissimam, & vtilissimam opus, nec ad aliud institutum, cum sit vltimus finis noster: nostraverò cœna, quia mediũ quoddam est, & non finis, mensurata esse debet, & ad finem proportionem habere necessum est: alioquin perniciose magna est, vel tempore vel quantitate, vel delicijs.

Inuitatos significat, cum ait: *Et vocauit multos*. Non ait, omnes, quia hic loquitur de vocatione Iudæorum, præsertim maiorum, quos Deus erudiebat: qui vocati sunt à tẽ-

Isa. 65.

Baruch. 3.

Psal. 36. Gustus Beatorum qualis.

Esus Dei quàm dulcis & suauis.

Qualis opus Dei cœna cœlestis.

II Inuitati ad cœnam magnam cur multum & non omnes

Gal. 3. pore Abrahe, sed presertim cum edu-
cti sunt de Aegypto, & data est eis
lex, quæ pedagogus erat perducens
ad Mesiam, & tempus cœnæ. Et misit
seruum suum hora cœnæ. Describitur
seruus missus ad vocandos inuitatos:
est enim in more illud apud nonnul-
los habitum, vt qui inuitati sunt ad
prandium, siue ad cœnam, sub ipsum
tempus cœnæ instantis, vel imminen-
tis prandij iterum euocentur. Quod
etiam in parabola inuitatorum ad nu-
ptias Regis palam confirmatur. Atq;
hic non est alius quam Christus, qui,
quantum ad humanitatem, propter
hoc assumptum, seruus Dei in Scri-
pturis dicitur: verè fidelis, & prudens,
quem constituit Dominus supra fami-
liam suam: de quo Apostolus: *Semet-
ipsum exinauit, formam serui acci-
piens.* Græcè vero dicitur cum arti-
culo, vt notat Euthymius, *Seruus il-
le.* Hora autem cœnæ, fuit plenitudo
temporis, & nouissima hora, qua po-
pulus Israël apparuit, ac ob id opportu-
no tempore, nempe mûdo iam tribu-
lationibus domito, & per Legem, &
Prophetas culto, & per Ioannem Ba-
ptistam ad possidendam veram ter-
ram promissionis præparato: atq; ea
primò capta & possessa à Christo ho-
mine beato manente, & post mortem
suâ loco cœnæ omnibus credentibus,
& iam paradisi ianuis pacificatis aper-
ta: vt verū sit quod dixit Dominus:
*A diebus Ioannis Baptiste Regnum cœ-
lorum vim patitur, & violenti rapiunt
illud.* Et primi admissi ad cœnam fue-
runt sancti Patres in Limbo detenti,
quia ante mortem nemo de cœna
gustare potuit, cum scriptum sit: *Non
videbit me homo, & viuet.* ¶ *Dicere in-
uitatis vt venirent, nemo alius dice-
re poterat, quam qui præ omni-
bus gustauerat cœnam, & inuitabat
propterea, vt se sequerentur.* Ego,
inquit, *Sum lux mundi, qui sequitur
me, non ambulat in tenebris, sed ha-
bet lumen vitæ.* Et rursus: *Si quis
mihi ministrat, me sequatur: & ubi e-
go sum, illic & minister meus erit.* Et
iterum: *Vos estis qui permanistis
mecum in tentationibus meis: & Ego
dispono vobis, sicut disposuit mihi Pa-*

ter meus, regnum, vt edatis, & bibe-
tis super mensam meam, in Regno meo.
Græcè dicitur. *Venite, scilicet per
Fidem, & gustate quoniam suavis est
Dominus, & inebriamini ab vberibus
consolationis eius: Haurite aquas
in gaudio de fontibus Saluatoris: Pa-
rata est in conspectu vestro mensa, &
Calix noster inebrians quàm præcla-
rus est: ¶ Quia iam parata sunt omnia.*
Hæc erat prædicatio Domini Iesu
inuitantis ad cœnam, ne putarent si-
bi esse expectandum, quòd nondum
essent omnia præparata. Et intellige
omnia præparata ex parte Dei, qui
erudierat per Legem, expectare præ-
ceperat per Prophetas, præmiserat
Præcursores, tandem Filium suum
miserat, qui paratus erat docere viam
& offerre se ipsum pro peccatis, &
fores Regni cœlorum aperire, & vo-
lentes omnes ducere ad vitã eternã.
Omnia etiam mysteria perfecta, In-
carnationis, mortis, Resurrectionis,
Ascensionis.

Et cœperunt simul omnes excusare.
Græcè dicitur similiter, quod ma-
gis videtur quàm rare: nec enim om-
nes simul se excusabant, sed quis-
que separatim. Et quod dicitur, *Om-
nes*, intellige maiorem partem pri-
morum, & maiorum inter Iudeos,
qui beneficijs peculiaribus inuita-
ti sunt. *Primus dixit ei, Villam emi-
t & necesse habeo exire, & videre il-
lam.* Rogo te, habe me excusatum. Ad-
uertendum est, in omnibus his excu-
sationibus nihil adduci, quod sit
per se malum, sed honesta tantum,
& licita exercitia: sed homo immo-
derato affectu ea diligendo, & cœ-
lestibus bonis præferendo, impedi-
menta ad vitam eternam comparan-
dam sibi constituit. Nec enim vn-
quam peccamus, quòd malum, qua-
tenus malum est, amemus, in quod
voluntas, nisi aliqua larua boni vesti-
tum sit, ferri non possit; sed quod
parua, & momentanea bona huius
mundi immodico affectu consecute-
mur. Habere enim bona mundi hu-
ius non impedit, si possidentur, &
habentem non possideant: secus si
possideant, & non possideantur:

Psal. 33.

Isa. 12.
Psal. 22.

Seruus vt di-
xerit, esse iam
omnia para-
ta.

Luc. 1.

12
Ex omnibus
qui se excu-
sauerint ne
venirent ad
cœnam.

Dicentis: Vil-
lã emit quod
quidem licit-
um est, qua-
re non reci-
piunt excu-
satio?

Quaratione
per hæc tem-
poraria bo-
na Deũ of-
fendamus.

Res licite quando fiat
illicite.

Inepta quo-
rundam de
excusantibus
se a cœniæ
interpretatio
reijcitur.

Luc. 14.

Villa emant
qui mysticè.

Eccli. 4.

Propriè quid
sit Villa.

Corrupte in
genium vo-
luntatis no-
stræ.

Factorũ vis.
Matth. 21.

res enim licite sunt illicite, si Diui-
ne vocationi preferantur. Qui ergo
has tres excusationes referunt ad illa
tria capitalia vitia, Superbiam videli-
cet, Auaritiam, & Luxuriam, non vi-
dentur satis ad rem interpretari: quo-
niam villam, vel boues emere, vel
vxorem ducere, per se peccatum non
est, sed illa amore præferre Deo, ac
vite, & salutis eternæ, vitium est. Hinc
Christus statim post hanc parabolam
subiunxit: *Si quis venit ad me, & non
odit patrem suum, & matrem, & vxor-
em, &c. quibus testatur, non solum
villam, boues, vel vxores posse ali-
quem remorari ab intuitu Regni cœ-
lorum, sed etiam patrem & matrem,
& filios. Ided fingitur hic villam emif-
se, vt propterea magis illam diligeret,
quàm æternis gloriæ bonis prætulit.*
Omnia regna mundi huius præ cœle-
stibus parua sunt, & parua videntur
auaro: & ided villa dicuntur omnia,
quæ nostris laboribus comparauimus.
Hinc Salomon ait: *Considerans
reperi & aliam vanitatem sub Sole.*
*Vnus est, & secundum non habet, non
filium, non fratrem, & tamen labora-
re non cessat, nec satiantur oculi eius
diuitijs: nec recogitat, dicens, Cui la-
boro, & fraudo animam meam bonis?*
Villa videbatur mundus Alexandro,
& opinio Democriti de infinitis mun-
dis illi satisfaciebat: quo novos mun-
dos expugnando, ardentem dominan-
di sitim, & opes possidendi ardorem
extingueret. Est autem villa propriè,
non pagus, vt quidam putant, sed do-
mus in agro, & Græcè dicitur *ἀγροῦ*,
vnde ager Latine dicitur est. Subdit:
Et necesse habeo exire. Voluntas ipsa,
quæ voluntaria sunt, necessaria vide-
ri facit, & è contrario quæ necessaria
sunt, vt obedire Deo vocanti, volun-
taria facit apparere. Fertur autem hic
primus dixisse, id est, respondisse,
non tam verbo, quàm corde, & fa-
ctis, quæ plusquam verbum affirmant
vel negant: vt in alia parabolade duo-
bus filijs misis in vineam, quorum
alter dixit se iturum, & non iuit; al-
ter verò dixit se non iturum, & iuit,
docuit Dominus, non eum qui pro-
misit se iturum, sed eum, qui re ipsa in

vineam venit, fecisse voluntatem pa-
tris. Exire etiam amator huius mundi
dici potest, quia extra sui cognitio-
nem, & Dei verum amorem egreditur.
Nam pulchrè ait Ambrosius de
auaro: *Sicut ij, qui per insaniam mente
translati sunt, non iam res ipsas, sed
passionis suæ phantasias vident: ita et-
iam mens auari semel vinculis cupidita-
tis astricta, semper aurum, semper ar-
gentum videt, semper redditus compu-
tat, gratius intuetur aurum, quàm Solẽ
videt: ipsa eius oratio & supplicatio ad
Deum aurum querit, & vellet atq; op-
taret vt omnia in aurũ conuerterentur.*
Hæc ille appositè. Subdit: *Et videre il-
lam.* Hic est fructus diuitiarum, oculo-
los pascere, & vt ille dixit,
*& tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere ta-
bellis.*
Et iterum de sordido quodam Athe-
niensi scripsit:
*Populus me sibilat: at mihi plau-
do.*
*Ipsè domi simulac numos contemplor
in arca.*
Et Salomon: *Qui amat diuitias, fru-
ctum non capiet ex eis: nam ipse tan-
tum vt vnus, cibo, & vestitu vti po-
test, reliqua verò quæ retinet, frustra
possidet: quia fructus dum spargun-
tur, vt semen in terram, multiplican-
tur, dum retinentur, putrescunt.*
Rogo te, habe me excusatum. Rectè
hic ait Gregorius Magnus: *Humilitas
sonat in voce, superbia in actione, quæ
est quasi subscriptio eius quod dicitur.*
Hinc Dominus: *Quid vocatis me Domi-
ne, Domine, & nõ facitis quæ dico? Mẽ
titur ergo illud for Euãgelij.* ¶ Rogo, ait,
quasi plus vereatur seruum, quàm Do-
minum: sed vbi iustitia est, non est lo-
cus precibus. Quod si nimis amans
sua, damnatur, quid ergo dicendũ de
eo, qui fraude vsuraria, vel rapinã sur-
pat aliena? qui vndiq; cogerẽdis opi-
bus quacunque via, & ratione po-
test, inhiat? Honor etiam iustus, sed
immodicè amatus, in villa potest in-
telligi. Neque sat est dicere, Meo
labore, & industria comparau illum:
quia non secus atq; ex auro, ita quo-
q; ex honore potest homo conficere

Qui dicant:
Necesse ha-
beo exire:

B. Ambros.
serm. 81.
circa med.
tom. 3.
Auari mise-
ra cõditio.

Fructus diui-
tiarum quis.
Horat. lib.
1. serm. sa-
ty. 1.
Ibidẽ paul-
lò ante.

Eccles. 5.

Amans diui-
tias, quare
fructum non
capiet ex eis

13
Qualis excu-
satio dicentis
Rogo te, ha-
be me excu-
satum.

Grego. ho-
mil. 36. in
Euang. to-
mo. 2.

Luc. 6.
Alieni rapto-
res quàm dã-
nabiles sint.

Villa mysti-
cè quid.

In eũ qui di-
cit: Meo la-
bore, & indu-
stria honorẽ
comparau
quo fruor.

idolum: quod colendo grauissime peccaret. Sed quia non solent homines studio honoris vacantes. se se a solenni conuicio subducere, ideo melius dicitur quod in duobus prioribus se se excusantibus, diuitiarum, & solitudinis terrenae potius impedimenta notari voluerit. Et alter dixit, Iuga bouum quinq; & eo probare illa, quos designet.

Agricultura quam sit iusta, ac debita, arque erit negotiatio.

Mercatura quando illucuta sit.

In emente etiam iuga bouum quinq; qui designentur.

Esens quinque iugabouum, hoc loco quis.

Infra. 12.

Matth. 11.

Esens quinque iugabouum, hoc loco quis.

Infra. 12.

Matth. 11.

Esens quinque iugabouum, hoc loco quis.

Infra. 12.

Matth. 11.

Et alius dixit, Exorones dixi, & ideo non possum venire. In hoc significatur omnes, qui carnis voluptatem, licet ex genere suo honestam (quia cum uxore legitimo matrimonio coniuncti erant) coelesti & spirituali delectationi preferunt. Ardentior enim amator uxoris suae, adulter est. Innumeri sunt, qui propter uxores suas perierunt, & plurimae uxores, quae propter viros in gehennae supplicium detruse sunt. Et inurbanus est voluptati vacans, ideo ceteris peius respondens, dixit, Non possum venire. Voluptas enim hominem exegit, inestumque, & impotentem ad spiritualia reddit. Hinc Oseas, Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Gregorius ait: Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in caelestibus debiles. Sic ille ferus. Amor namque carnis tenerum, & mollem facit, & tantum per accidens ratione inest fortis, profertim in eos, qui delectationem sibi adinere volunt.

Et reuersus seruus nuntiavit haec Domino suo. Reuersus est CHRIS T V S ad Patrem per Ascensionem, & nuntiavit Patri per plagas efficaciter loquentes, a maioribus Iudaeorum per Gentiles inflicta. Talisque fuit fructus praedicationis CHRIS T I apud maiores Iudeorum, de quo praedixerat Isaias: Excelsa statura confringentur, & sublimes humiliabuntur: & subuertentur condensa saltus eius ferro: & Libanus cum excelsis cadet. Et Ioannes praedixerat: Omnis mons, & collis humiliabitur. Nam, vt testatur Lucas, Pharisei, & Legis periti spreuerant consilium Dei in semetipos, & Pontifices ipsimet & Pharisei apud Ioannem dixerunt: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisaeis? sed turba haec quae non nouit legem, maledicti sunt. Et licet ex principibus aliqui credidissent in eum: tamen propter Phariseos non confitebantur, vt e Synagoga non eijcerentur. Ob quam causam Christus libenter in Galilaea versabatur, quia cum simplicibus sermone citius eius. Nunciatum est etiam Apostoli

14. Quos referat qui ait: Vobis dicitur, & ideo non possum venire.

Voluptas carnis qualem reddat hominem.

Oseae. 4. Grego. praedicto in locis.

Alter eius effectus.

15. Reuersus seruus quando nuntiavit excusationes nuntiatorum ad coenam domino suo.

Matth. 27.

Isa. 10.

Luc. 3.

Infra. 7.

Ioan. 7.

Infra. 12.

Christus libenter cur in Galilaea versabatur.

Prou. 3.

Qui praeterea nuntiauerunt.

16. Quare itatus pater familias dicit seruo suo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cecos, & claudos introduc huc. Merito sane itatus est, quod non tam coena, quam ipse sperni videretur. Et ira haec magis est, & de caelo aeterni supplicii contemptribus decernens, de qua Apostolus, Reuelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinet. Praecipit autem seruo suo, ut exeat cito in plateas, & vicos ciuitatis. Exiit Christus in Apostolis suis, quibus dixit: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad vltimum terrae. Et isti in nomine Christi ad coenam vocabantur, quorum vnus dixit: An experimentum quod eritis eius, qui in me loquitur Christus? Cito autem exiit, nempe post decem dies ab ascensione, nam misit Spiritum Sanctum in specie linguae igneae, quo constitueret illos idoneos ministros, & praedcatores, qui populos Iudaeorum conuocarent ad coenam. Et dixit, In plateas, & vicos ciuitatis, quid est, ad vulgus, & minutos quosque Iudaeorum: tales enim in plateis ad locandas operas suas conuenire solent, nobiles vero per singulas domos quaeruntur. Nam quia vulgus pauperes, & humiles domos, & casus inhabitat, in vicis, & plateis libenter versantur. Lazarus ergo mendicus vocatus est, non diues Epulo, publicani, & meretrices, non Scribae & Pharisei, piscatores, & contempti, non Iudaei opibus & sapientia tumidi atque elati. Hinc Paulus dixit: Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulti sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes. Exprimunt autem quatuor genera hominum, pauperes, debiles, cecos, & claudos: tales enim quia diuitijs, & delicijs destituantur, malam vitam non habent, & vocati facere ad Deum conuertuntur.

hec Dominus in oratione sua, dolentes de tanta duritie, & ingrati animi vitio, quod salutem suam aeternam, & Messiam suum Iudaei spreuerunt.

Tunc itatus pater familias dicit seruo suo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cecos, & claudos introduc huc. Merito sane itatus est, quod non tam coena, quam ipse sperni videretur. Et ira haec magis est, & de caelo aeterni supplicii contemptribus decernens, de qua Apostolus, Reuelatur enim ira Dei de caelo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinet. Praecipit autem seruo suo, ut exeat cito in plateas, & vicos ciuitatis. Exiit Christus in Apostolis suis, quibus dixit: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad vltimum terrae. Et isti in nomine Christi ad coenam vocabantur, quorum vnus dixit: An experimentum quod eritis eius, qui in me loquitur Christus? Cito autem exiit, nempe post decem dies ab ascensione, nam misit Spiritum Sanctum in specie linguae igneae, quo constitueret illos idoneos ministros, & praedcatores, qui populos Iudaeorum conuocarent ad coenam. Et dixit, In plateas, & vicos ciuitatis, quid est, ad vulgus, & minutos quosque Iudaeorum: tales enim in plateis ad locandas operas suas conuenire solent, nobiles vero per singulas domos quaeruntur. Nam quia vulgus pauperes, & humiles domos, & casus inhabitat, in vicis, & plateis libenter versantur. Lazarus ergo mendicus vocatus est, non diues Epulo, publicani, & meretrices, non Scribae & Pharisei, piscatores, & contempti, non Iudaei opibus & sapientia tumidi atque elati. Hinc Paulus dixit: Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulti sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes. Exprimunt autem quatuor genera hominum, pauperes, debiles, cecos, & claudos: tales enim quia diuitijs, & delicijs destituantur, malam vitam non habent, & vocati facere ad Deum conuertuntur.

Duplex Iudaeorum aduersus Christum indignatio.

Deut. 3. 2.

Ioan. 2.

Exitus etiam serui in vicis, & plateis quid.

Irene. lib. 2. contra Valde. c. 34.

Quare seruus ille dixit Domine adhuc locus est.

Act. 1.

Proprii charitatis quid.

Num. 11.

Moyse, Apostolorumque charitas.

Sepes quibus locis conganit.

Hiere. 49.

Supra. 6.

Matt. 11. Stare super vias, & semitas, quid apud Hieremiam.

Isa. 53. Exo. 20.

Seruus etiam quando exiit in vias, & sepes.

Act. 13.

Isa. 49.

Quid via, & sepes significat.

Ad cœnam magnam invitati, quomodo compellantur.

Sapient. 8.

Exemplum eiusmodi coactionis voluntariæ:

bus, & non muris, ut vrbes, cingatur. Idem alibi ait: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, & quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. Vbi per vias intelligit, propriarum voluntatum cupiditates, quibus vnusquisque in viam suam declinabat. Quod Gentilibus magis quadrat; quam Iudæis, quia vnusquisque suos deos colebant, & suæ voluntatis appetitiones saturabat: Iudæus verò lege cognoscebat quis Deus esset colendus, & quæ via in operibus iustitiæ ingredienda. Exierunt ergo Apostoli extra Iudæam ad Gentes; ita enim dixit Paulus: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repelitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, ut sis salus mea vsque ad extremum terræ. Denotat autem per vias, & sepes, Gentes varijs dijs errantes, & varijs ritibus ut sepebus instat ferarum à dæmonibus conclusas. Dæmones enim ut se accõmodarent Gentibus, ut varia signa superbiz plures magistros faciẽdo ederent, non vnã aliquã, sed infinitas propemodum sectas, atque eas inter se contrarias docuerunt, ut nos plus irriderent; & ne verum putaremus illud vnum tantum, quod Ecclesia docet. Istis autem dicitur ut compellant intrare, ut impleatur domus. Hæc compulsio non est interpretanda ita, ut suauitati Dei repugnet, quæ creaturas à se conditas sic administrat, ut earum proprios motus agere sinat, & attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: nec etiam ut aduersetur naturæ libero arbitrio præditæ, qualis est homo, qui coactionis, siue violentiæ capax non est: & si capax esse posset, omnis meriti ratio ab eo adimeretur. Proinde Scriptura se nostræ loquendi consuetudini accommodans, ut nos dicere consueuimus, vi argumentorum & rationum hunc, aut illum nos compulisse ut nostræ sententiæ acquiescat, quam prius ignorans impugnabat. Ita Apostoli Gen-

tes, quæ se prædicationi Euangelicæ opponebant, & à principio contradicebant, Diuini tamen verbi efficacia, quod est velut ignis, & quali malleus cõterens petras, corda ipsa penetrante, & admirabiliũ signorum multitudinem, & sancto atque irreprehensovitæ exemplo Gentes cõpulsisse dicitur, ut abiectis Idolorũ simulacris, & cultu Deorũ nefario, spõtanè, & volentes Domini Iesu fidẽ amplecterentur, & ad domum Ecclesiæ implendã adducerentur. Quanquã hæc vis quæ fit à seruo vocante, per flagella, infirmitates, carceres & supplicia intelligi possit, quæ non tam sunt nobis expectanda, sed cogitatione præuenienda. Nam ait Gregorius: Mala quæ nos in hoc mundo premunt, ad Deum nos ire cõpellunt. Habent etiam pastores Ecclesiastici suum cogendi modum, nimirum per censuras Ecclesiasticas, sicut seculares Principes per carceres, gladios, & mortes, rebelles cogunt permanere in officio, & in ordine suo. Vnde & Apostolus noster: Arma, inquit, militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo; ad destructionem munitionum consilia destruentes, &c. Sed certè hîc est sermo in parabola de nondũ in Christũ ingressis cõpellendis, qui extra Ecclesiã sunt. Negandũ tamen non est, Augustinũ tractantẽ hunc locũ, intelligendũ esse cõtendisse de hæreticis, & schismaticis cõpellendis ad vnitatẽ fidei, & corporis Ecclesiæ per leges Principum, & vindictas seculares. Proinde libro cõtra secundam Epistolam Guadentij ait: Intelligimus vias, hæreses, schismata, sepes. Viæ quippe significant hoc loco diuersas opiniones; sepes autem, peruersas opiniones. Et in Epistola ad Bonifacium inquit: Si miraculorum terroribus cogendos voluisset intelligi, magis ad eos, qui prius vocati sunt, Diuina miracula multa facta sunt, maximè ad eos, de quibus dictum est: Iudæi signa petunt. In ipsis quoque, Gẽtilibus talia tẽporibus Apostolorum miracula Euangelium cõmendauerunt, ut si talibus cogi iuberetur priores, ut dixi, potius cõuiuere coacti esse meritò crederetur. Quapropter si potestati, quam per religio-

Apostoli ut Gentes ad Christi fidẽ cultumq; traxerunt. Hierem. 23.

Alter compellendi ratio, quæ seruus adhibet.

Greg. hom. mil. 36. in Euang.

Ecclesiæ cõpellendi viciuificax.

2. Cor. 10.

17 Alter sensus Augus. lib. 2. cõtra. 2. Epistolam Guadentij, c. 17. tom. 7. ante me.

Idem Epistola. 50. circa medium tom. 2. 1. Cor. 1.

Idem serm. 33. de verb. Domini, in fine. to. 10.

Summũ malũ in quo sit.

His verbis virgines factæ: Domine Domine aperi nobis, quid expriment. Matth. 25.

Isa. 33.

Dominicæ cœnæ cõtẽptores, quã pœnam subibunt. Apoc. 16. Matt. 8. & Infra. 22.

nem, ac fidem Regum tempore quo debuit, Diuino munere accepit Ecclesia, ij, qui inueniuntur in vijs, & in sepibus, id est, in hæresibus & schismatibus, coguntur intrare, non quia coguntur reprehendat; sed quò cogantur, attendat. Et serm. de verbis Domini: Venerunt de plateis, & de vicis Gentes, veniant de sepibus Hæretici: hic inueniunt pacẽ. Nã qui construunt sepes, diuisiones querunt. Trahantur à sepibus, euellantur à spinis. In sepibus hæserunt, cogi nolunt: voluntate, inquit, nostra intremus. Nõ hoc Dominus imperauit? Coge, inquit, intrare. Foris inueniatur necessitas, nascitur intus voluntas. Sic ille tantus Pater hunc locum sæpè interpretatus est. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Loquitur Dominus in persona sua, applicando sibi parabolam, ut aliàs sæpè facere solet. Interminatur Deus summum malũ, quod in priuatione Diuinæ visionis consistit. Quod etsi modò non admodum magnum malum nobis esse videatur: tamen vbi tantum bonum detegitur, & infinitus summi boni appetitus, qui in nobis modò tanquam absconditus delitescit, excitatus fuerit, tunc experimento quisque cognoscet, quantum malum sit tantæ cœnæ Domini iactu fecisse, & sine fine de adeptione huius cœnæ desperabunt. Etiam si, ut in alia parabola dicitur, Virgines factæ à nuptijs, & cœna exclusæ veniant dicentes, Domine, domine, aperi nobis, explicantes immensum naturæ humanæ ad beatitudinem habendam ardorem, & appetitũ: sed frustra clamabunt, quibus dicitur, Nescio vos. Et ita animi, qui Deum spreuerunt, spernentur & ipsi à Christo, secundum illud Isaiæ: Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? Grauisimũ enim delictũ est, Deum non ad pœnas, sed ad summum naturæ humanæ bonum vocantem spernere. Proinde tales gustabunt cœnam dæmonis, qui suos hospites proprias linguas edere coget, & amarissimas lacrymas bibere, & præ fame dentibus stridere. Atque hæc est tertia irrissio eorum, qui vocati, venire noluerunt. Vnde rectè

Gregorius ait: Nemo contemnat, ne dũ vocatus excusat, cum voluerit, intrare non valeat. Sic ille. Cauent ergo vocati ex Gentibus, quia eorum nobiles initio venire recusarunt: & nunc afflictis, & pauperibus venientibus, periculum est, ne omnino deserantur à Domino, & infideles vocentur. Pastores etiam animarum, siue Episcopi, & Reges, & Principes laici, videntur negligere quæ Dei sunt, & Christũ crucifercere: & propterea Deus ad verbi, & Sacramentorum ministerium pauperes quosdam, & exiguos Religiosos, siue presbyteros euocat. Idcirco Indiarum Occidentalium habitatores tot retro seculis incognitos cœpit ad fidem vocare, ut videatur Dominus illud ipsum, quod cum primoribus Iudæorum fecit, cum maioribus Gentium facere velle.

Hic est sensus literalis huius parabolæ, quæ ad cœnam Eucharistiæ, ad quam vocati sunt omnes, pauci tamẽ ad eam frequentandã accedunt, extendi potest. Hanc cœnam Dominicam instituit Dominus Iesus, qui singulariter homo est: nã ita homo est, ut sit Deus, & ita Deus, ut sit homo, & ita homo, ut omnis peccati suapte natura sit expers, & ad extinguenda omnia peccata tanquã agnus innocentissimus ad nos destinatus fuerit. Hanc cœnam præsumpsit Dominus ante somnum mortis, & nobis morituris pro viatico reliquit. Est autem recta cœna, quòd non nisi recto ordine discumbentibus Principes exhibebat: ut modò ordine seruato in Ecclesia hæc cœna distribuitur. Nam primò sacerdos, deinde ministri participant, postea viri, atque illi non sine ordine, postremo loco mulieres. Est alius ordo charitatis; ut qua quis magis fide, & charitate flagrans ad hanc cœnam accesserit, eo maiorem fructum percipiet. Est autem magna cœna, ob magnum, & excellentissimum cibum, id est, Agnum Dei tollentem peccata mundi: qui optimum est cœli, & terrę. Optimũ enim cœli, Deitas est: & optimum terræ, humanitas. Proinde hic panis vitæ instar Manæ omne delectamentũ, & gratiam, & virtutem in

Greg. hom. 36. in Euã. post mediũ, tom. 2. Ex Gentibus conuersi, animarumq; pastor quid cauere debeat

18

Hæc cœna magna, ad mensam Eucharistiæ suauiter accommodatur.

Christus Iesus homo quales sit.

Recta cœna ut sit Eucharistica.

Eucharistia cœna cur magna. Ioan. 1. Optimũ cœli quid.

Secundò ratio ab institutore. Ioan. 13.

Tertiatio, à diurnitate.

Quarta ratio, à figuris, & typis Eucharistiæ. Gen. 14. Exo. 16. Supra. 12. Exo. 29. Leuit. 8. 3. Reg. 19. Quinta ratio ab significatione.

Psal. 147. 19. Hora cœnæ Eucharistiæ quæ nam sit.

Matth. 15. Canes mystici cæ qui.

Ioan. 6.

Qualis cœna hæreticorû tantummodo.

Matth. 7. Cœnæ Eucharistiæ ap paratus.

se continet, vt meritò dicatur Eucharistia. Magna etiam est ob instituentis maximam charitatem: nam cum dilexisset suos qui erant in mundo, in fine dilexit eos, maiora charitatis suæ argumenta ostendendo. Magna etiam est temporis duratione: quia ex quo instituta est, vsq; ad finem seculi omnibus hæc mensa parata est, & cibus nõ minus recens & integer ac ipsa nocte fuit, qua Apostoli primùm de illo gustarunt. Est etiam magna ex populorum multitudine, & frequentia, qui hunc cibum perpetuò edunt, nec consumere possunt. Magna postremò à figurarum antiquitate, varietate & significatione: quia in sacrificio panis, & vini oblato à Melchisedech præfigurata est, sicut & in Manna, & in agno paschali, & in panibus Propositionis, & similia, pane, & oleo, quæ iugiter offerebatur, & in pane subcineritio Helix, & in permultis alijs. Adde etiã significatione, quæ varia fuit. Primò enim præcessit sola figura sine re, vt in prædictis omnibus ostensum est: deinde successit figura cū ipsa re: nam modo sub speciebus panis, & vini quasi figuris quibusdam delitescit ipse Christus: tandem exclusã omni figura, res ipsa nuda in cœlesti gloria ad edendum proponetur, vbi satiabimur adipe frumenti.

Ad hanc cœnã omnes vocati sunt, quotquot Christũ profitentur. Seruus missus advocandũ, cœtus est Apostolorũ eandẽ fidem huius sacramenti, & fructũ prædicantium. Hora cœnæ fuit post Christi ascensionem: & tota vita præsens hora est nouissima, in qua edendum est de isto agno: quem solum filij edunt: Non est bonum, inquit, sumere panem filiorum, & mittere canibus. Canes, sunt detractores, & Hæretici omnes, siue infideles, qui dicunt: Durus est hic sermo, & qui ex mēsa diuina, ac cibo diuino Christo extorrem humanam fecerunt: Nam apud Hæreticos cœna Dominica purum tantum panem continet. Sed illi indigni erāt, qui huius mensæ efficerentur participes, de quibus: Nolite dare sanctum canibus. Dicere, Omnia parata sunt, significat, nihil deesse huic conuiuio:

nam & cibus ipse sanctus cõditus est sub accidentibus vt edi possit. Locus, Ecclesia sancta Dei: ministri, sacerdotes: Sacramentum Pœnitentiæ præcedens & præparans ad illum, in lotione pedum à Domino designatũ. Est etiam præceptum Domini ad edendum inuitans: Nisi manducaueritis, inquit, carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Deniq; omnia parata, præter te, qui solus non te præparas, neq; vt decet, cum veste nuptiali charitatis, & cum esurie profectum faciendi accedis.

Sed homines inuitati cœperunt si mul omnes excusare, obtendentes legitima impedimenta: quæ tamen futillia sunt, & inania. Quidam enim allegant exercitia agriculturæ, aut artium quibus vacant; alij verò negociandi, & mercandi iudustriã; alij rursus opera coniugij, & procreandę sobolis, quasi hæc vitiosa essent, aut rectè fieri nequeant, vt propterea à participatione Eucharistiæ necessariò abstinere debeant. Multi enim etiam nunc his friuolis excusationibus vtuntur, quominus communicent, non aduertentes, primitiuam Ecclesiam, quæ quotidianę participationi Eucharistiæ vacabat, nonnullos habuisse qui colerēt terram, & alios qui negotiarentur, & permultos, qui filiorum procreationi incumberent: ita vt liceat hodie videre plurimos diuites, & qui potentia, & sapientia, & opibus ceteros præcellunt, minus de mensa Dominica curare, & vix semel in anno, nisi compulso lege Ecclesiastica, ad mensam hanc Diuinam accedere; cum tamen ipsi suo vitio opes auarę possideant, & illis irretiantur, & vxorum adiutorio ad voluptatem captandam, & carnis cupiditates satiandas abutantur. Propterea mittuntur prædicatores ad paganos, & ad Saracenos destinantur; vt plebem à Deo electam ad fidem conuocent, quæ Domini mensam impleat: irridentibus interim maioribus, & nobilioribus Christianorum, ad quos primos spectabat exemplo suo alios ad conuiuium Domini inuitare.

Ioan. 13. Cœnã obligatio Diuina. Supra. 6. Quare omnia parata sũt in cœna Dominicã. Matth. 22.

20. Ad sacrã Eucharistię cœnam non accedendi impedimẽta excusationesq; refelluntur.

Aff. 2. Ecclesię primitiã erga Dominicam cœnam pietati ardet

Quid est quod concionatores ad barbaras nationes destinantur à Domino.

Sed

21

Qui salubrẽ frequenter communicã diuini in vita negligunt, in morte quid assequantur.

I. Cor. 11. Hoc Euan-gelium cur infra Octauam Corporis Christi in Ecclesia legi consueuerit.

22

Alter huius parabole interpretatio proponitur.

Excusantes se ab eleemosynis faciendis, quã nulla sint excusatione digni.

Rom. 21.

Pauperũ studium & diligentia.

Sed audi comminationem: Nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Fit enim iusto Dei iudicio, vt tales instante morte Eucharistiã velint percipere, nec tamen suppetat tempus, & non percepta cœna Dominica decedat: vel si percipiunt, non cum fructu, neq; ad salutem: nam sic etiam dũ semel in anno accedunt, suo vitio imparati, & sine fructu communicabant, vt perinde sit illos communicare, ac si non communicarent, imò deterius: Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit. Propterea Ecclesia hoc Euan-gelium legit infra Octauam Solennitatis Corporis Christi, vt indicet, Eucharistiã esse cœnam Dominicam: quam quidam putant non necessariã, & quasi sine ea contingat piè viuere posse, negligunt. Alij rogant haberi se excusatos, quòd negotijs alijs intendant. Alij verò compelluntur semel in anno, vt habetur in capite, Omnis vtriusq; sexus.

Possumus item non absurdè cogitare, quòd cum Dominus exhortaretur vt conuiuia fierent pauperibus, vt in resurrectione iustorum haberetur remuneratio, & quidam dixisset: Beatus qui manducabit panẽ in regno Dei: Dominus continuò hanc parabolam subiunxit; indicans per eleemosynas esse viam ad perueniendum vt panis manducetur in regno Dei: & multos esse qui se excusant, non quia nolint aliquando peruenire ad eam cœnam, cum nemo sit, qui saluus esse nolit, sed interim procrastinant, id est, ab eleemosynis faciendis abstinēt, quia necesse habent. expendere in suis negotijs. Sed non excusantur, cum parata sint omnia, id est, imminet mors, quam longè adhuc abesse putant; vel cum vocantur ad veniendum, & subleuandas necessitates pauperum: nam quia ipsi pauperibus aures suas clausurunt, fit vt obdurentur, & quod peius est, non exaudiantur. Pauperes autem & claudi cum inuitantur ad eleemosynas, non procrastinant, sed faciunt quod possunt, vt qui experti mala, didicerint alijs succurrere. Alij verò compelluntur, & cum affliguntur,

porrigunt eleemosynas, vt pro ipsis orctur. Et quod de eleemosynis dicimus, idem de alijs bonis operibus cẽfendum. Cum enim mihi dicis; Habeo negotia licita, habe me excusatum; Non sunt licita, cum per ea vocationem Dei non sequeris. Dices; Nõ sum dignus, nec habeo meritum. Sed vocatio Dei sit tibi pro merito. Est item dies festus, quo vocaris ad Misam, ad verbum Dei, ad Sacramentum sumendum, quæris excusationes: at interim amittis bonũ, quod tũ Deus dispensat, & in locum tuum alij sufficiuntur. Et quanta Dei misericordia est priuari villa, aut amittere boues, aut perdere vxorem, ne propterea saluti tuæ impedimentum præstare valeas.

Est ergo succus, & medulla huius parabole, quæ his duobus versibus clauditur: Vxor, villa, boues, cœnam clausere vocatis. Mundus, cura, caro, cœlum clausere renatis.

Discamus igitur vocanti Deo assensum præstare, & ad cœnam accedere, siue Eucharistiã, siue audiendi verbi Dei, siue eleemosynę; siue aliorum bonorum operum; quæ qui præstat, cœnat cum Deo, & Deus cum illo, iuxta illud: Siquis audierit vocem meã, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cū illo, & ipse mecũ; vt ita ad æternã glorię cœnam peruenire valeamus, præstante Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto reddatur ab omni creatura honor, gloria, imperium, & gratiarum actio, per infinita seculorum secula. Amen.

TRACTATUS XXIII.

In parabolam volentis turrim ædificare, non prius computatis sumptibus necessarijs: Et re-

Negotiaque sũt illicita.

Soluitur obiectio proponentis indignitatẽ suã ad cœnã Dominicam.

23. Huius medulla parabole distinctio comprehensa.

Cœnet cum Deo quis, Deusq; cum illo. Apoc. 3.

gis

gis ituri ad comitendum bellum aduersus alium Regem, & non prius serio cogitantis an possit illi occurrere, &c. Et de sale; quae habetur apud Lucam tantummodo Cap. 14.



Harum parabolarum intelligentiam expedit explicare quae praecedunt: nam ex illis finis, atque scopus, quod Dominus iaculatus est in his parabolis, perspicue ostenditur. Ait igitur Lucas: *Ibant autem turbae multae cum eo: et conuersus dixit ad illos, Si quis uenit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, et uenit post me, non potest meus esse discipulus.* Haec ad litteram obscura non sunt: nam multae turbae solitae erant Dominum consequi, ut audirent eum, & miraculorum eius spectatores fierent. Sed Dominus praescius quod multi illorum amicitiae uinculis ad huiusmodi personas retinerentur, & aliquando a sua sequela deficerent amore parentum aut consanguineorum retenti, propterea doctrinam salutarem exhibuit, ut quisque sibi a parentibus, & consanguineis, & domesticis caueat. Quod uero ait, odio habendos esse parentes, consanguineos, & domesticos, non solum rationi, sed ipsi Scripturae contrarium uidetur: praecipitur enim ut honoremus patrem, & matrem: & Paulus de uxore: *Viri, inquit, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et se ipsum tradidit pro ea.* Et de alijs cognatis idem testatur: *Si quis suorum, et maxime domesticorum cura*

I Quorsum haec parabola à Christo sit instituta.

2 Quomodo Christus parentes odio habere nos iubet, quos alibi praecipit honorare. Exo. 20. Deut. 5.

non habet, fidem negauit, et est infidelis deterior: & rursus de anima sua: *Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, et fouet eam, sicut et Christus Ecclesiam.* Quod si carnem mortalem, & fragilem, multo magis animam immortalem, & pretiosam diligere debemus. Refpondemus, uerbum odio habendi, plerumque metaphoricè in Scripturis accipi. Dicimur enim odio habere illud, quod minus diligimus, & cuius stimulos, & incitamenta non sequimur: ut enim de re odio habita cura non habemus, nec eius desideria perficimus, imò reprimimus potius, & continemus; ita parentum, uel consanguineorum uoces, quae nos à sequela Christi, uel à pietate impediunt, negligere debemus, & ueluti eorum, qui odio habendi sunt, opera, defraudare debemus: cum tamen talis compassio, & cupiditatum fractio, quae à sensu, & carnalibus iudicatur odiu, sincerissimus sit, & uerissimus amor. Unde Dominus dixit: *Qui inuenit animam suam, perdet illam, et qui perdit rit animam suam propter me: id est, qui eius motibus, & affectibus aduersantur, quod odio habentis esse uidentur, inueniet eam.* Hoc sanctum odiu gessisse uidetur Christus erga fratres suos, ad quos asperioribus uerbis usus est, & ad Matrem sanctissimam, quam propter exemplum nobis exhibendum in responsis quibusdam ad eam datis, eam honorasse, aut magnipendisse non uidetur. Hoc odio plane Euangelico Paulus refertur, ubi reuelationem Euangelij accepisset, *Continuo, inquit, non acquieui carni et sanguini.* Dominus etiam explicans significationem huius uocis apud Matthaeum, dixit: *Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus; et qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.* Et in alio loco: *Si manus tua, uel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, et projice abs te, et c.* Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te, et c. Na his hyperbolicis loquutionibus nil aliud uoluit Christus docere, quam charissima & coniunctissima quaeque gratia Euangelij postponenda esse: alioquin neminem ad beatitudinem per-

Ephes. 5. 1. Tim. 5. Ephes. 5.

Odio quis habet aliquem multis modis, more Scripturae.

Quae minime curentur.

Matt. 10. Quid est, perdere animam suam propter Christum.

Christi in Apostolos, Matremque charissimam odiu sanctu.

Luc. 2. Ioan. 2. Gal. 1.

Matt. 10.

Infra. 18. Manum, uel pedem, uel oculos uel scandalizates abscindat quis, & projiciat à se, ut Christus iubet.

tin-

Miche. 7. Quibus minime fidendum, teste Propheta, & quare.

Matt. 10.

3 Crux quae magna, Christi tamen amore toleranda.

Baiulare crucem suam, quid.

Crucem post Christum quae do baiulamus.

Crucem post Satanam quae do portem.

Sequela seu discipulatus Christi duplex.

1. Cor. 7.

4 Theophylactus in Luca.

tingere posse. Hinc Propheta Micheas longè ante praecinuit: *Nolite credere amico: et nolite confidere in duce. Ab ea, quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliae facit patri, et filia consurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam: et inimici hominis domestici eius.* Multi enim, qui rationem parentum suorum, aut filiorum plusquam par est, habendam esse ducunt, proculdubio pereunt.

Rursus subdit: *Et qui non baiulat crucem suam, et uenit post me, non potest meus esse discipulus.* Quia enim durum est ualde, & crux magna, renuntiare parentibus, filijs, & consanguineis, & maxime cupiditatibus carnis suae; doctet hanc crucem unicuique portandam esse, & fortiter propter Christum tolerandam, ne nomen discipuli Christi amittat. Atque ita nomine crucis noli hoc loco intelligere trabem transfuersam, sed metaphoricè tentationes, tribulationes, & persecutiones, quae tum à carne propria, tum à consanguineis oriuntur, & molestiam ingentem, & cruciatum, adde etiam mentis perplexitatem, secum afferunt. Haec autem crux baiulanda est post Christum, quando eius solius causa portatur: quando uero uitio nostro, aut peccatis in corporis & animae discrimina incidimus, tunc non post Christum, sed post Satanam crucem baiulamus. Quoniam uero sequela Christi, siue discipulatus duplex est: & unus quidem communis omnium Christianorum praecipua Dei obseruantium, & in communi paupertate possidentium quasi non possideant, & in unius uxoris castitate, & ad superiores suos obedientia, alius uero strictior, & perfectior, eorum uidelicet, qui perfectionis Christianae, aut acquirendae, aut diffundendae statim profitentur, & uotis quibusdam ad illum seruandum obligantur: ostendit Dominus, non satis esse si quis bene incipiat, & postea ubi coeperit, à sequela deficiat, uel retrocedat.

Atque ita scopus praesentis parabola breuiter his uerbis à Theophylacto comprehensus est: *Per parabola, inquit, turris docet nos Dominus, ut hi qui semel delegerint se sequi, ne solum*

iaciant fundamentum, hoc est, ne incipient tantum sequi, et postea finem non imponant, ut ij qui non habent sefficientem alacritatis praeparationem. Tales fuerunt hi, de quibus Euangelista Ioannes dicit, *Multi igitur ex discipulis eius abierunt retrorsum.* Haec ille. Christus etiam ipse hoc loco uoluit nobis aperiuntibus uerbis ostendere, cur hospites illi uocati ad magnam cenam non peruenerint: quia scilicet amauerunt praedia, iumenta, & uxores suas plusquam Christum. Et hactenus de scopo.

In cortice literae nihil aliud occurrit adnotandum, nisi quod Dominus ad perseverantiam in sequela sua exhortaturus, duas proponit similitudines, alteram de aedificante turrim, alteram de ineundo praelio cum aduersario Rege. In aedificando enim, & militando, magnis opus est expensis, & numerosa pecunia, & semper duplo, aut triplo maiores fiunt sumptus ab hominibus, quam antea praemeditati erant: ut iam palatium magnum construere non sit nisi ditissimi, & opulenti, & qui honoris sui gratia nolint imperfectum opus relinquere. Ad bellum uero gerendum quanta pecunia opus sit, illud ostendit quod dici solet, *Neruus belli est pecunia.* Testatur etiam M. Crassus Romanorum opulentissimus, ac ditissimus, qui nullum diuitem habendum dicebat, nisi illum tantum, qui exercitum alere posset.

Applicatio huius parabola ad sensum principale difficultis quibusdam uisa est, nec opus esse, ut singulas partes discutiamus: uidelicet quid sit turris, quid sedere, qui sumptus, quid computare, quod fundamentum, qui denique illud sedere, sed satis esse, neminem in consulto debere sese in seruitium Christi dedere, sed prius semet ipsos discutere, atque interiora sua explorare, num possint durissima quaeque pro Christo pati, & charissima quaeque pro eodem relinquere. Sic Sapiens admonet: *Fili, accedes ad seruitutem Dei, sta in iustitia, et in timore, et praepara animam tuam ad tentationem: et filijs Zebedaei petentibus honorem locum in regno Dei, respondit Dominus, Potestis*

Ioan. 6.

5 Parabola sensus historici, seu literalis exponitur.

Aedificandi, belligerandi, difficultates.

6 Applicatio huius parabola, sensus principalis uide nonnullis admodum difficultis appareat.

Eccli. 2.

Matt. 20.

Q bibe-

7 Vtraq; hæc parabola, de turris videlicet ædificio, & de bello, ad duplicem statum perfectionis Evangelicæ ut valeat accommodari.

bibere calicé, quæ ego bibiturus sum? Sed nihilominus, ut à principio diximus, si hæc omnia, quæ in parabolis inducuntur, commodè possunt applicari ab aliquo, non est illi invidendû, nec quod cû ratione dicatur, respiciendum. Vtraq; enim parabola & de ædificio, & de bello, ad literam est de statu perfectionis explicanda, siue status perfectionis sumatur pro perfectione Christianæ vitæ, ad quâ omnes feruandâ lege Christi obstringuntur, quia status perfectionis est, si conferatur ad statû legis Moyſis imperfectû. Et hac ratione potest ad populû, & viam communè præceptorû profitentes accommodari. In quo statu turris construenda, charitas est seruâs præcepta. Potest etiâ applicari ad statû perfectionis Evangelicæ, siue cõparandæ, ut in omnibus probatis regulis plerique vtriusq; sexus ad illâ contendunt; siue sit perfectionis iâ cõparatæ, & in alios diffundendæ, & cõmunicandæ, quales sunt omnes animarû regimini deputati, siue Episcopi, siue alio quocûque nomine appellentur.

8 Alter status.

Secundus autè status supra primû prædictum consilia Evangelica arctioris paupertatis, cœlibatûs, & Obedientiæ complectitur. Et cû Religiones peculiare aliæ quidè actioni, aliæ verò contèplationi, & aliæ mixtim vtriq; vacare dignoscatur. Prælatos etiâ cuiû curæ præpositos, ut fructû maturû, & perfectû edât, in vtraq; vita, & actiua, & contèplatiua exercitatos esse oporteat: merito duas parabolas producit, alterâ de turri ædificanda, quæ vitæ contèplatiuæ est symbolû, nâ turris longè speculatur; alteram verò de ineundo bello contra aduersariû Regem, quæ actiuæ vitæ typum gerit. Certare enim cum aduersarijs, & pugnare contra proprias cupiditates, & vitia, eorû est, qui tyrones sunt in via Dei, & vitæ perfectæ quasi prima elementa versant.

Turris mysticè quid.

Proprijs cupiditatibus obſistere, quorum sit

9

Quis enim ex vobis volēs turrim ædificare. Circa hæc parabolâ multa egregia docet Augustinus epistola. 38 ad Lætum. Ab interrogatione exorditur; ut significet raros esse, qui culmen perfectionis appetant. Et per vō-

luntatem ædificandi, propositum intelligit: propositum enim boni, conducit ad boni operis inchoationē, & inchoatio ad consummationē. Turris à tuèdo dicitur, altaq; est, & super alia communia ædificia elcua: in ea que solent exploratores manere, ut annuntient de aduentu hostium, vel vt fures & latrones prodant ad exterminandâ vineam ingredientes. Vnde alibi in medio vinee turris cõstruitur, quæ & fructus collectos feruet, & ab inuasoribus, dū pendēt ex vitibus, custodiat. In turrim etiâ se recipiunt homines. tēpore belli, vt ibi tuti permaneant. Babylonij turrim condiderūt, qua ab aquarû inundatione se defendere. Est etiâ turris ornamentû ciuitatis: vnde Propheta celebrat ciuitatem Hierusalē à turribus, cū ait: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* Hæc turris primò significat charitatem, quæ vinculum est perfectionis, teste Apostolo; & supereminens omnibus alijs virtutibus, tanquâ ædificijs, vt merito idem Paulus dicat: *Maior autem horum est charitas.* Tueturq; ab hostibus, & fructus bonorum operû seruat: atq; in ea virtute collocati longè speculamur, vt vineam corporis, & animæ nostræ custodiamus. Hanc turrim per bonorum operum studium fabricamus: merentur autem opera bona incrementû charitatis. Et quem admodum Noë prius construxit arcem, deinde in ea inclusus à diluuiio seruatus est, ita virtutē charitatis, per quâ vnâ salui efficiamur, cõstruimus. Ad hanc autem fabricandam, oportet prius sedentem computare sumptus, qui necessarij sunt ad eius perfectionem: vt videlicet quisq; diligenter consideret nihil se habere in bonis, nisi de cœlo sumptus suppediten tur, & agnoscat naturâ pauperē, & imbecillâ ad tantę fabricæ erectionem, quæ in Diuinæ legis obseruantia consistit: ex qua Charitas tanquam turris exurgit. Duo ergo maximè necessaria sunt ad hanc turrim fabricandam: alterum, cognitio paupertatis proprię, & cognitio bonitatis & opulentiæ Diuinę; alterû est, de proprijs viribus diffidentia, & fiducia in Deû

Boni propositum quid conferat.

Turris vnde dicitur; eius conditiones, & vsus. Isa. 5. Matt. 22.

Gen. 11.

Psal. 121. Charitas curam comparatur. Coloss. 3.

i. Cor. 13.

Turris charitatis ex quibus constructur.

Gen. 6. & seq. Infra. 7. Ad charitatis turrim ædificandum duo necessarij requiruntur.

poten-

Quantû sibi arrogarent Pelagiani.

Eorum illusores.

Psal. 51.

Ordines Religiosi quas ob causas turres nominantur.

Matt. 19.

Religionû varietas in Ecclesia Dei admirabilis.

Cant. 4. Ordines Religiosorû vt sint Turris David.

Mille clypei quinam sint pendentes ex ea.

Quæ verò omnis armatura fortium.

potentē, & misericordem. Qui autem se ipsos diuites, tantumq; in bonis se habere existimant, ac proinde naturæ suæ viribus fidunt, & sapientiæ suæ tantû tribuunt, vt hanc turrim fabricare se posse cõfidant, profectò perniciose falluntur, vt Pelagiani fallerentur. Necessumq; est tale charitatis ædificium minimè surgere posse, & necessariò iste incurtet in illusores, qui dicent: *Hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare:* &, *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.* Secundò, est turris perfectionis acquirendæ, quæ peculiaris quædâ, & probata est Religio, in qua secundum regularem obseruantiam viuitur. Hæc autem omnes suos filios tuetur non solum à peccatis, sed etiâ à peccandi occasionibus. Supereminet cæteris ædificijs turris Religionis: quia præter præcepta, seruat etiâ cõsilia. Sunt etiâ Religiones ornamentû magnum Ecclesiæ Dei, propter earû varietatē: nâ sunt quæ scæminis deseruiūt, sunt quæ viris, & inter viros quæ actioni, sunt quæ contèplationi vacât. Et in actione, aliæ militiæ, alię hospitalitati, aliæ doctrinæ, aliæ captiuorû redēptioni intentę sunt, & vt turres protegunt ædificia sibi proxima: ita Religiosi munimentum præstant laicis, & in vitâ cõmuni degentibus; quia illis partim exemplo, partim precibus, & sacrificijs opitulantur. De hac turri intelligi potest verbum in libro Canticorum, *Sicut turris David collum tuû quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* David turris dicitur, id est, Christi, interpretatur enim David, manu fortis, & dilectus. Et Christus ad vitâ actiuam fortis est, ad contèplationē dilectus, & aspectu delectabilis. Habet Religio propugnacula sua precepcionum, & sacrificiorum: habet clypeos, id est, doctrinam, exemplum contemptus mundi, silentiû, solitudinem, castitatem, paupertatem, & obedientiam: habet armaturam fortium, id est, exempla omnium Sanctorum Patrum, qui magis ex-

parte perfectionem monasticam conluerunt. An non tales cernimus Basilium, Antonium, Hieronymum, Augustinum, Benedictum, & Bernardû? an non multos insignes Martyres, fortes Confessores, & illustres Virgines? Ad hæc turrim fabricandâ nemo temere accedere debet, nisi prius sederit, & computauerit sumptus, qui necessarij sunt, explorâdo proprias vires, & periculû faciendõ, an tantû habeat in bonis, vt perseuerare possit vique in finē. Propterea sanctè institutû est, vt annus vnus saltē probationis in fauorē tyronis Religiosi, & Religionis concessus, præcedat solennē votorû emissionem. In hac autē meditatione, non tantum homo respicere debet ad ea virtutum merita, quæ habet, vel ad naturam, vel proprias vires, sed ad Dei bonitatem, & Christi gratiâ, quâ amplè omnibus volētibus offert: plusque nobis polliceri possumus de eius liberalitate, & clementia, quàm metuere de nostra inconstantia. Sed vbi homo non potest sibi tantum polliceri, consultius est ante professionē, sine aliorum offensione, & proprio scrupulo exire, quâ post emissionem, vnde perpetuò cû angustia, & apostasię criminis suspitione, atq; cû aliorû scâdalo vitam degat. Nam de illo tunc verè dicitur, *Hic homo cepit ædificare, & nō potuit cõsummare;* siue verius, noluit consummare.

Proinde magnopere reprehendēdi veniunt, qui pueros, & puellas vix annos perfectæ discretionis, & vsum rationis habentes, ad inconsideratè vouendum & promittendum inducunt. Nam etsi cœlibatus præstator sit matrimonio, & vita Religiosa, quâ vita communis: hæc tamen talia, & tanta onera nullus nisi sponte sua & vltro propter Deum subire debet. Grauiſsimè etiam peccant parentes; qui filios suos, & filias per vim detrudunt in monasteria, & blâditijs ad profitendâ Religionē, quâ non intelligunt, compellunt: ex quo multa scandala in Religionibus oriuntur. Et cum id quod promittunt, postea non præstant, in causa est vt Hæretici insaniant; & doceant fieri non posse,

Eam turrim Religionis cõstruere volentes, sedendo quomodo sumptus necessarios computabunt, ad perficiendum.

Sumptus illi quales erunt.

10

In eos, qui pueros & puellas necdum discernendi perfectam habentes aetatem ad vouendû compellunt.

Qui parētes etiam filios, & filias ad Religionem profitendâ compellunt, quâro se scelerè obstringant.

Q 2 quæ

Quam inep- te hæretici colligant, ideo quod Evangelica comina ple- riq; nõ præ- stant, im- pof- sibilita esse propterea.

II

Religiosæ viæ turrim incepta nõ contumnan- tes, quos pa- riantur illu- fores.

Eiusmodi homines per- fectè illudè tur quando.

Luc. 13. Psal. 24.

12

Episcopatus turri compa- racur multis de causis.

In Lupis qui signentur.

Cant. 1. Infra. 7.

quæ in professione promittuntur. Sed profectò, ex eo non rectè colligi- tur, propterea factu esse impossibile, quòd multi non faciunt: quin potius rectius ratiocinamur: Hæc quæ promif- sa sunt, nonnulli faciunt, ergo possibi- lia factu esse deprehenduntur. Funda- mentum eius turris ponitur per solè- nium votorum emissionem.

Incipiunt illudere dæmones, qui omnes nostros actus obseruant, & de nostris malis gratulantur: & illudunt etiam per alios homines, quos susci- tant, & dicunt, Hic homo cepit ædifica- re: quasi dicant, debuit se agnoscere hominem, & nõ tentantè opera supra vires suas. Turris enim ædificium in- choatum, nec dũ perfectum, inhabi- tari nõ valet, nec ad quicquam est vti- le, nisi vt sit spectaculũ pretereunti- bus, & argumentũ derisionis. Perfi- cietur autè hæc illusio in inferno, vt Propheta sperans se euasurum eius- modi derisionem, dicat: Deus meus, in- te confido, non erubescam. Neq; irri- deant me inimici mei. Hæc est turris il- la Siloë, quæ cecidit super illos decè & octo viros, & cõpresit eos, vel po- tius ipsi, qui de turri decidetes, interi- tũ eternum, & illusionem incurrunt.

Tertia turris perfectionis iam com- paratè, & in alios effundendæ est, cu- ra pastoralis, siue, Episcopatus: atque hæc representata est in turri in medio vineæ constructæ. Quid enim aliud est Episcopus, aut, domus pastoris, quàm asyllum quoddam, & ciuitas re- fugij, ad quam se recipiãt omnes, qui ignorantie doctrinæ Dei tenentur, aut peccatorum onere grauantur, aut paupertate spiritali, aut temporali premuntur? Pastoris est se turrim ag- noscere, & patrociniũ, & tutelam omnibus exhibere. Debet altitudine charitatis, & sanctitatis reliquos præ- cellere, & in ea, quasi in turri specu- lari qui veniant, & qui egredian- tur. Debet arcere lupos, & alias be- stias ad deuastandam vineam ingre- dientes, id est, hæreticos, & falsa do- gmata disseminantes, ne dici de illo possit: Posuerunt me custodem in vi- neis, vineam meam non custodiu. In libro Canticosũ, collum, nasus, &

vbera Sponsæ, turri comparantur: Collum, inquit, tuum, sicut turris e- burnea. Prælati enim collum est: quia vt collum cætera membra cum capite coniungit, ita fideles, qui mem- bra sunt Christi, per Pastorem suũ, quem iubentur audire, coniunguntur Christo. Et comparatur turri, ebur- neæ, ob candorem, & fortitudinem castitatis internæ, & externæ. Rursus ibidè dicitur: Nasus tuus, sicut turris Li- bani, quæ respicit contra Damascum: quia pastor debet vim habere dis- cernendi foetidum, & tetrum odo- rem hæresis, & peccati, à suauis, & odorifero Fidei, & virtutis. Et de- bet esse turris Libani, quæ interpreta- tur thus, siue incensi, quia debet for- tis esse in oratione, quæ sicut incen- sum dirigitur in conspectu Dèi. De- bet respicere contra Damascum, quæ interpretatur sanguinis sacc, siue po- culum, id est, contra dæmones, & eo- rum præcipuos ministros: præsertim hæreticos, qui sanguinem animarũ si- tiunt, & sanguinem Christi, quo em- pti sunt, perdere moluntur. Rursus dicitur: Vbera mea sicut turris: quia pa- stores non debent carere lacte con- solationis quod filiis præbeant, in- star Pauli, qui dicebat: Tanquam par- uulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Debet autem duo vbera habere Episcopus, & quiuis pastor: alterũ quidè, quo præsentis remissio- ne peccatorum, & gratia Dei filios consoletur; alterũ, quo spevitæ æfer- nę eos alit. Et vtrumque vber debet esse vt turris, quæ cœlum pertin- gat: quia Diuina gratia, & vitæ æter- nę gloria de cœlo sunt, & fortissi- mos quosque illa dona habentes red- dunt.

Episcopi verò in aulis Principũ ne- glecto grege habitantes, cõuuijs, cra- pula, aleæ, & venationi vacantes, vel fructus Episcopatus ad ditandos, & il- lustrandos consanguineos conuertè- tes, pauperibus Christi, quibus verè debebatur, defraudatis, profectò tur- rim, non Dominicã, sed Babylonicã construunt, qua confusionem æternã sibi ipsis atq; suis parant. Ad hanc turrim fabricandã debet, quifq; sedes

Episcopus, & quiuis pa- stor, quare collum sit.

Idem vt fir- turris ebur- neæ, & turris Libani.

Turris Liba- ni quid so- net. Psal. 140.

Damascus etiam quid, & respectus turris Liba- ni cõtra Da- mascum.

Cant. 8. Vbera Epif- copi cur sint sicut turris. 1. Cor. 3.

Pastoris siue Episcopi v- bera duo quæ nã sint.

13

Turrim non Dominicã, sed Babylonicã Epif- copi, & pa- stores quicõ- struant.

Idem vt fir- turris ebur- neæ, & turris Libani.

Turrim epif- copatus, pa- storis ve ecclesiastici ædificantes, quemadmo- dum sedeãt ad sumptus computados ædificij ne- cessarios. Ioan. 10. Heb. 5. Num. 17.

Episcopi qui similes Phæ- rontis.

Quid Epif- copi promit- tant in con- secratione sua.

Apoc. 2.

computare sumptus necessarios, ante quam tâto oneri humeros supponat: nisi enim singularem sacrarũ litera- rum cognitionè quis nactus sit, & vir- tutũ habitus profundè radicos, san- ctitatemq; vitæ, & orationis donum possideat, periculo manifesto se expo- nit. Nec hæc quidè satis sunt, nisi ad- sit legitima, & Diuina vocatio, vt per ostiũ ingrediatur, & nõ aliunde: Nemo enim sibi assumit hunc honorè, neq; se illo dignũ arbitrari debet, nisi qui voca- tur à Deo, tanquã Aarõ. Propterea dili- genter animaduertant, qui ad altiores gradus Ecclesię cõscendunt, ne phi- lantia in suis viribus ponderãdis deci- piãtur, ne vbi semel Episcopatũ acce- ptauerint, gubernationis animarũ ig- nari, instar cuiusdã Phaëtonis, cur- rũ paternum regere nescientis, se & oues suas præcipitè, ac perdãt. Agno- scant præterea quid in consecratione promittãt, quòd ad prædicandũ po- pulo suo mittãtur, & ad residentiam fructuosam in Ecclesijs suis seruandã lege teneãtur: deniq; ad omnia officia boni pastoris ouibus suis præstã- da obstringãtur: & quod fastigiũ est, sibi salutè cõstare nõ posse, nisi alios, quantum in se est, saluos fecerint: què- admodum neq; nauta saluus fieri potest, nisi nauim tẽpestatibus agitãtã, quã regit, industria sua, & fortitudine seruaerit. Quifq; ergo prius sedens sumptus cõputet, partes bono Epi- scopo necessarias, an sibi insint, medi- tãdo, ne postquã posuerit sudamẽtũ, officiũ pastoris amplectẽdo, & conse- crationè acceptãdo, deprehẽdat se po- steã imperitũ, & ad regẽdas habenas ineptũ: ita vt turrim cõptã perficere nõ valẽs, vel gradu per vim dei cian- tur, vt ille, cui Dñs cõminatur: Venio tibi, & mouebo candelabrũ tuũ de loco suo, nisi penitentia egeris, aut ipse spõ- te, & cõsciẽtia stimulatè, Ecclesiã suã deserat, & ludibrio, & oculis aliorũ se exponat, qui illudetes dicant, Hic homo cepit ædificare, & nõ potuit cõ- summare. Vẽ ergo promouentibus pueros, qui vix nouerũt se ipsos rege- re, aut sacrarũ rerũ imperitos, aut hæ- resis crimine, vel alijs scãdalis flagi- tijs contaminatos. Et hæc satis de

prima parabola. Sequitur secũda: Aut quis Rex iturº cõ- mittere bellũ aduersus aliũ Regẽ, nõ se- des priº cogitat, si possit cũ decẽ millibº occurrere ei, qui cũ viginti millibº venit ad se? Alioquin adhuc illo lögè agẽte, le- gationẽ mittẽs, rogat ea quæ pacis sunt. Admonet quidã, Dñm has parabolas dixisse, vt prius homines explorèt vi- res suas, quã munus edificãdi alios su- scipiãt, vt sacerdotij, & Episcopatus, & videãt an possint resistere hostibº, tã domesticis, quã externis, tam pro- prijs, quã eorũ, quos susceperint de- fendẽdos, & instituẽdos. Quas para- bolas rectè, & immediate sequitur illa- fals, quã Doctoribus, & Episcopis no- uimus cõuenire. Vt ergo prior para- bola ad contẽplationis perfectionẽ, ita hæc posterior Regis eũtis in bellũ, ad actionis excellentiã spectat. Nã vt olim Iudæi simul muros Hierusalẽ al- tera manu cõstruebant, & altera gla- diũ ad pugnã tenebãt, ita fideles om- nes, sed præcipue qui perfectionis ar- tẽ profitetur, sic debet virtutũ opera ædificare, vt sibi sciãt esse certandũ cum internis vitiorum affectibus, & interdũ cum externis aliorum pecca- tis reselandis: ita vt magna ratione has duas parabolas, ædificãtis, & bel- lantis, Christus coniunxerit. Duplex autem potest esse huius parabolę sen- sus. Primus, vt Rex veniens cum vi- ginti millibus, mundus sit cum ei- us principe Satana, qui duplicata potentia vrget hominem statum per- fectioris iustitiæ profiteri volentem, vt non solũ datã in professione con- siliorum fidem perfringat, verũ etiã alia quæ communiter cõctis sunt in- terdicta, transgrediatur. Debet ergo Rex iste, qui habet decẽ millia (quifq; enim natura Regulus est, gratia ve- rò Rex, & vt violentus regnum cœ- lorum capere debet) sobriè & quie- tẽ expendere, an possit illi cum illo numero occurrere: & si non potest, rogat pacem, consentiens ex parte cum mundo, nec se obligare ad con- silia, sed tantũ admittere præce- pta communia. Et ita Cassianus li- bro de spiritu Phylargyrice inter- pretatur. Hic cum decem millibus,

14 Parabola Re- gis volentis committere bellum cum alio Rege, quorsum tẽ- dat secundũ aliquos.

2. Esd. 4. Iudæi, olim muros Hierusalẽ vna manu edificãtes, & al- tera gladiũ tenetes quid præfigura- rent.

Huius para- bolæ Regi bellantis pri- mus sensus de mundo.

Matt. 11.

Cass. lib. 7. De spiritu phylargy- ric. c. 15.

ille cum viginti millibus describitur: quia amplior virtutum nos impugnantium numerus est, quam virtutum pro nobis dimicantium. Rufus duplicato exercitu aggreditur Sathanas Episcopatus, siue pastoris officium acceptantem, ut non solum salutem eius periculo exponat, sed etiam totius populi sibi commissi iacturam faciat. Iam prudentis viri est diligenter explorare, antequam ad pastorem se assumi permittat, an possit fortiter Sathanæ, & mundo resistere; & se ipsum cum suo grege saluum facere. Sin vero in bonis tantum non habeat, nec tanta fortitudine præstet, legationem mittit, humiliter deprecans eos qui eius promotionem vident, ut excusatum habeant onus subire detrectantem: & satius esse ducit pacifice viuere, & se ipsum seruare, quam se cum Ecclesia commissa perdere.

Alter sensus accommodatior videtur, ut Rex veniens cum viginti millibus, sit Dominus Iesus, verus Rex Israël, & Rex Iudæorum, qui cum pro nobis posuerit animam, ac propterea viginti millia expenderit, debitores nos constituit tantum pededi. Qui ob id dicitur contra nos venire, exposcens à nobis, ut paræ gratiam, & perfectiorē vitam aggrediamur, qui status est decem millium: nec enim possumus habere viginti millia, sicut ipse. Omnis enim nostra perfectio minor est sua: nam omnia nostra sua sunt: & habet præterea quædam propria, in quibus partem non habemus. Iterum duplicato numero venit, qui omnia fecit ex charitate Patris, & in charitate hominis, & nihil nobis debebat, nos autem omnia debemus, & non solum ex charitate, sed ex debito facere obstringimur. Debemus ergo prius pensare, an valeamus statum perfectionis aggredi, quem gratus animus postulat. Quod si non valeamus, sapienter rogabimus pacem, legationem mittentes, ut dimittat nos permanere in statu communi: & ipse faciet, aut si non fecerit, præstabit vires ad perficiendum, quod ipse voluerit.

Et concludit Dominus: Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus

quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Epiparabola est, siue prædictarum parabolarum fructus. Et applicatio obscura videtur, quoniam id quod dicitur in parabolis faciendum volentis edificare, vel exire in pugnam, ne pe supputare sumptus, non conueniat, vel similitudinem habeat cum eo quod concludit, id est, renuntiare omnibus quæ possidet: præsertim cum à principio proposuerit odium parentum, & amicorum, & crucem baiulandam, & voluerit probare illa per parabolas adductas. Quomodo ergo nunc infert renuntiationem omnium bonorum, quæ quisque possidet? Sed dicendum, illud, Sic, significare non solum parabolarum applicationem, sed etiam illius odij amicorum, & baiulandæ crucis explicationem. Satis enim se ostendit odisse amicos, & animam suam, qui renuntiat omnibus quæ possidet, & cum Petro dicit: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Ille ergo non potest esse verus discipulus Christi, quod est turrimus edificare, & occurrere Regi venienti contra nos, nisi cum actu, vel saltem affectu omnibus quæ possidet, renuntiauerit: quod est parare expensas tuis, erigendæ, & habere decem millia, quibus occurrat Regi contra se venienti: Et hoc est, quia nemo potest duobus dominis seruire, hoc est, diuitijs, amicis, & consanguineis, & C. H. R. I. S. T. O, in aliquo perfectionis acquirentem, vel acquirendæ statu. Nam requirit totum hominem, & indivisam curam pastoralis, secundum illud, Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Vita etiam regularis, & perfecta, hominem nudum non tantum parentibus, & diuitijs, sed etiam omnibus carnis, & seculi huius affectibus renuntiantem, requirit.

Aduerte autem, ex his verbis præuicte intellectis Vvicleffum hæreticum voluisse, ut omnes sacerdotes, & clerici, omnibus bonis renuntiant, & in summa paupertate viuerent: at Imperator Iulianus ex his verbis colligebat, omnes virtuosos, quæ sunt fideles, & re ipsa ad

Illud: Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, quomodo cum superioribus congruat.

Matt. 19. Renuntiat omnibus quæ possidet, ut quis.

Matt. 7. Duobus dominis seruire, quid.

2. Tim. 2.

17 Vvicleffus & apostata Iulianus in hunc locum de abdicatione rerum, duo inter se contra dogmata confutatur.

pau-

Grego. Nazian. Concil. Constantien.

Quos dedecet vita Mendicantium.

Chryf. homil. 86. in Matth. post med. aliqua tom. 2. Iudæi quosdam milia leuitarum alerent præter laico. Ab illis qui degenerauerant tempore B. Chryfostomi.

Matth. 19.

Idem homil. 15. in priorem ad Timotheum. alquanto ante medium tom. 4.

paupertatem colendam obstringi, ut insinuat Gregorius Nazianzenus oratione. i. inuictina in Iulianum: & sessione 8. Concilij Constantiensis datur hic decimus articulus Ioã. Vvicleffi: Contra Scripturam sacram est, quod viri Ecclesiastici habeant possessiones. Sed utrumque falsum est, & à Fide Catholica alienum dogma. Nam clericos, & sacerdotes, siue Episcopos, non decet mendicorum fordida vitam agere, & Episcopos ad pauperes alendos, & Ecclesiam suam honestè gubernandam, decet esse diuites administratos, & dispensatores: soli religiosi ad paupertatem quam promittunt seruandam, voti lege tenentur. Quod si producas testimonium Chryfostomi in Mattheum, dicentis: Veniat in mentem vobis, octo millia Leuitarum Iudæos alere solitos fuisse, & cum his viduas, & parvulis orbos, præterea muneribus, & tributis subiectos, mibitæ quoque operam dedisse: nunc autem agros, domos, locationes, vehicula, equos, mulos, multaque alia huiusmodi propter vos, & vestram crudelitatem Ecclesia possidet: Oportebat enim hunc Ecclesiam, thesaurum vos retinere, ac Ecclesiam, non paruos ex vestra deuotione consequi fructus. Modò autem duo quedam mala committuntur. Nam & vos quasi nihil dare debeatis, nihil conferitis: & Dei sacerdotes à sacerdotio aliena tractant. Annon poterant etiam tempore Apostolorum domus, & agrum Ecclesia possidere? Cuius igitur rei gratia vendentes pecuniam offerebant? Quia multo melius erat profectò. Et infra illud Evangelicū: Vade, ac vende universa quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me, opportunè nunc ad Ecclesiam præfides, propter latas Ecclesiarum possessiones, & merito dici potest. Non enim sequi Christum aliter possumus, nisi omnis secularis curæ simus expertes. Nunc vero, prohi dolor, vindemæ, ac messi, Dei sacerdotes, & venditioni, ac emptioni fructuum assistent, &c. Idem in priorem ad Timotheum: Oportet, inquit, Doctoribus necessarium fructum affatim ministrari, ne deficiant, neque soluantur, neque ministeris occupatis, magis se ipsos, atque aliorum

priuent, ut spiritualia operentur, nullam secularium habentes rationem. Et infra: Ego Ecclesie præfules, audenter dixerim, nil præter victum, ac vestitum habere oportere, ne ad ista trahantur desiderio. Sed certe Chryfostomus his verbis non damnat in clericis diuitiarum possessiones, sed causam potius, ob quam Episcopi diuitias administrare cogentur, quæ erat diuitum incontinentia, & crudelitas, qui ut se subducerent à molesta cura prouidendi, & distribuendi necessaria quotidianis vobis clericorum, constituerant præsidibus certa prædia, ac villas, eosque adegerant, ut ex eis sibi ipsis, & pauperibus prospicerent: quod merito reprehendit hic Doctor, quia clerici compellebantur ob curam temporalium spirituales, & sacerdotales functiones dimittere: sicut etiam olim Apostoli coquesti sunt: Non est equum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis: Secundò, non obstat Hieronymus in libello de vita clericorum, & sacerdotum, ad Nepotianum, sub initium dicens: Clericus qui Christi seruit Ecclesie, interpretetur, primò vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim clericos Græcè, fors Latine appellatur: propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus fors, id est, pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit, Dominus pars hereditatis meæ, nihil extra Dominum habere potest. Quod si qui partem aliam habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia: si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus, Dominus pars eius fieri non dignabitur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter cetera tribus, sed quasi Leuita, & Sacerdos, ni uero decimis, & alteri seruiens, alteri oblatione sustentor: habens victum, & vestitum, his contentus ero, & nudam Crucem nudus sequar. Hactenus Hieronymus.

Quæsit mēs Chryfostomi, in clericis diuitiarum possessiones damnantis.

Act. 6. B. Hieronymus, tom. 1.

Clericus quid sonet teste Hieronymo.

Psal. 15.

Deut. 32.

1. Cor. 9.

1. Tim. 6.

Cui

B. Thom. 2. 2. q. 85. tom. 11. p. 2. Quibus clericis Hieronymus dixerit, debere esse sola decimarum oblatione contentos. Alter sensus verborum Hieronymi.

Cui respondet B. Thomas, Hieronymus non hec pronuntiasse aduersus clericos, qui diuitiarum possessione recte vtuntur, sed contra eos, qui illa abutuntur, ita diuitijs inhærendo, vt pietatis studium, ac Dei cultum negligant, cum spiritualium cura prior, ac potior esse deberet in Episcopis. Sunt etiam qui Hieronymum putant illis verbis non præceptum, sed consilium clericis exhibuisse, & conatum clericos in eam partem inflectere, vt nil possiderent, quo saltem in medio consistenter, more eorum, qui extrema exigunt, vt mediocria impetrent: & sequens eorum exemplum, qui arborem in læuam partem inflexam in dextram violenter detorquent, vt ipsa sponte sua ad medium, id est, ad rectam spiritus proceritatem reuertatur.

18 Matth. 5. Ad quid similitudo nunc quoque falsis inducitur.

Subdit autem Dominus tertiam parabolam: Bonum est sal: si autem sal quoque euauerit, in quo condietur? neque in terram, neque in sterquilinum utile est sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. Adiunxit Dominus hanc coronidem de sale, cuius vsus est communis & familiaris, vt per eam intelligamus, sermonem habuisse de Doctoribus, & Episcopis, de quibus alibi dixit, Vos estis sal terræ, &c. Et ne de sale ipso tantum putarent esse sermonem, adiecit: Qui habet aures audiendi, audiat, id est, intelligat me metaphoricè de sale spirituali, hoc est, de profitentibus perfectioris iustitiæ statum sermonem habere. Illi enim quasi sal quidam sunt, omnem doctrinæ Christianæ cibum, & Sacramentorum, atque adeo infulfos, & insipientes condies, & putredinem omnem, siue fœtorem peccatorum in suo exemplo resicans, atque præstringens.

ibidem. Quid est: Quia habet aures audiendi, audiat.

19 Bonum sal quando. Matth. 5.

Bonum est sal: id est, bona res, & utilis est sal, si vigorem habeat: quod si euauerit, vigorem suum salendi amittendo, perditum, nec recuperare vim suam valet, nec vilius vsus sit, nec in terram, nec in sterquilinum utile sit projici, in quod tamen omnia corrupta projiciuntur, vt tantum superflua ab hominibus conculcanda.

Quod si fortè hic sal spiritualis ab acrimonia sua excidat, & à virtute salendi, cum superiores non habeant à quibus condiantur, vel si habent, non sinant se condiri: tales profectò neque terræ, neque sterquilinio sunt vtilis: id est, neque bonis, neque malis adiumentum adferunt: atque adeo neque sibi ipsis vtilis sunt, sed digni qui mittantur foras, id est, priuentur officio, quod administrant, vel Religionem deserant quam profitentur: & tanquam apostatæ digito ostendantur, & voce Evangelica illudantur, Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare. Rursus, vt vtrique retrocedentes, & ad bona seculi que dimiserant, aspicientes, & aspirantes, cum vxore Loth in statuam salis conuertatur, & deplorandum sui casus omnibus videntibus spectaculum reddat. Omnes igitur constanter viam Dei, quam ingressi sumus, perficere contendamus, & ad destinatum brauium supernæ vocationis consummandum Christi gratia, & fauore nitentes, perseueranter aspiremus, scientes, solos perseuerantes coronari à Domino Iesu, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honor, gloria, & imperium in perpetuis seculis, Amen.

Sal spiritualis quando neque terræ neque sterquilinio vtilis existat.

Idem sal vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Gen. 19.

Philip. 3.

Perseuerantia sola conuatur.

TRACTATUS XXV.

In parabolam pastoris habentis centum oves, & vnus ex illis perditæ. Et habetur Matth. 18. & Luc. 15.

Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam que perierat, donec inueniat eam?

Primo loco præmittere oportet, bis à Domino fuisse propositam hanc parabolam, semel apud discipulos Matth. 18.

Christi mo.

Luc. 19.

Supra. 15.

Proposita parabola quem ad finem alibi, hic verò ad quem fuerit inducitur.

Christi, cum Dei, cum hominis propter quid.

2 Duplex difficultas proponitur.

cum tractaret de non contemnendis pusillis, quorum Angeli semper vident faciem Patris, qui in cœlis est. Venit enim Filius hominis saluare, quod perierat. Et tunc subdit: Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oves, &c. Deinde verò coram Pharisæis de eius misericordia murmurantibus, quod cum peccatoribus manducaret, & biberet, eandem replicauit: sed nouum non est, vnam & eandem veritatem pluribus locis; & diuersis negotijs patrocinari: sed Apostolis quidem illam protulit, vt ostenderet; quanto studio, & amoris magnitudine salutem hominum sitiret; hic verò vt Pharisæorum obreptantium ora cõprimeret. Et volui hoc loco magis eam edisserere, quàm in priori Matthæi; quia tractata hic simul cum alijs duabus ad eundem scopum diuersis magis illustrabitur. Quod vt magis intelligamus, & scopum, quod tendat, coniectemus, prælibanda sunt que paulò ante illam beatus Lucas enarrat: Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens, Quis ex vobis homo, &c. Continet ergo hoc Euangelium morem quendam Domini Iesu, qui non tantum ei secundum humanitatem, sed etiam secundum Diuinitatem maximè conuenit, videlicet benignè, & clementer extipiendi peccatores ad se redeuntes: quem cum Pharisæi, & Scribæ non intelligerent, & propterea reprehenderent, ostendit Dominus cum ratione: & iustitia esse conuenientem tribus propositis parabolis, quæ omnes vno cursu, & sine interruptione à Domino pronuntiatæ fuerunt: nempe pastoris habentis centum oves, & vnus amissæ; mulieris sapientis habentis decem arachnas, & vnus ex illis perditæ; & parentis habentis duos filios, quorum iunior abiens in regionem longinquam, & tamen tediens ad parentem, magno cum gaudio exceptus est: & alterius. Dux autem dubia circa hæc verba occurrunt. Alterum est, quomodo

peccatores ad Iesum appropinquent, cum scriptum sit: Longè à peccatoribus salus: &, Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo? Secundò, quomodo veniebant vt audirent eum, cum non factis sit audire, & Paulus asserat: Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Ad primum dicendum, quod etsi peccator, vt peccator est, possit adire Iesum eo animo vt capiat eum in sermone, vel vt delectetur sermone suo, & signis quæ edebat, vel vt vtilitatem aliquam corpoream accipiat, vt panem, & corporis salutem, & similia: ceterum bene ad Iesum accedere, non est peccatoris, vt talis est, quemadmodum nec tenebrarum est accedere ad lumè, vel frigoris ad calorem, vel infirmitatis ad salutem, sed potius peccatoris est ad similem sibi peccatorem tendere. Quod ergo peccatores venirent ad Iesum, Dei trahentis erat, qui bonam naturam, & à se cõditam, per spiritualem quandam suauitatem, & internam dulcedinem, iuuantibus Angelis, & ipsa lenocinante humanitate ad Iesum inuitabat. Appropinquabat ergo peccatores Deo per pœnitentiã, & Christus eis appropinquabat per gratiam, secundum illud: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: & rursus: Pœnitentiã agite, appropinquabit enim Regnum cœlorum: quia pœnitentibus offertur gratia Regni cœlorum: quemadmodum si accesseris ad imaginem speculo representatam, eo magis ad te accedit imago, si recesseris, elongatur. Est enim Deus speculum sine macula. Ad hæc, vt naus quò magis accedit ad littus, eo magis litus nauis appropinquat: ita peccator per pœnitentiã ad Deum accedit, & eo Deus fit illi propinquior. Appropinquat autem peccator ad Deum, per similitudinẽ quandam cognitionis, & amoris impressam. Vt enim ferrum quando est frigidum, cum alio calido ferro vniri non potest, nec ad id appropinquare valet, ita vt fiat vnum: cum autem vtrumque calidum est, facile ex duobus fit vnum: ita homo per peccatum frigidus, cum Deo vniri non potest:

Psal. 118. Psal. 90.

Rom. 2.

Cum longè sit à peccatoribus salus, quomodo peccatores appropinquabant ad Iesum.

Quare peccatores venirent ad Iesum, & quomodo.

Iaco. 4. Matth. 4.

Primum exemplum peccatoris Deo appropinquantis.

Sap. 7.

Secundum.

Tertium.

Qua ratione homo peccator cum Deo possit coniungi.

1. Cor. 6. Augusti. in Psal. 34. cō- cione 2. to- mo. 8. Deo appro- pinquare quid, & rece- dere ab eo.

3 Cū factores legis, nō au- ditores iusti sint apud Deū, cur isti ad Iesum au- diendū dicū- tur appropin- quasse.

Rom. 2. Matth. 22. Supra. 9. Luc. 19. Supra. 7. Quo animo i sti peccato- res ad Iesum audiendum accefferunt.

Marc. 3. Qualis mens esse debeat verbum Dei audire volē- tis Ephes. 6. Sap. 1.

Qua ratione in maleuolā animā non introeat sa- pientia.

Luc. 11. Rom. 10. Pharisei vn- de, & Scribæ murmurauē- rint, quod Christus re- ciperet pec- catore, & quā ini que.

at si per pœnitentiam peccatorū, quæ dilectionem continet, incalescat, faci- lè Deo coniungetur, iuxta illud: Qui adhaeret Domino, vnus spiritus est, cum eo scilicet. Atque in hunc modū scri- bit Augustin' in Psalmos: Neq; enim, fratres, Deo qui vbiq; est, & nullo con- tinetur loco, aut per loca propinqua- mus, ut per loca ab eo remouemur. Propinquare illi, est similè illi fieri: recede- re ab illo, dissimilem illi fieri. Nonne cum vides duas res propè similes, dicis, Propinquat hæc illi: & quando tibi dis- similia demonstrantur, quamuis vno lo- co, & plerunque vna manu teneantur, dicis, Longè est hæc species ab illa. Ha- ctenus Augustinus.

Ad secundum, dicendum, peccato- res venisse ad audiendum Iesum. nō ob curiositatem alendam, vt multi, nec ob malitiam, vt caperent eum in sermone, quemadmodum Pharisei, sed vt audirēt ad salutem, & in neces- sarijs obedirent, vt exemplum Mat- thæi, Zachæi, peccatrici, & aliorum ostendit. Nam Zachæus ex rapinis, & vsuris viuebat, & pauperum sanguinè audis hauriebat; tamen cognito Chri- sto, dimidium bonorum suorum tra- didit pauperibus, & defraudatis qua- druplum. Matthæus ex publicano A- postolus factus est, & Euangelista: nā recto animo audiendi verbum Dei accedebāt; & propterea verbum Dei in illis fructum edebat. Quemadmo- dum enim vagina proportionem, & mensuram habere debet ad gladium quem vestit, ita ad gladium spiritus, quod est verbum Dei, quod rectum est, vaginam animæ, rectamq; inten- tionē afferre oportet: & vt gladius rectus non intrat in curuam vaginā, Sic in maleuolam animam non introi- bit sapientia. Et quanquam non satis sit ad salutem verbum Dei audire, quia scriptum est: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: tamen initium salutis est audire: ex quo Fi- des, vt docet Apostolus, concipitur. Et murmurabant Pharisei, & Scribæ. Ex inuidia proficiscebatur hæc mur- muratio: inuidorum enim est bonis detrahere, dum putant se solos sal- uos, & alios omnes peccatores. Et ad

ratione alienum est, medico indigna- ri infirmos, quos sanauerat suscipien- ti. Murmurabant ergo reprehenden- tes in eo, quod summè erat laudan- dum, & prædicandum. Deinde con- sidera morem falsæ iustitiæ, quæ, vt tradit Magnus Gregorius, dedigna- tionem habet aduersus peccatorem, non compassionem: contra quam ait Dominus per Prophetam: Quod infir- mum fuit, non consolidasti, & quod egrotum, non sanasti: quod confractū est, non alligasti, & quod abiectum est, non reduxisti, & quod perierat, non quesistis. Dicentes, Quia hic peccato- res recipit, & māducat cum illis. Vetus est hæc querela, nam apud Ezechielē dicitur: Non est æqua via Domini. Qua si Messias esset venturus ad profligā- dos peccatores: & tamen Dominus ostendit vias illorum prauas esse, suā autem viam rectam esse, qua recipit peccatores resipiscentes, vt hîc fecit. Quod si objicias: Hac spe lactati pec- catores, peccata peccatis adijciēt. Sed nondum cum exercitu veniebat Do- minus vt vlturus rebelles, vt secundò veniet ad iudicium, sed vt nūtius Re- gis denuntiantis vindictam, nisi infra certum tempus pœnitentiam agerēt. Hanc calumniam Phariseorum de- scribunt Matthæus, Marcus, ac Lu- cas. Cæterum videtur quod iusta es- set querela. Quemadmodum, si Rex relictis sapientibus, & illustribus vi- ris, cum contemptilibus rusticis, vel cum imperitis, & criminosis conuer- saretur: cum tamen melior sit vnus ti- mens Deum, quàm mille filij impij: & Paulus ait: Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini cum fornicarijs, &c. Respondemus, communicare cū pec- catore, vt eum in peccato foueat, & sustineat, vel vt vtatur peccato eius, & ad vitium trahatur, pessimum est: quemadmodum fouere ægritudinē ægri, vel eam incautè contrahere, vel sinere se trahi ab existente in fossa, vel cum scandalo, & specie mali cum alijs versari. Cū autem talis quis est, vt non polluat macula aliena, sed potius id agit, vt alterum à macula cō- tracta purget, & sine scandalo, vel ali- qua mali specie cum eo conuiuit, pro-

Grego. ho- mil. 34. su- per Euan- gelia. tom 2. Falsæ iusti- tiæ ingenti, ex Gregorio Ezech. 34.

Supra. 18. Scribarū, & Phariseorū qualis hæc querela de Christo: Quia hic pec- catores reci- pit, & mādu- cat cū illis.

Cum indul- gentia vitio- rū soleat ef- se fomētum cur peccato- res recipie- bat Dominus Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

Eccli. 16.

1. Cor. 5.

2. Theff. 3. Cōmunicare cū peccato- re quādo virtuosum sit, & quādo lau- dabile.

4 Christum & potuisse, & debuisse pec- catores reci- pere, & man- ducare cum illis. Secunda ra- tio.

Tertia ratio

Luc. 7. Ioan. 4. & seqq. Infra. 8. Luc. 15. & seqq. Versari cum peccatorib; tantū debeat quis.

Actio vnde fiat secundū Philoso- phos. Homo homi- ni quid de- beat.

Rom. 12. Ezech. 3.

Hierem. 15.

5 Quam sæ- pe Christus de receptu peccatorum & consuetu- dine cū illis se sepurga- uerit. Matth. 9. Ofc. 6.

fectò bene facit, & charitatem Euan- gelicam profitetur.

Christus autem peccata non foue- bat, sed naturam bonam cōtra ea mu- niebat, quemadmodum Medicus na- turam in morbum firmat: sed nec pec- care poterat, sicut nec Sol fordibus nostris contaminatur. Adhęc, de tan- to & tali Propheta non poterat esse su- spicio scandali ob eius cum peccato- ribus consuetudinem. Contra Phari- sæi naturam dedignabantur, nec si in vitio esset aliquo, curabant. Nec tan- tūm Christus, quatenus homo est, fo- uet peccatores vt resipiscat, verū e- tiam dulcedine spiritus, & blanditijs quibusdam allicit interdum plūsqūa quosdam iustos, vt constat in Pecca- trice, in Samaritana, in Adultera, in iu- niore filio Prodigio, cui reuertenti splendidum cōuiuium exhibetur: ita vt videatur Christus diligere odio ha- bentes se, & odio habere diligentes se. Non ergo cum peccatoribus ver- sari debet, nisi qui in bono, & virtu- te fortior est, quàm alij in peccato, & malo sint fortes: nam à virtute maio- ris proportionis fit actio, vt tradunt Philosophi. Ita enim mali bonos non inficiunt: imò boni aliqui bonitatis impriment in malis, vt Dominus Ie- sus faciebat. Quod si ex officio suo homo debet errantes querere, vt eos in viam reducat, ad hoc vt confirma- tor sit in bono ad id præstādum, præ- cipuum debet, vt vincat in bono ma- lum, iuxta illud Prophetæ di- ctum: Ecce dedi faciem tuam va- lentiorē faciebus eorum, & frontem tuam duriorē frontibus eorum. Vt a- damantem, & vt silicem dedi faciē tuā: ne timeas eos, neque metuas à facie eo- rum. Et Hieremias: Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem, & bellabunt aduersum te, & nō præualebunt. Cū autem Dominus pluries sit accusatus quod apud peccatores di- uerteret, varijs modis se excusauit, se- mel enim dixit, quod male habentes medico egent, & miseri misericordia, quæ præferenda est sacrificio, cui va-

cabant Pharisei, & quod ad id pecu- liariter missus fuerat: propterea dixit, Non veni vocare iustos, id est, eos qui verè iusti sunt, vel vos qui non estis verè iusti, & sani, vt ironicè vocauerit eos iustos. Sed nunc alia ratione se ni- titur excusare tribus similitudinibus, vt dixi: quarum duę partes conclude- re videntur per locum siue argumen- tum ductum à fortiori. Quia si ouicu- la perdita, & drachma amissa, datur opera vt inueniatur: ergo multo ma- gis pro homine miserè perduto solici- ti esse debemus. Quemadmodum & alibi argumentatus est: Si asinus, aut bos in Sabbato à fouea, vel puteo ex- trahitur: ergo multo magis curandus est homo. Patet igitur ex his omni- bus, scopum harum parabolarum ef- se, docere nos benignitatem Dei, & blāditias, quibus peccatores ad se red- eunt excipere solet.

Etsi autem quidam interpretētur, in prima hac parabola explicari quo- modò se habeat Dominus ad homi- nes, & ad Angelos: ita enim docet B. Ambrosius, qui ait: Diues pastor, cuius omnes nos centesima portio sumus, ha- bet Angelorum, habet Archangelorum, Dominationum, Potestatum, Thronorū, aliorumq; innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit. Hęc ille. Idem tradit Theophylactus, naturam nimi- rum humanam in proportione nume- ri ad Angelicam, se habere vt vnum ad nonaginta nouem. Nouenarius e- tiam numerus proprius Angelorum esse videtur: numerantur enim no- uem ordines, seu Chori in tribus Hie- rarchijs constituti: Nec mirū tantum- numerum cœlestium spirituum desi- gnari per nonaginta nouem, vt vnitas tantum supersit, ad denotandum ge- nus humanum, quod in vnica tantum specie constitutum est: Angelorum verò species innumeræ sunt, & indi- uidorum numerus penè infinitus, vt ait Dionysius. Tamen etsi hæc doctè, & acutè dicantur, minis tamè huic loco quadrare videntur, vbi tan- tum fit comparatio iustorum ad pec- catores, cum quibus, & non cum iu- stis videbatur Christus conuersari. Atque ita si quis per nonaginta nouē

Christus quos nō ve- nerit voca- re iustos.

Luc. 14.

6 De ouibus 99. & vna perdita, quid senserint Patres qui sequun- tur.

B. Ambros. li. 7. in Lu- cam. c. 27. tom. 5. Theophyl.

Nonagena- rius numerus cur Angelis attribuitur.

Dionys. A- reop. li. de cœle. Hie- rar. c. 14.

Eum solum esse anagogicum, non literalem, ex multis ostenditur.

Luc. 15. & seqq. Secundum argumentum

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

7 Sensus literalis, seu cortex parabole pastoris proposita.

8 Quis ille pastor sit.

Per centum oves qui signentur. Ezech. 34. Psal. 94.

Quis una que perdit, que verò nonaginta novem in deserto reliquit.

exponeret Angelos, anagogicum potius esset, quam literę consonum: scopus enim Domini est, iustos cum peccatoribus cõferre. Quod primò aperte constat ex parabola duorum filiorum, senioris, & junioris, in qua sermo est ad literã de iustis, & iniustis. Secundo idem colligitur ex eo quod in utraq; parabola congratulatio pastoris de inuenta ovis, & mulieris de inuenta drachma cum vicinis, & amicis, proculdubio intelligenda est cõ celestibus illis spiritibus siue Angelis: & ideo per nonaginta novem oves, vel novem drachmas non possunt intelligi. Tertio, quia manifestè Dominus in epiparabola per nonaginta novem explicat se loqui de iustis, qui non indigent pœnitentia, & non de Angelis. Quarto, Angelus, & homo non sunt eiusdem speciei, sed longè diuerse, ut non possimus simul oves, & drachmã cum illis connumerari. Proinde his rationibus, ut euictũ, & exploratum relinquo, ad anagogiam potius, quam ad literã spectare, quod quidam ex Patribus per nonaginta novem oves, & per novem drachmas Angelos intellexerunt.

Ad literam, siue corticem perpende, quod similitudo ponitur de pastore habente centum oves, quarũ una perijt. Si fuissent tantum decem, non esset tantus amor pro decima, sicut pro ceteris. Fingitur pastor dimittere nonaginta novem oves sub custode, ne illæ pereant: & quis potest errare, & potest imponi super humeros: & magnum est pastorem gaudere de una: quod de viginti, vel de decem non esset adeò mirandum.

Iam sensum præcipuum expendamus. Homo iste Christum significat, viribus fortem, & sapientia prudentem, & pro ouibus suis laborantem, ut mores habeant suę naturę consonos, id est, ouibus conformes. Per centum oves, homines iusti, & peccatores ob numerum perfectum designantur: de quibus Propheta, Vos autem greges mei, greges pascuę meę homines estis; & ego Dominus Deus vester. Et David; Et nos populus pascuę eius, & oves manus eius. Per unam ovem amif-

sam intellige peccatores, qui in oculis Dei parũ sunt: & in aversione peccati conveniunt, etiam si in conversione ad bona huius seculi, & mutatione obnoxia discernantur. Nonaginta novem verò, iustos significant, siue ficti iustos, qui per ironiam iusti dicuntur. Sed quia hi ficti pauci sunt, & plus perdit, quam alij, nec de eis est verum, Fili, tu semper mecum es, ideo sincerior videtur expositio, ut per nonaginta novem intelligamus veros iustos, sed mediocres, & nõ ita spiritu dulci affectos, quia cum non admiserint crimina, vel delicta, suę iustitię sorte contenti, non amplius esuriunt aut sitiunt iustitiã: nõ vasis plenis stat oleum Divinę misericordię, de quibus Paulus ait: Iam saturati estis, iam divites facti estis: sine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus. Tales enim quia opera perfectionis, aut supererogationis non edunt, meritò privilegijs carent. ¶ Et si perdidit unam ex illis. Aduerte, quod ovis, etsi perdit sit, non tamen ex negligentia vigilantissimi pastoris: Non enim dormitabit neque dormiet qui custodit Israël: sed ex culpa propria ovis perditio oritur iuxta illud: Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisq; in viam suam declinavit. Et Psaltes, Erravi sicut ovis quæ perijt: quære seruum tuum. Rursus, Perditio tua Israël: tantummodò in me auxiliium tuum. Et potius homo Deũ amisisse dici potest: cui infinitum est dænum. Ille autem etsi nos omnes peramus, nihil perdit. Pastor tamen hic adeò bonus est, ut celet iniquitates ovis, & in se eius culpa transferat. Ut enim pater de filio quem summè diligit (nõ sua culpa interfecto, vel mortuo) ait, Perdidit filium: ita ex charitate Christus dicitur perdidisse. Sed sibi imputat Dominus, quia acsi perdidisset, luit pœnas: Quæ non rapui, inquit, tunc exolvebam: & rursus, Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex ijs perijt, nisi filius perditionis. & postea cõprehensus est Dominus, & Apostoli servati, refert Euāgelista impletũ verbũ Dñi: Quia quos dedisti mihi, non perdidit ex eis quendam.

Luc. 15.

Alter sensus probabilior de ouib; 99. in deserto relicis.

I. Cor. 4.

Ovis à quo sit illa una perdit.

Psal. 120.

Isa. 53.

Psal. 118. Ose. 13.

Christus ut perdidit ovem.

Psal. 68. Ioan. 17.

Infra. 18.

Dimittit

9 Quid est, Christũ dimittere oves 99. in deserto.

2. Pet. 2.

Heb. 2.

In quo deserto relicte sint oves nonaginta novem Angelorum. Psal. 105. Quomodo Christus venit ad perditam ovem.

Cum omnia sint nuda & aperta oculis Dei, quæ ratione Christus ovem amissam, aut drachmã inquit?

Heb. 4.

Isa. 59.

Matth. 7. Quare nos Deus quando.

Quis quæ sita à pastore quid faciat.

Psal. 118.

Dimittit nonaginta novem in deserto. Dicitur iustos dimittere, quia non præstat gustum, & alacritatem spiritus dictis iustis, sed ferventibus tantum, & à licitis etiam se abstinētibus. Et quia præfert pœnitentem peccato rem istis. quantum ad gustum; non possunt intelligi Angeli, qui summa beatitudine perfruuntur. Qui verò de Angelis hoc exponunt, dicunt reliquisse nonaginta novem in deserto: quia Angelis peccantibus nõ pepercit, quemadmodũ hominis misertus est, & reliquit naturam Angelicam, quã non assumpsit: Nusquam enim Angelos apprehendit; sed semen Abrahę apprehendit. Et Angelos dicitur reliquisse in deserto, id est, in abyssu dicitatis deserto à dæmonibus, & à malis hominibus pro nihilo habentibus terram desiderabilem. Quod si propter hominem peccatorem reliquit Angelos, quid mirum si dictos iustos etiam relinquat? Et vadit ad illam quæ perierat. Perfectionem instituit hominis factus tanquam viator, quantum ad meritum: & per se, & per suos, quantum ad meriti applicationem. Et quia ovis perierat, opus fuit illam reficere, ac reparare: quod hic per verbum Invenire expressit, innuens nomen beneficij. ¶ Donec inveniatur eam. Quid opus est, ut quærat errantem ovem; aut drachmam perditam, cum omnia sint in oculis eius aperta? Respondeo: Deus peccatores oculis amoris nõ videt: nam peccata inter nos, & ipsum diuidunt, ut testatur Propheta, & iniquis dicit, Non novi vos. Quærit ergo nos, cum afflictionibus, vel prædicationibus, vel blanditijs hoc agit, ut à peccatis, quibus tegebamur, faciat nos discedere, ut ita alacer, & placatus videat nos. Sed quid faciat ovis quæ quæritur à pastore? Potest extollere vocem, si putat se à pastore audiri: ut ille, qui dicebat: Erravi sicut ovis quæ perijt: quære seruum tuũ; vel audita pastoris respondere, & in viam illam exurgere, ubi sit. Potest item inuenta non refugere, & sinere se humeris pastoris imponi. Significatur autem his verbis perseverantia quærendi. Et diuerfas oves varijs in

locis quæ sunt: superbos in montibus altissimis saltitantes: avaros, ingrediens per spinas & sentes: voluptati carnis vacantes, in lutum, & aquas opus fuit intrare, ut eos recuperaret. Præterea pro ouibus opus fuit pugnare cum lupis inferni aduersantibus, & oves in faucibus ad devorandum habentibus: quemadmodum David in figura Christi dicebat: Passcebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequabar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum. Et Amos Propheta: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculę; sic eruetur filij Israël qui habitant in Samaria. Duo crura videntur intellectus veritatis, & affectus bonitatis: extremum auriculę, auditus est obedientiæ, qua Deum ut pastorem oportet audire. Et ut illa tria testantur quale pecus sit devoratum à lupo: ita per hæc cognoscitur quales animas Satanas devoret, & quanto affectu bonus pastor Iesus eas de ore eius eripiat. Et ita invenit ovem errantem in arbore Crucis, quod attinet ad meritũ; iuxta applicationem verò, dum iustificat. Cum enim homo seipsum invenierit, & ad cor redierit, pastor dicitur eum invenire.

Et cum inveniatur eam, imponit in humeros suos gaudens. Eguimus ad redemptionem Deitate simul, & humanitate, quasi humeris. Et si enim dicitur in singulari: Factus est principatus super humerum eius, quia sola humanitas crucem sustulit: per humerum tamen interpretari possumus Deitatem, quæ tanquam humerus quidam, supposito tamen panno, siue veste humanitatis, onera peccatorum nostrorum portavit. Et rectè dicitur factus principatus super humerum eius, Isaiã teste; cum aliorum potestas sit innixa in humero alieno: Non est enim potestas nisi à Deo, & vis eius, ac robur in exercitu situm est. Et ut in alia parabola Samaritanus hominem in via semiivium relictum imposuit iumento suo, ita in hac pastor ovem errantem. Quod sub alia me-

Pastor ille quæ & quanta pro ovem inveniendâ pertulerit.

I. Reg. 17.

Amos 3.

Duo crura apud Propheetam mysticè quid.

Ioan. 10.

Quando Christus invenit ovem errantem.

IO Idè in quos imposuit humeros ovem errantem.

Isa. 9.

Expenditur illud Propheetæ de Messia: Et factus est principatus eius super humerũ eius.

Rom. 13. Luc. 10.

R taphora

Isa. 40. taphora dixerat Isaias, loquens de Meisia: *Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit; fœtas ipse portabit.* Gratia præueniens designatur in brachio congregante: gratia spiritualis consolationis, in sinu quo fouet: gratia subleuans, & mitigans tentationem, in portatione. Et in alio loco: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas: & asumpsit eum, atq; portauit in humeris suis.* Et iterum alius Propheta: *Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & nescierunt quod curarem eos.* Vides igitur quot modis in Scriptura hoc portationis beneficium nobis describatur? vt nos aliquando discamus vicissim ferre Dominum, & seruare præceptum Apostoli: *Empti estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Et vt humeris gestamus torques aureos in ornamentum; ita Christus nos super humeros gestat, vt tanta præda diratus, & ornatus appareat coram Patre. Et naturam quidem nostram imposuit super deitatem, & hypostasin Verbi in incarnatione; graue autem, & onerosum eius, id est, peccata; quod ad causam generalem, & meritum attinet; in corpore suo super lignum Crucis expianda portauit: *Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Vbi præ grauitate oneris caput inclinauit. *Vere enim languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Circa effectum verò præsentem tunc portat; quando consolatione sua nos subleuat, & quasi magnes ad se trahit: ita vt dicamus, *In tribulatione dilatasti mihi.* Et rursus, *Omnia possum in eo, qui me confortat: & iterum, Non sunt condignæ passionibus huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Et ipse dicit, *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Portat autem oues actu, sicut caput membra, fundamentum lapides, & vitis palmites; dum influit gratiam, & gloriam: Sed imperfectius portat peccatores, perfectius iustos, multo

adhuc perfectius animas beatitudine iam remuneratas, perfectissime verò animas beatas corporibus suis per resurrectionem ad vitam coniunctas. Et vide quanta sit dignitas esse super humeros Iesu portantis omnia verbo virtutis suæ, & quanta sit exaltatio. Qui autem non finit se capiti, timens dolorem ex comprehensione pastoris, hoc est, modicum laborem propter Christum, erit scabellum pedum eius, & de inimicis, quos conculcabit: capieturq; in æternum cruciandus ab iniquo illo pastore; seu lupo, id est, Lucifero, qui noluit pascua gloriæ. Et quantus, & quam lamentabilis casus est nolentis in humeris Christi permanere, sed inde se præcipitantis: necessum enim est, vt hic sibi crura, & caput confringat. Et tandem euadere Dei iustitiam erit impossibile.

Quod verò dicitur, gaudens, non repugnat his quæ ipse dixit instante morte: *Tristis est anima mea usque ad mortem: & Transseat à me calix iste: & rursus, Et sustinui qui simul contristaretur, & non inueni.* Nam etsi passio peccata, & molestiam sensui attulerit; tamen secundum portionem superiorum considerantem Dei gloriam, fructum animarum, & exaltationem sui nominis, voluntaria, & delectabilis fuit. Hinc dictum est: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et Apostolus: *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem, conusione contempta.*

Et veniens domum, conuocat amicos, & vicinos, dicens illis, *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.* Domus hæc, cœlum est Empyreum, in quod per Ascensionem Christus peruenit, prædam sanctorum Patrum secum aduehens: nam eius merito in cœlum ascenderunt, iuxta illud: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem.* Est etiam Ecclesia Militas domus eius, in qua Christus ouem errantem adducit, vt intro ducat in ouile, & tradat eam pastoribus suis gubernandam, vt in ea exuat scabiem peccati, & exuat mores lupinos, & per sacramenta applicetur sibi Christi merita.

Heb. 1.

A Christo pastore quæ ouis non vult capi, quæ lupum non effugiet.

Psal. 109.

II

Christus si imposuit in humeros suos gaudes ouem errantem, cur dixit, Tristis est anima mea usque ad mortem?

Matth. 26. Ibidem. Psal. 68.

Qua ratione Christi passio et iocunda, & delectabilis extiterit.

Isa. 53.

Heb. 12.

12

In quam domum veniens pastor cum oue perditâ, inuitat amicos ad congratulandum sibi.

Psal. 67.

Ephef. 4. Alter sensus.

Con=

13

Amicos, & vicinos quos conuocat pastor ille.

81

Psal. 81. Heb. 1. A Christo pastore quæ ouis non vult capi, quæ lupum non effugiet.

Sensus alter de amicis, & vicinis congratulantibus de oue perditâ.

Qualè erga nos Deus gerat dilectionis affectum.

Congratulari sibi amicos ob ouem perditam inuentam cur Dominus velit.

Rom. 5.

Qualè gaudium illud sit teste Propheeta.

Isa. 9.

14

Conuocat autem amicos, & vicinos; id est, Angelos Christi amicos, quia habent eam velle, & nolle eum eo. Vicini verò dicuntur, ob naturam Angelicam, quæ propinquior est Deo, quàm humana, & propterea dictum sit: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Angeli enim ante incarnationem, erant & ipsi oues Dei, & longè ab eo distantes: post incarnationem verò sunt amici, & vicini: licet non domestici Christi, quia sunt alterius speciei. Si autem per domum intelligamus Ecclesiam præsentem, per amicos, & vicinos intelligendi sunt perfecti viri, & pastores, qui locum Christi sustinent: quibus cura esse debet peccatorum reductio, & tam ipsi, quàm Angeli curare debent, & promouere reductarum ouium salutem. *Dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.* Græce est, *Congaudete.* Vbi annotandum est, Deum singulari dilectione nobis adde esse affectum, vt bona nostra sua esse existimet: quemadmodum malum perditionis nostræ in se transtulit. Et merito, vt sibi congaudeant amici, postulat: maius est enim gaudium Christo pro iniuria Dei per peccatorem inflicta, sed iam ablata, & pro Dei honore recuperata, quàm pro utilitate ouis, quanto maior est culpa, quàm poena. Docet etiam, pastoris esse, & non ouis laudem, si inueniatur. Ouis enim nullis suis meritis præcedentibus inueniri potest. *Cum enim inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius.* Hoc gaudium ouium errantium, & in caulas redeuntium, quod Christo, & Angelis, & pastoribus Ecclesiæ commune est, describit Isaias his verbis: *Letabuntur coram te, sicut qui letantur in mense: sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.* Soler enim magna, ineffabilisque letitia hominum consequi ad messem copiosam, & ad distribuenda spolia post partam victoriam. Hæc est congratulatio Apostolorum coram Christo, qui messores sunt; & duces militiæ Christianæ, de mundo ad fidem reducto.

Et ait, *Ouem meam*, quia semper

per habet ius ad illam fugiens. enim illa Dei misericordiam, incidit in iustitiam. Meam ergo duplici iure, tum quia conditam, tum quia labore meo, & meorum quæsitam, & inuentam. *Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia.* Explicatio est, & applicatio, siue fructus, & conclusio parabole. Et ait, *Dico vobis, scilicet Pharisis murmurantibus: nec enim locus est detrahendi, & murmurandi de opere: propter quod Angeli lætantur.* Quod verò ait, *Ita gaudium intelligendum est posituum pro comparatiuo, vt sit sensus, Maius gaudium erit in celo, quemadmodum Matthæus concludit, ait enim: Dico vobis quia gaudet super eam magis, quàm super nonaginta nouem, quæ non errauerunt.* Est enim Hebraismus peculiaris, posituum potere pro comparatiuo: vt, *Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus: & Beati qui non viderunt, & crediderunt; id est, Beatiore, quàm qui viderunt, & crediderunt.* Hic tria occurrunt dubia expendenda. Primum est, quare de bono nostro lætentur Angeli. Sed hoc facile est expedire. Agnoscunt enim Dominum suum de reparatione hominis maxime gaudere: lætantur etiam in Dei laudibus in æternum decantandis socios, & conseruos: reparamur eorum ruinæ, & eorum vacuæ sedes per salutem hominum implentur: cognoscunt peccatores ad Christum conuersos victoriam obtinere super principes tenebrarum, qui hostes sunt capitales Angelorum. Sic enim lætari solet exercitus, si milites alterius exercitus contrarij ad se se recipiant. Denique Angeli ministerij sui fructum cosequuntur, cum peccatores ad Christum redeunt; non secus atq; prædicator de fructu in animabus auditorum eius gaudere solet. *Sunt enim Angeli omnes, administratorij spiritus, in ministerio*

Quem suam cur vocet Dominus.

Opere de quo minime Pharisei murmurare debuerant.

Matth. 18.

Frequens Hebraismus.

Psal. 117.

Ioan. 20.

Quare debent non nostro lætentur Angeli.

Psal. 109.

Heb. 1.

R 2 rium

Quis iustus qui non indiget poenitentia. Eccle. 7. & alibi passim. Matth. 6.

Quare non egent poenitentia. 2. Paral. 36.

16. Quomodo verum sit maius esse gaudium de vno peccatore, quam de 99 iustis. Secunda ratio.

Ineptæ solutiones quorundam reijciuntur quaestio nis propositæ.

Eccle. 9. Illud: Melior est canis viuus Leone mortuo, quid significet.

17. Angelorum siue beatorum gaudium duplex, internum, & externum secundum Theologos.

rium missi propter eos, qui hereditate capiunt saluis.

Alterum dubium est, qui sunt isti, qui non indigent poenitentia; cum Scriptura dicat non esse iustum in terra qui non peccet, & qui precari non debeat? *Dimitte*, inquit, *nobis debita nostra*. Respondemus, Dominum loqui de his, qui in Scripturis dicuntur, & sunt iusti. Et dicuntur non indigere poenitentia, quia in statu salutis constituti, non egent status mutatione, quam tamen nomen poenitentia includit, nec fali egent poenitentia, quali illi qui ex professo sunt peccatores: Deus enim iustorum, non posuit poenitentiam iustis Abraham, Isaac, & Iacob, vt docet Manasses Rex in oratione sua.

Postremum dubium est, quomodo verum sit, maius esse gaudium de vno peccatore, quam de nonaginta noue iustis? Nam quia facti Angeli nec errare, nec falli possunt, de maiori bono magis gaudent: & bonum innocentia præstantius est & melius quam poenitentia. Ad hæc, nonaginta noue iusti maiore gaudij præbent materiam, quam peccator vnus conuersus. Nec euadere potest quis, exponendo de vno peccatore verè conuerso maius esse gaudium, quam de nonaginta noue iustis æstimatione sua: quia, si verum amamus, isti non sunt verè iusti, & tales potius indigent poenitentia. Neque videtur fieri comparatio calidi cum frigidis, ita vt maius sit gaudium de vno feruenter conuerso, quam de nonaginta noue tepidis, & frigidè conuersis, iuxta illud Salomonis: *Melior est canis viuus Leone mortuo*: hoc est, peccator poenitentia, & vigilantia feruens, quam iustus otiosus & tepidus. Sed videtur quod sermo Iesu veros iustos, & iustitie cultores conferat cum peccatore.

Dicendum ergo est, duplex esse gaudium beatorum, siue Angelorum: alterum essentiale, quod in visione Dei, & fruitione consistit: quod semper est æquale, nec augeri potest, aut minui. Aliud gaudium est, quod Theologi vocant accidentarium, quod est de bono creato, atque hoc adesse, & abesse, intendi & remitti potest.

Cum enim beati præditi sint charitate erga proximos, inconueniens videtur, si non gauderent, cum bona nos operari cerneret, vel cum animas in ætherum ascendentes conspicerent.

Deinde præmittendum, quod status innocentia simpliciter excellentior est statu poenitentia: nam status ille entis est perfectissimi, id est, Dei, cuius impolluta virginitas, & Christi innocentissimi, qui peccatum non fecit, & sanctissime Matris eius, quæ immaculata permansit: personæ tamen quæ in illis statibus inveniuntur, habent se vt excedentes, & excessu. Nam quem admodum, etsi virginitas præstet, matrimonio, multi tamen coniugati, qui busdam virginibus sunt sanctiores: ita quauis innocentia excellat poenitentia, quidam tamen poenitentes multos innocentes, etiam ipsum Iob, qui peccatum lethale nunquam admisit, à quibusdam existimatur, vincunt etiam pueros innocentes, & plurimos Angelos.

His præmissis, ad propositum dubium dicendum, in primis maius esse gaudium apud Angelos de reparatione hominis post lapsum, quam de conseruatione totius multitudinis Angelicæ: quia opus reparationis maiorem arguit Dei virtutem, & potentiam, quia maius est impium iustificare, quam pium seruare. Maiorem etiam ostendit sapientiam, & misericordiam Dei, incarnatio Christi, & passio: natura enim humana eleuata est ad vniõnem hypostaticam, quod non habet Angelica. Quiuis etiam peccator, vt saluus fiat, & reparatur, tota Christi incarnatione, & morte indiget.

Secundò dici potest, quod maius sit gaudium Dei erga iustos, & innocentes: quia maior Dei bonitas in pluribus iustis, quam in vno apparet. Veruntamen in peccatoris conuersione accidit noui gaudij materia, quæ non est in priori: & amissum recuperare, gaudium nouum deputat. Vnde in parabola parentis habentis duos filios, dicit pater seniori, *Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt*: id est, non indiges conuiuio, nec noui gaudij ma-

18. Innocentia status per se cur excedat statum poenitentia. Isa. 53. 1. Petri. 2.

Mira Iob innocentia.

19. Explicatur superius propositæ solutionis difficultatis de maiori gaudio de vno peccatore, quam de 99 iustis.

20. Secunda solutio.

Luc. 15.

21. Aug. li. 8. confess. c. 3. initio. tom. 1. prope initium. Quod sit maius gaudium, de salute ne desperare animæ, an de ea, cuius fuit aliqua spes, teste Augustino.

22. Prima ratio cur Deus, Angelusque plus gaudeat de vno peccatore, quam de 99 iustis, qui non indigent poenitentia. Secunda ratio.

Tertia ratio

teriam præstas. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

B. Augustinus libro Confessionum interrogat, quod sit maius gaudium, de salute desperatæ animæ, an de ea, cuius fuit aliqua spes? Et respondet quod proculdubio de ea, cuius nulla fuit spes. Quemadmodum Imperator triumphans, tanto plus gaudet, quanto fuit in maiori periculo: & nauis post magnam tempestatem maius gaudium concipit, quo plus timuit: ægrotus, & ad sanitatem restitutus magis gaudet, quam nunquam infirmatus. Edendi, & bibendi voluptas nulla est, nisi præcedat esuriendi, & sitiendi molestia. Pauctæ quoque sponse non statim viris suis traduntur, ne vileni habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsum dilatam. Et vbique maius gaudium molestia maior præcedit. In hunc sensum ille.

Non ergo Deus plus diligit vnã ouem recuperatam, quam nonaginta nouem saluas, sed quod homo id quod saluum habet, non deputat tanquam lucrum, nec habet quicquam noui quo excitetur in gaudium: at qui perditum inuenit, gaudet, quia denuo sibi lucrari videtur. Ad hæc, ille labor, quo res perditã inuenitur, chariorem, & pretiosorem apud inuenientem illam reddidit, quoniam magno constitit laboranti vsque ad sudorem, & sanguinem: & hoc est quod ille considerat, & nos ingrati obliuiscimur. Adde, quod difficilius est & rarius peccatorem in bonum conuerti, quam bonum in virtute feruari, sicut difficilius est pauperem ditari, & infirmum sanari, quam in semel partis diuitijs, & sanitate habita conseruari. Non ergo est amor maior, sed maius gaudium de re inuenta, quam de re non perditã: quia illam præcessit dolor. Præfertur siquidem miles è bello primò quidem turpiter fugiens, postea verò ad se rediens occurrat inimicis, eisque vulnera infligens, militi nec fugienti, nec ferienti: & terra producens primò spinas, & postea triticum, quæ ager neutrum pro-

ducens: vt docet in homilia huius Euangelij B. Gregorius. Satagamus ergo, vt tanquam oues nos comprehendere à pastore sinamus, nec amplius audiamus fictam vocem Lupi, sed potius intra caulas Ecclesiæ, & vigilantia tanti pastoris custodiri nos permittam, vt humeris pastoris nostri Christi vcti, in domum eternæ gloriæ ingredi promereamur, præstante eodem Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto detur omnis honor, gloria, & imperium, in seculum seculorum, Amen.

TRACTATUS XXVI.

In parabolam mulieris decem drachmas habentis, & vnã illarum amissam inuenientis: quæ habetur tantum apud Lucam Cap. 15.

AVT Quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmã vnã, non ne accendit lucernam, & euerit domum, & querit diligenter, donec inueniat eam? &c.

Non est quod diu immoremur in scopo declarando, cum in præcedenti parabola à nobis explicatus sit. Contendit enim, peccatores benigne & blandè esse excipiendos, & fauoribus quibusdam peculiaribus adiuuandos, vt cum Deo reconciliantur, quos iustis dare non solet. Nominem enim ouis, siue drachmæ perditæ, iustus baptizatus, & in peccatum pro lapsus significatur: tum quia si ouis perditã est, intra ouile Ecclesiæ prius erat: infidelis autem, & nondum baptizatus extra est: tum quia ait, si perdidit vnã ex illis: ergo pastor illam prius habuit in bonis suis, &

Greg. homil. 34. in Euangelia tom. 2.

Finis huius parabola quis.

Nomine ouis, siue drachmæ perditæ quis significetur.

Baptismi, & Pœnitentiæ diuersa conditio.

Nouatiano rum olim, & nûc Lutheranorum de pœnitentiæ dogmata inter se pugnantia.

Lapsis post Baptismum, lo cum esse pœnitentiæ, ostenditur Di uinis Scrip turis.

2. Reg. 12. 2. Paral. 26.

Ezech. 18. Infra. 33. Luc. 7.

Infra. 19. Supra. 18. Matth. 26.

1. Timot. 1. & 1. Cor. 15.

Qualis Pœnitentiæ, qua lis vero sit status Baptis mi.

Qualis Pœnitentiæ, qua lis vero sit status Baptis mi.

Drachma quæ vox sit, eius pretii. Denarius uero de dictus.

per baptismum possederat. Est ergo sermo de iustis, qui à gratia excide runt, & postea per Ecclesiam recon ciliantur: ita tamè, quòd aliquid plus patiantur in hoc pacto reconciliatio nis, quàm cum primò per Baptismum inferti sunt in Christum. Nouatiani enim Baptismi stipulationem, & Dei iustitiam considerantes, lapsi recon ciliationis gratiam negandam esse as seruerunt. Alij autem per contra rium tempore Cypriani agentes, & nostro seculo Lutherani, hominis fragilitatem, & procliuatatem ad ma lum, Dei què misericordiam, & Chri sti sanguinem inspicientes, parè m prorsus, & eandem gratiam, & eò dem modo, communicari in pœnitenti a, sicut in Baptismo, opinati sunt. Sed regia via incedit Ecclesia, & ve ritatem hanc, ut conspicuam & illu stre m tradit, hominè à gratia Dei in peccatum prolapsò, locum esse pœ nitentiæ, non solum in Veteri Testa mento, ut Dauidis, & Manassis Regis exempla docent, & uerba Ezechielis expresse tradunt, sed etiam in Nouo; quemadmodum exempla Peccatricis, Zachæi publicani, Petri negantis, & Pauli persequentis historiæ demò strant, & parabolæ multè apertissimè euincunt, sed præsertim præcedenti tractatu exposita; & præsens hæc, & quæ hanc consequetur de Filio iu niori ex longinqua regione redeun ti. Hoc enim ingens nostra fragilitas postulat, & immensa Dei misericor dia, atque clementia exigere uide tur. Deterris tamen contingit, & stri ctiori porta eget, qui per pœnitenti am reuertitur, quàm qui per Baptis mum primò ingressus est, quemad modum tabula accèpta, in litus ena tare difficilius est, quàm nauis ad illud peruenire. Propterea Dominus pecca toribus ad se uenientibus, de uitalò consolationis prospexit. Et hæc sint satis de scopo.

In cornice literæ aduerte, drach mam, ut alibi annotauimus, uocem esse Græcã, & continet paulò minus quàm quòd apud Romanos denarius. Porro denarius dictus est à decem li bris, siue a sibus, siue pondo cris, &

respondet monete nostri seculi Iulio Romano, aut Caroleno Neapolitano, qui continet decem baioccos, siue decem grana. Erat autem drachma, siue denarius, moneta argentea, quæ decima pars erat drachmæ aureæ, id est, ducati, siue scuti monete consue te: unde decem drachmæ, quemadmo dū decem Iulij, siue Caroleni, scutū si ue ducatum aureum nostrū efficiunt.

Deinde fingitur mulier perdidisse drachmā vnā. Mulier enim ob se xus fœminei imbecillitatem, & ani mum lucri cupidum, & laborem, & studium, quod in acquirendo ponit, pœnitentiæ uel paruæ & exiguæ iacturā gra uiter perferentiscit, & pecuniam di ligit, & dilectam conseruat: quemad modum pastor ouem, & pater filium diligit. Et fingitur accensa cadelā om nia loca obscura domus uerrendo, il lam inquisiuisse, ut sonum ederet me tallum scopis agitatam. Additur & congratulatio vicinarum, & amicarū: quia crescit gaudium, cum communi catur: quemadmodum decrescit tri stitia, cum alijs exposita est. Et iam nouerant amicæ & vicinæ amissionē drachmæ, ut sunt natura sua loquaces mulieres, & secreta sua facile in alias effundentes. Et hæc decortice.

Ut medullam & spiritum parabolæ allequāmur, primò constituendum, quòd mulier hæc, non propriè uide tur Dei prouidentia, sed potius Chri sti Humanitas. Et si enim Christus ad nos compositus caput nostrum sit, & pastor, & sponsus, & Pater futuri secu li, & uir; iuxta illud: Ecce uir oriens no men eius: tamen hoc loco potius uide tur Christi Humanitas: quæ ob te nerū amorè, quò cū peccatoribus cõ uersata est, & dolorè, què de perditis animabus pertulit; & quia patièdo nos parturiuit pro nobis debilitata, & infirmata, rectè mulieri assimilari ua let. Quatenus enim Verbo æterno cõ iuncta est, sponsa eius est, & mater no stra: alliciens etiā sua pulchritudine, & gratia, secundū illud: Ego mater pul chre dilectionis, & timoris; & agni tionis, & sanctæ spēs. In me gratia om nis illæ, & ueritatis, in me omnis spes uitæ; & uirtutis. Ac ob id signata in

Respondet monete nostri seculi Iulio Romano, aut Caroleno Neapolitano, qui continet decem baioccos, siue decem grana. Erat autem drachma, siue denarius, moneta argentea, quæ decima pars erat drachmæ aureæ, id est, ducati, siue scuti monete consue te: unde decem drachmæ, quemadmo dū decem Iulij, siue Caroleni, scutū si ue ducatum aureum nostrū efficiunt.

Drachma quid.

Quare mulier potius quam uir fingitur drachmam perdidisse.

Eadè vicinas & amicas cur conuocet ad congratulandū sibi de illa inuenta.

Mulieris ingenium.

Mulier habens drachmas decem, &c. quæ my sticè.

Isa. 9. Zacha. 6.

Baruch. 3.

Eccli. 24. Eadè in quibus mulieribus adūbrata fuerit.

Gen. 29.

Infra. 30.

5 Dedrachmis nouè, vnaq; amissa, quorundam opinio minus ap posita.

Luc. 15. & seq.

6 Alter sensus cõgruetior.

Iusti in drachma descri ptio.

Hiere. 32.

Hominis iusti pretium,

Drachma illa quæ per dita.

Rachele, quæ erat pulchra facie, & venusto aspectu: erat etiam fœcunda filijs, adūbrata in Lia.

Deinde aduerte, per nouem drachmas quosdam intelligere nouem Angelorum ordines, quorum nullus integer perijt; per decimam uerò drachmam, naturam Humanam, quæ tota perijt. Sed ut in superiori parabola admonuimus, non possunt intelli gi, nec per nonagintanouè oues, nec per nouem drachmas Angeli: quia cū eis est gratulatio, & nō sunt eiusdem speciei nobiscum: & homo, & Angelus non sunt filius iunior, & senior: quia in his tribus parabolis idem intelligendum est per drachmas decem, & centum oues, quod per filium iuniorem, id est, peccatorem, & filium seniore, id est, iustum: unde de hominibus peccatoribus & iustis erat sermo, de quibus & non de Angelis, explicauit in conclusione parabolam præcedentem.

Iustus ergo drachma non per dita est, non purè aurea, ut Angelus, sed in feriori metallo admixta: est enim, quod ad spiritum spectat, aurum, & alterius metalli, quod ad corpus atti net. Hæc uerò sanguine Christi, exuta ueterem hominem, ut ait quidam Pater, & eius doctrina imbuta, cuneū quasi nouum recepit: in quò ferrum est Humanitas; imago, & similitudo naturæ, Verbum: inscriptio, gratia est, secundum illud: Dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde corū scri bam eam. Quæ imago, & inscriptio quasi malleo crucis cuditur: nam me rita passionis hoc modo nobis appli cantur. Rotunditas uerò drachmæ, æternitas est animæ immortalis, & corporis suscitati. Et ita optima moneta euadit, qua Deus emit omnia, quia per iustum Dominus alios tra hit: est quæ; reponenda in cœlesti the sauro. Et tales drachmæ, erant Chri sti discipuli, & boni Iudæi, qui in Chri stum crediderunt. Perditā autem dra chmā, uel latronis dæmonis furto, uel negligentia ipsius drachmæ, quæ libertate prædita est, ut per se perire possit. Homo, est peccator recedens à gratia, in quò imago Dei puluere

terrenorum operitur, luto carnis inquinatur, & inscriptio Diuinæ gratiæ aboletur, pondus grauitatis imminutum per instabilitatem.

Et ait: Si perdidit drachmam vnā. Non quòd mulieris negligentia pe reat. Sed non perit sibi, cuius nō est, sed mulieri, cuius est, id est, Christo: sicut miles in bello plus perit Duci, quàm sibi. Nonne accendit lucernam. Per quam possumus intelligere, uel Ioannem Baptistam, de quo Prophe ta, Parauit Lucernā Christo meo; & Do minus, Ille erat lucerna ardens, & lu cens: hic enim in testimoniū uenit, ut testimoniū perhiberet de lumine, ut om nes crederent per illum: & consequen ter in eo intelliguntur omnes mini stri Noui Testamēti, quibus illud uer bum quadrat: Vos estis lux mudi. Vel per lucernam accensam ipsum Chri stum, cuius anima, elychniū est; corpus, testa, siue vitrum; gratia, oleum; ignis autē, uerbum æternū, uel uerbum prædicatū à Christo, igne Spiritus inflāmatū. Et euertit domū. Intellige do mū Israël, ad cuius oues curadas fuit missus: sicut per Apostolos mūdū cõ mouit. Euertit autem per se & per suos, commouendo domum etiam conscientiæ, incusso timore serui, ut docet Gregorius; ut ita per timorem ad dilectionem Dei præparetur. Græ cè legitur Καρὸν τὸν οὐρανὸν; id est, uerit totam domum. Verrere proprium est fœminarum: & pecunia minuta, cū amissa est, ita solet inueniri. Prædica tio Euangelica, dicitur sagera Græcè, & significat verriculum, quia uerit quicquid inuenit, & secū trahit. Erat enim uerbum Dei, seu prædicatione Euā gelij, uertere quoddā spirituale, quò domus conscientiæ purgabatur. Hinc Dominus dixit: Iā uos mundi estis pro pter sermonē quē loquutus sū uobis. Et ut scopa ex multis arbutis colligatis cõstat, ita prædicatione uerbi Euāgelici ex multis sententijs simul iunctis cor ipsum tangentibus, ut scopæ tollunt immunditias. Similiter uerbum Dei falsas opiniones de Deo, & eius pro uidentia, de animarum immortalita te, de fine nostro, & uia ad illum con sequendum tenenda, de honore, de

7 Mulier illa quam accendit lucernā ut inueniat drachmam perditam.

Psal. 131. Ioan. 5. Supra. 1.

Matt. 5. Alter sensus.

Tertius.

Infra. 15. Quæ euertit totam domū, & quomodo.

Greg. Hom. 34. in Euā gelia to. 2.

Sagera quid.

Ioan. 15.

Qualis Euā gelij prædicatione: eius est factus.

Drachmam
Christus per
ditam inue-
nerit quado.

Ioan. I.

Amici & vi-
cini qui cō
gratulentur
mulieri de
drachma qua
perdiderat
inuenta.

Dæmonis vn
de perditio.

Quare si gau-
dium coram
Angelis Dei
super vno
peccatore
pœnitentiã
agente.

diuitijs, & delitijs radicitus euellit. Et
quærit diligenter, donec inueniat eam?
Perseuerantia in quærendo designa-
tur. Inuenit autem; quando verbo
Dei cor tangente sonat drachma,
erumpunt lacrymæ, fit publica Chri-
sti confessio, & apparet vitæ prio-
ris commutatio. Cum ergo inue-
nit, perducit ad fidem, & ad iusti-
tiam. Et si autem homo vocationi Dei
assentiat; tamen quia nullis præce-
dentibus meritis ad donum reconci-
liationis venire potuit, propterea glo-
ria Dei est quod peccator ad Deum
redeat. Quando autem drachmam
inuenit, & inuentam apprehendit,
opus est manu terram tangere: Nam
& tunc *Verbum caro factum est*, &
nunc digito iterum scribit in terra,
dum legem charitatis infundit. Pur-
gatur ergo drachma, & reponitur
cum gaudio in sinu, ita vt amplius
terram non tangat. *Et cum inuene-
rit, conuocat amicas & vicinas, di-
cens, Congratulamini mihi, quia in-
ueni drachmam quam perdideram.*
Angeli qui pro nobis viriliter mini-
strant, amici dicuntur: tenerè autem
amantes, intelligentiæ amicæ sunt,
& per amicitiam Christi, & gratiam
seruatæ, vt quidam sentiunt: quem-
admodum dæmon odio habet Chri-
stum, fuit perditus. Et ait, Congra-
tulamini, siue congaudete mihi. Cō-
mune est gaudium beatorum om-
nium, & quiuis capit pro captu suo.
Et drachmam inuenit, quantum ad
meritum in resurrectione, & ascen-
sione Domini; peculiariter verò ap-
plicatio fit quotidie in conuersione
peccatoris, de quo est nouum &
speciale gaudium. Et concludit: *Ita,
dico vobis, gaudium erit coram Angelis
Dei super vno peccatore pœnitentiã
agente.* Adaptatio est parabolæ, & po-
sitium, vt supra monuimus, accipien-
dum est pro comparatiuo. Est autem
gaudium coram Angelis, quia vident
Patrem æternū gaudere, dum videt fi-
lium suum concipi contritione, par-
tu edi in lucem confessione, lactari
sanctæ vitæ conuersatione. Gaudet
Dominus Iesus de reformata imagi-
ne, de recuperato fratre, de membro

sanato, de fructu suæ passionis, &
mortis. Gaudet Spiritus sanctus de
reædificato templo, expulso inde idò
lo Dagon, de domo mundata, de vase
suo purgato. Gaudent Angeli de Dei
gloria illustrata, de reparata sua rui-
na, de fructu ministerij, & custodiæ
suæ, de consortio in glorificando Deo
in perpetuum. Gaudent beati homi-
nes de fratribus recuperatis, de fru-
ctu orationū suarum, de Christi glo-
ria dilatata. Gaudet boni viatores de
regno Christi amplificato, & de cha-
ritate communi, de qua dicitur: *Par-
ticeps ego sum omnium timentium te;
& custodientium mandata tua:* de fru-
ctu prædicandi, exhortandi, & sacrifi-
candi. Gaudet deniq; omnis creatura
de gaudio, & laude Creatoris, de mū-
di ordine restituto, ac dæmonum cō-
fusione. Et sicut gaudium est in cælo
super vno peccatore pœnitentiã agē-
te magis quàm super nonaginta nouē
iustis, ita maius gaudium est Angelis
diaboli super vno iusto, vel perfecto
peccante, & à iustitia elabente, quàm
super nonaginta nouē peccatoribus,
qui nunquam fuerunt in iustitia. Hinc
Spiritus sanctus ait: *Si præstes animæ
tuæ concupiscentias eius, faciet te in
gaudium inimicis tuis: & rursus, Qui
tribulant me, exultabunt, si motus fue-
ro.* In conuersione autem peccato-
ris, & Angeli, & Sancti in cælo, &
pij, & iusti in terra celebrant mul-
ta festa spiritualia: primum quidem
Natiuitatis, quia per contritionem
nascitur Christus in corde peccato-
ris, vel quia peccator nascitur filius
adoptionis per gratiam. Deinde fe-
stum Circumcisionis, quia cum do-
lore pœnitens resecat omnia super-
flua, & omnes prauas cupiditates
amputat. Tertiò, festum Præsenta-
tionis, quia per iustificationem homo
Deo offertur, atque præsentatur, qui
per peccatum ab eo longè aberat, iux-
ta illud: *Longe à peccatoribus salus,*
Quartò, festum Transfigurationis,
quia peccatoris facies splendet in-
tus per iustitiam, & foras vestimentū
bonæ conuersationis, & totus muta-
tur in virum alterum, vt possimus
dicere, *Hæc mutatio dextera Excelsi?*

1. Cor. 6.
1. Reg. 5.
& infra.
Psal. 109.
Psal. 118.
Quod gaudiū
sit angelis
diaboli.
Ecccl. 18.
Psal. 12.
Angeli, &
Beati omnes
de conuersio-
ne peccato-
ris quos agi-
tibus lætitiæ
dies.
Psal. 118.
Psal. 76.

Quin-

Exo. 14.

Rom. 6.

Ephes. 5.

4. Reg. 4.

Ioan. 4.

8

Vt sit maius
gaudium in
cælo devno
peccatore
pœnitentiã
agente, quã
de multis iu-
stis non ege-
ntibus pœni-
tentiã.

Quale illud
gaudium ma-
ius videri
etiam posset.

9

Predicte col-
lationis ratio
quadruplex,
& que nã il-
larum magis
cohæreat.

Quintò cōmemoratur festū Paschæ,
quia Dominus transit ad contritum
corde, parcēs naturæ bonæ, & Aegy-
ptios peccatorum in eo percutiēs, &
submergens. Rursus, festum Resurre-
ctionis, quia à morte peccati ad vitã
iustitiæ peccator virtute Dei excita-
tur, & exurgit ad vitam immortalem;
cum firma animi deliberatione am-
plius non peccandi: *Sicut Christus re-
surgens ex mortuis, iam non moritur,
mors illi ultra non dominabitur.* De
hac resurrectione ait Paulus: *Surge
qui dormis, & exurge à mortuis: & il-
luminabit te Christus.* Ad hæc, celebra-
tur festum Ascensionis: nam per pœ-
nitentiã ascendit peccator de pro-
fundo vitiorū barathro, quasi ab in-
feris, in sublime gratiæ, & virtutū, qua
si in cælum quoddam, siue in cælorū
regnum, quod Ecclesia est. Postremò
fit festum Pentecostes, propter rece-
ptionē Spiritus sancti, quæ septē ope-
rationes donorum: Spiritus in eo qui
pœnitentiã agit, operatur, quæ sunt
quasi septem oscitationes, quas puer
suscitatus ab Helisæo fecit: & signifi-
cantur in septima hora, qua filium Re-
guli reliquit febris.

Quomodo autem maius sit gaudiū
super vno peccatore, quã super mul-
tis iustis, superius explicatum est. Nō
enim loquitur hic de amore, ita vt di-
cat, Maior est amor, sed de gaudio,
quod de re perditã, & inuenta maius
esse solet, quàm de nunquam perditã.
Et vt mulier habens decē filios, quo-
rum vnus infirmatur ad mortem, de
vita illius magis redditur sollicita,
quàm de sanitate aliorum nouem: &
si contingat illum conualescere, & sa-
nitatem recuperare, maius quoddam,
& nouum gaudium percipit, quod de
alijs nouem non percipit; ita intelligē-
da est hæc maior Angelorum læti-
tia de conuersione peccatoris, quàm
de alijs iustis.

Cum igitur quatuor modis possit
intelligi hæc cōparatio: vt prima sit,
hominis ad Angelos, vt quidam vol-
lunt; vel peccatoris feruētis ad iustū,
fictum tamen; sed nō verum iustum,
nisi tantum in oculis suis, vt alij expo-
nunt; vel peccatoris cum feruore cō-

uersi ad iustum tepidum, vt B. Gre-
gorius interpretatur; vel deniq; pec-
catoris conuersi ad iustos; qui veram
iustitiã possident; & progressus in
ea faciunt: inde colligere possumus
præsenti parabolæ quatuor sensus:
præstat tamen meo iudicio vltima cō-
paratio, & vltimus sensus.

Rursus aduerte, quod etsi inoue,
& drachma, & filio iuniori abeunte in
regionem longinquam, peccatores de-
signentur: tamen quia ouis, & drachma
nihil habent, quo per se reuertantur,
propterea eos significat, qui nunquã
fidem suæ electionis habuerunt. Et fi-
lius iunior, qui consilio abiit in re-
gionem longinquam, & aliquando se
filiū fuisse, & domum paternam ag-
nouit, debuit per se reuerti, licet à pa-
tre illi occurrente adiumentū aliquod
acceperit. In oue ergo errante signifi-
catur is, qui per fragilitatem, vel sto-
liditatem offendit: in drachma verò,
quæ suo pondere cadit, videtur pec-
cati originalis grauitas designari,
quod suo pondere ad terram incli-
nat, secundum illud: *Quis me liberabit
de corpore mortis huius?* Ad hæc, pre-
tiosa quæq; exposita sunt furto, & de-
mon fur est, qui fraudulenter egit cū
primo homine: *fur enim non venit nisi
vt furetur, & mactet, & perdat.* Pro-
pterea rectè in drachma perditã adū-
brantur animæ pretiosæ, sed à dæmo-
ne seductæ, & quodammodo furto à
Domino sublata.

Magna ergo, & incomprehensa est
Dei bonitas, & munificentia, tãto stu-
dio, & diligentia peccatores, vt ad viã
reuertantur iustitiæ, vrgens, atq; soli-
cicans, & per Christum ad nos quæ-
rendos destinatum, quàm charam ha-
beat, & quàm pretiosam salutem no-
stram, ostendens. Quam rem vt ego
accōmodata quadã similitudine ex-
primam, attende: Si quis, verbī gratia,
in magna filua, amissa via, erraret, ille
quæ esset paupertas, & febris; vel le-
pra oppressus, & nocte præoccupatus
cogeretur nocte illa in nemore per-
manere, vbi certissimum sibi pericu-
lum, non solum à fame, frigore, & in-
firmitatibus, quibus premitur, sed etiã
à latronibus, & feris bestijs, quibus ille

B. Gregor.
hom. 34. in
Euangelia.

10
Quid ouis er-
rans, quid
drachma a-
missa elegan-
ter signifi-
cent.

Luc. 15.

Rom. 7.

Gen. 3.

Ioan. 10.

11

Eleganti si-
militudine
Diuinæ erga
nos charita-
tis magnitu-
do demon-
stratur.

locus

locus scateret, imminere cognosceret, in quantis ille animi angustijs versaretur: quàm se miserum, & infelicem clamaret? quos non gemitus, & lacrymas effunderet, diuinam opem implorans? Jam cogita, virum aliquem pietate & viribus intignem, magnam quandam faciem manu gestatam, quæ tenebras longè propelleret, illi misero, & infelici assistere, atq; illi dicere, Veni, & sequere me, ego noui viam, ego te saluum, & incolam educam, & in hospitium meum, vbi laeta, & splendida cœna mihi præparata est, te recipiam; proinde veni mecum, ego tibi face præbibo, ne vel ad lapidem, lutum, spinas ve impingere valeas. Quod si infirmus responderet, Et vnde mihi costare poterit, quòd tu hæc viam moueris? ille verò a portis rationibus comprobaret, viam illam sibi esse notissimam. Quòd si adhuc ille non acquiesceret, & replicaret, Etiam si tu viam noveris, quomodò sciam te viribus tantum posse, vt me saluum in hospitium perducas, cum hæc silua, & latronibus, & feris rabidis, quæ homines deuorare solent, referta sit: difficileq; sit te vnum hominem tot latronibus, aut feris posse resistere? profectò stultissimi, incòsiderati atq; inciuilissimi hominis esset hæc interrogatio. Nam qui præsens periculum, in quo solus versatur, negligit, & pericula futura, quæ imminere possunt, in comitatu alterius lumine, & armis muniti atq; instructi cogitare, & propterea responsat, stultus planè est, & rationis vsu destitutus. Ponamus tamen, virum illum fortem, qui cum face apparuit, tanta bonitate esse præditum, vt argumentis certis comprobaret se id facillè consequuturum, & sibi vires adesse, quibus etiam maiora possit efficere, si opus sit. Constituamus tertio, infirmum excusationes obtendere à magnitudine febris qua opprimitur, & à lepra qua afficitur: vir tamen fortis salutem illius pauperis, & infirmi faciens, promittat se eum breui tempore ab omni morbo liberaturum, modò illum sequi velit. Ponamus quarto, respondere infirmum, se pedibus consistere non posse, & se

malle potius ibi perire, quàm in illius comitatu iter, quod in silua est, absolueret. Si iam vir fortis tanta bonitatis, & charitatis esset, vt offerat se illum humeris suis gestaturum, & ex nemoribus periculo erepturum: postremo infirmus in respondendo pergat, & dicat nequaquam quod à se petitur, prestiturum, nisi mille auri talenta sibi enumerentur: quis hic se contineat à risu? iure enim debebat infirmus mille aurea talenta (si tantum in bonis habuisset) illi pendere, vt eum vel comitem viæ haberet, & tutum deduceret. Verùm fingamus ita se rem habuisse, vt vir ille bonus, eam summam certò numerandum polliceatur, atq; ita tandem illa cedens, & insidens collo, & humeris eius, & lepræ contagio illum inficiens, gestari se permittat ab eo, qui tandem illum saluum, & incolumem in hospitium perduceret, vbi cura omni infirmitate ad cœnam leuata reciperetur, & promissam auri summam acciperet: quis non hæc exclamaret, & laudibus celebraret, atq; commendaret viri illius fortis charitatem, irreprehensamq; & inauditam liberalitatem, & benignitatem non in cœlum vsq; eueheret? Sed hæc parua sunt, si ad ea, quæ in his representantur, conferre velimus. Quis est enim hic infirmus, & miser; & in hyeme & in nemore media nocte etrans, nisi qui in nostrum? qui Adæ peccato à via iustitiæ aberrauimus, & peccatis personalibus morbos incurabiles contraximus, paupertatem summam incurrimus, & ingenti cæcitate percussi in dædissimis salutis nostræ tenebris versamur, vnde venimus, vbi consistamus, quòd pergere debeamus, prorsus ignorantes, in periculo certissimo constituti, vt à lupis inferni deuoremur, vt illis in perpetuum præda fiamus, & in ludibriu & contèptu illi, simus. Ad nos igitur, tanquam in huius mundi silua aberrantes, Filius Dei, diuinis viribus, & sapientia præditus, magno cum lumine venit: ita vt populus qui ambulabat in tenebris, viderit lucem magnam, & ambulatibus in regione vmbre mortis, lux orta fuerit eis. Cœpit igitur Filius Dei cum lu-

Homini post Adæ peccatū misera & infelix conditio describitur.

mine

mine verbi Dei ad nos venire, & inuitare nos ad sui tutissimam sequelam: Ego sum, inquit, lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Cœptum est dubitari, num ille verus esset Messias, & certò viam nosset, quæ à peccato, & dæmonis tyrannide eripere posset, & ad beatitudinem certam viam agnosceret: sed ille magnis argumētis, & Scripturarum testimonijs se verum Messiam, & viæ ducentis ad vitam cognitionem habere demonstrauit. Deinde dubitatum est, an ille tantum posset, vt peccata remitteret, & hominem iustificare, atq; æterna beatitudine remunerare valeret. Sed ille hanc potestatem sibi inesse, innumeris atq; admirandis signis comprobauit, multos infirmos, quorū salus deplorata erat, sanando, vt se posse animas à peccato sanare ostenderet: mortuos nonnullos ad vitæ reuocando, quo se omnium corpora in die postremo suscitaturum ostenderet. Tertio, sanitatem à contractis morbis spiritualibus, omnibus ad se venientibus offerebat: Venite ad me, inquit, omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Exemplo etiam peccatorum vitæ in melius per penitentiam mutantium idem indicauit, vt Peccatrici, Publicani, & aliorum. Quarto obtulit se tantquam iumentum Samaritani ad gestanda onera peccatorum nostrorum, quibus illum leprosum reddidimus, iuxta illud: Nos putauimus eum quasi leprosum, & percussimus à Deo, & humiliatum: & gratia sua, & virtute Paraclæti nobis donati efficit, vt grauem peccatorum sarcinam, quæ prius conscientiam opprimebat, non sentiamus, & onera tentationum, siue à carne, siue à mundo, siue à diabolo ingruentiu facile superemus, facientes cum tentatione prouentum. Deniq; recipit nos in hospitium Ecclesiæ suæ ad laetam mensam verbi Dei, & ad cœnam Dominicam Eucharistiæ. Et in cumulum tantorum donorum addidit certissimam vitæ æternæ promissionem, atq; spem, & Spiritum sanctum donauit in pignus & arrahabonem vitæ æternæ: in quam aliquando recepti,

Ioan. 8.
Matt. 9. Luc. 7.
Matt. 9. Luc. 7.
Ioann. 11.
Luc. 7. Infra. 19. Supra. 18. Supra. 10. Isa. 53.
I. Cor. 10.
2. Cor. 1.

tanquam talentis auri in æternum ditentur, & perfruemur. Propter quæ omnia nobis merito est exclamandum, & in perpetua gratiarum actione manendum, & cum Dauid dicendum: Misericordias Domini in æternum cantabo: & rursus, Benedic anima meo Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius, &c. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur ut aquila iuuentus tua. Faciens misericordias Dominus. Quas gratiarum actiones vt agnoscere, & pendere valeamus, præstet Dominus Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honor, gloria, & imperium in secula seculorum.

Psal. 88.
Psal. 102.

TRACTATUS XXVII.

In parabolam hominis habentis duos filios, quorum iunior suæ substantiæ portione à patre petita, & accepta, abiit in regionem longinquam, &c. De qua solus Lucas. cap. 15.

Autem, Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis Patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illi substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Elegatissima est, & efficax ad nos

per-

Quas sit hæc parabola. 28. 12. 101. 12. 2. Quod tendat hæc parabola. Primus sensus quorundam, inæptus sane. Chrystom. 2. circa finem. Secundus. Tertius. Idem. Quartus: Athanas. libr. Questionum. q. 46. to. 11. Chryf. præ dicto loco. Theophyl.

permutandos, & in alios viros permutandos hæc parabola, quod hominis in peccata prolapsionem, & modum præscribat: deinde peccati statum miserabilem ante oculos ponit: postremò, quod peccatoris ad Deum reditum graphicè, & suis coloribus depingat, atq; blanditias, & fauores, quibus à peccato resipiscentes Deus excipere solet, pulchrè enarrat. In primis igitur, quod ad scopum attinet, ignorandum non est, extitisse quosdam, qui hanc parabolam de Angelo, vt filio seniori, & de homine, vt filio iuniore, exponerent: & quidem minus aptè exponunt, & reprehendit eos Chrystostomus homil. de patre, & duobus filijs. Alij verò, de Iudæis, & Gentibus, vt plures annotant interpretas. Tertio Chrystom. in quadam homilia, ad sacerdotes, siue clericos, & ad laicos docet esse referendam. Postremò alij acutiùs rem considerantes, & quod in precedentibus parabolis dictum sit, expendentes, tradunt de iustis, & peccatoribus esse explicandam; vt Athanasius in Questionibus (si eius tamè sit ille liber) & Chrystostomus homilia quadam de hac parabola, & Theophylactus docent, neq; habere hanc parabolam distinctum scopum à duabus præcedentibus, sed vnum & eundem cum illis, nimirum vt ostendat, Christum peccatoribus resipiscētibus propitium esse, & blandum, & sine causa illos murmurare; qui hac benignitate, & clementia Christi offenduntur. Addit tamèn aliquid hæc parabola præcedentibus: nam in illis comendatur nobis præueniens Dei gratia, qua peccatores ipse requirit errantes, hæc verò tertia commoustrat necesse etiam esse, vt peccatores Dei gratiam querant, & ambiant. In illis sit exemplorum comparatio ad rem, ad quam declarandam assumuntur; hæc citra aliquam comparationem certi hominis factum proponit, veluti rem gestam: quæ propterea allegoricè aptè exponi potest, vt similes aliæ parabolæ de homine qui incidit in latrones, & de eo, qui fecit cenam magnam, &

de eo, qui habuit villicum iniquitatis, & de duobus, qui ascenderunt in templum orare, Phariseo, scilicet & Publicano, & de homine nobili qui abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Quibus similes sunt duæ illæ parabolæ Dauidi propositæ, altera à Nathan propheta de rapta oue pauperis à diuite, altera à muliere Theuchitide de duobus filijs, quorum vnus alterum occiderat. Talis est & præsens: & parabolæ tales magis sunt ænigmata, & obscure allegoria, quàm nudæ parabolæ. Ita ergo de iustis, & peccatoribus ad litteram hanc parabolam interpretandam esse ducimus, vt non excludamus allegoricum sensum de Iudæis & Gentibus, vel de clericis, siue Religiosis, & laicis: nam hos, & similes sensus sine violatione literæ, vel textus capere potest, vt docet Hieronymus de explicatione huius parabolæ, in epistola ad Damasum. Et hæc tenus de scopo.

In cortice literæ primùm aduerte, fingi duos filios fuisse vnus parentis, quorum neuter erat emancipatus, sed tantùm vt filij familiæ domi sustentationem, & alimenta habebant, hæreditatemq; paternam expectabant; inobedientia patris permanentes. Filius verò iunior, horrens tanto tempore patris regimine gubernari, aut fraternæ gratiæ prerogativa deprimi, freni impatiens, libertatem affectabat: vnde emancipari volens, patrem rogauit, vt daret illi partem substantiæ, quæ illum contingebat, siue illi obueniebat. Fingitur pater, ne contristaret filium quem diligebat, & quia rem iustam, saltem non iniquam, petere videbatur, & ne inuitum penes se retineret, postquam non potuit persuadere, vt domi apud se hæreret, portionem substantiæ illi distribuisset. Ille verò, vbi primùm vniuersa sua bona cõgregasset, & in summâ pecuniæ redigisset, deliberauit, more mercatoris, in regionem longinquam abire, vt ibi negotiando pecuniam multiplicaret. Fingitur etiam per viam nõ fuisse spoliatus, nec naufragium fecisse, nec infirmatum bona sua, in medicos erogasse;

Infra. 14. Infra. 16. Infra. 18.

2. Reg. 12.

Infra. 14. & seq.

Hieron. tomo. 3.

3.

Sensus huius parabolæ literalis.

gasse; deniq; nihil triste ei accidisse: vt verum sit, quod in regione illa dissipauit omnia bona sua. Sed cum esset ignarus, & parum expertus, cœpit splendide viuere, & sumptus magnos facere in mensa, vestibus, alea, venatione, & maximè cum meretricibus. Hac enim ratione multi adolescentes breuiter dilapidarunt omnes facultates suas, & ad summam paupertatem deueniunt. Et vt liberiùs sine vllò pudore, qui ex illis, qui nos agnoscunt, cõsurgere solet, delinquere posset, & obsecris carnis voluptatibus operam daret, artificiose fingitur in regionem longinquam abiisse; quod in proxima regione vix fecisset. Sed postquam ille ad aliquod tempus lautè, & deliciose viuens, omnia bona sua dissipasset, fingitur in extremam inopiam redactus; ita vt adhæserit vni ciuium regionis illius, ipso fortè improbitate sua ciuem illum quasi compellente, vt se in seruum acciperet. Tempore siquidem famis non solemus conducere plures famulos, sed ad parcendum septimibus nos ipsi ad famulorum descendimus classem. Nõ narratur in parabola, quod aliquis eorum, cū quibus suas opes expederat; & cū quo lautè vixerat, eū egentem domi exceperit, aut eius inopiæ succurrerit: quia Est amicus socius mensæ, & nõ permanebit in die necessitatis. Idè cõsulit Ecclesiastes: Mitte panem tuum super transeuntes aquas (id est, pauperes peregrinantes) quia post tēpora multa inuenies illū. Erogauerat bona sua in meretrices, parasitos, iutores, & scortatōres. Nõ legimus quod cõductus fuerit, aut si quid mercedis accipiendè cū Domino pepigerit: neq; quod ciuili alicui labori, aut seruitio applicitus fuerit, quod fortasse nullū artificium, quale in ciuitatibus exerceri solet, didicisset, sed tantū, quod in villâ, id est, domū in agropositâ, profectus, vt se alere posset; porcos pascere fuerit cõpulsus: vbi dū vilissimū ministeriū apud omnes homines, sed maximè apud Iudæos suillâ carnè abominâtes, exerceret, cūq; implere cuperet ventrè suū, nõ solū frumento, nec tantū ipsi leguminibus, quibus pauperes in illa

Ecclesi. 6. Ecclesi. 11. Quid illud Ecclesiastes Mitte panem tuum super aquas.

Leuit. 11. Dent. 14.

gna egestate vesci solèr, sed etiã filius (quibus legumina includuntur) quas porci edebat, ipse vel illis ad saturitatem vesci nõ posset; ipsiq; proinde porcis infelicioer erat, quibus potiùs seruiabat, quã imperabat. Cūq; in lacu quodã, prope què fortasse porcos pascebat, faciè suã spectasset, pallidã, languidã & semimortuã; vestè pãnosam, detritã, atq; lacerã, sordidas manus, vngues deformes, & oblongos, in cogitatione prioris vite, quã in domo patris sui agebat; deuenit, & prioris vite felicitate cū indignitate & vilitate præsentis cœpit cõponere, & de reditu in paternã domū cogitare atq; de liberare. Fingit præterea, dū profectio nē ad patrē adornaret, & iã rediret, patrē de filij sui salute sollicitum, pluries in campum extra ciuitatē prodijisse, vt inspiceret, nū filius suus ex longa peregrinatione cū duplicatis facultatibus rediret. Sed vbi longè eū vidisset, & agnouisset squalore; & pedore obstitū, & magna victus; & vestitus inopia oppressum ad se reuersum, ne filius appropinquas seruos, & mercenarios patris, ipsum quoq; patrē horresceret, fingitur pater ei de vestimentis prospexisse, & magno gaudio, & festiuis epulis illum exceperit, vitulūq; saginatū, quem pro eius prospero reditu aluerat, occidi præcepisse. Solèr enim parètes, vel amici vitulos quosdã domi alere in filiorū, vel amicorū absentia, vt à peregrinatione suscepta redeuntibus, in epulum festiuum illis apponant. Vnde & Horatius in epistola quadam ad Iulium ait: Pascitur in vestrum reditum votiuu iuuentu. Et lib. Carminū alloquens Augustū, o de quadam sic ait: Te decem tauri, totidemq; vacca, Me tener soluit vitulus relicta Matre, qui largis iuuenescit herbis In mea vota. Etiam si hîc sit sermo de vitulo in sacrificium gratiarum actionis offerendo pro felici reditu Augusti: sed non repugnat aliquid in sacrificium oblatum etiã edi, vt erat olim paschale; & nunc Eucharistiæ sacrificium est; & illi odi non repugnat. Mulier

Horat. lib. 1. epi. 1.

Idè lib. 4. Car. Ode. 2.

I. Reg. 28.

Prou. 15.

4

Hominis cuiusdam habitus duos filios mysteriorum exponitur.

Cicero de Naturae deorum, lib. 1. Arist. lib. 1. Ethic. cap. 12. Deus homo cur dicitur.

Senior filius quare dicitur.

Theophyl.

quoque illa, que Sauli suscitauit Samuel mortuum, fertur habuisse vitulum pinquum, vel pascale domi, que Regi Sauli occisum, & coctum edendum proposuit. Erat enim caro tenera, & delicata. De quo vitulo mentione fecit Salomon in Prouerbijis: Melius est, inquit, vocari adolestra cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. Est enim vitulus saginatus, cibus delicatus, & in pretio. Fingitur postremo, fratrem natu grandiore, cognito fratris aduentu, & conuiuio, & lætitia, qua a patre exceptus est, præ inuidia eius redditu grauius ac molestè tulisse: adeo, vt opus fuerit patrem e domo egredi, & rogare illum, vt domum ingressus boni consulat festiua lætitiâ, & gaudij publici signa, quæ de redditu fratris eius ediderat, nã illi, quæ pro mortuo, & perditohabuerat, recuperauerat. Ideo tãta rei inexpectatũ, & repentinum gaudiũ conuiuij, epulo, symphonia, & chorea dignum extitisse, vt & ipse frater senior disceret, quanto gaudio fratris redditum celebrare debuisset. Et hæc de cortice similitudinis.

Explicatus est ita corticis nucleus, & mysteria in sensibili parabola delitescẽtia aperienda. Iste igitur homo qui duos habuit filios, Deus est; quia nihil est inter eas, quas oculis spectamus creaturas, homine præstantius, aut nobilior: vnde natura ferè omnes homines cogitant Deum esse corporeũ, & humanæ effigiei simile vt tradit Cicero. Deinde, vt docet Aristoteles in Politicis, homo, est animal natura sociale, & ciuile, mansuetum, & piũ: propterea Deus, homo dicitur: quia vt homo se nobis attemperat, & per pacta sua, quibus se obstrinxit, homini se accomodat, & humani a se nihil alienũ putat. Quidã autẽ dicitur, quia ob sui eminentiã cognosci nequit, & ob nostrã foecordiã parũ nobis est cognitus: quæ si filius iunior cognouisset, nunquã a domo eius discessisset. Secundo, duo filij, qui sunt, explicatũ est in seopo: tantũ frater maior, vel senior, iustus dicitur, quia prior est innocentia, & iustitia, quã peccatũ, & peccatũ: pater sapiens, quia error, vt docet Theophylact. Per iuniorẽ autẽ fr-

trẽ peccator intelligitur, qui minore est sensu: & adolecẽtia, stultitia, & instabilitate sua ad malum prona est, & de qua ait Apostolus, Nolite pueri effici sensibus. Nec sine causa oblata est Christo puero myrrha a Magis, nisi vt discamus, pueritiã mortificatione, & disciplina indigere: quia illa ætas mollis faciliẽ vt virga flectitur in quacũq; velis partẽ, si adsit pædagogus; senectus verò frigida est ad vitia, & ætate erudita, vt ab illicitis absteineat.

Et dixit adolescentior ex illis patri, Pater, da mihi portionẽ substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Plures hæc quæstiones oriuntur. Prior est, Quæ sit illa portio substantiæ, quæ adolescentiorem contingebat. Secunda quæstio, Quomodo petiuit portionem suam, an verbo, an facto? quia difficilis videtur hæc postulatio. Tertia quæstio, Quomodo Deus in pueri, vel adolescentis manibus pretiosam substantiã portionem gubernandam credat: nec enim videtur boni parentis esse, temerariã adolescentis libidini consentire, sed potius duris verbis, & durioribus verberibus eum petacem, & insolentem corrigere. Nam, vt testatur Sapiens, Stultitia colligata est in corde pueri, & virga discipline fugabit eam. Et rursus, Filij tibi sunt erudi illos, & curua illos a pueritia illorum. Et tamen dicitur, quod diuisit illis substantiam, vni cuique partem suam tribuendo. Substantia autem, dicitur facultas, quæ datur in hoc ipsum, vt substantia hominis subsistat. Vnde in Prouerbijis dicitur, Honora Dominum de tua substantia: & in Iob dicitur, Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substantiã eius per circuitũ, &c. Et de illa dixit, Quæ me contingit, quia iure naturali sicut filius, egreditur, cum parte substantiæ paternæ, de corpore patris per generationem, ita cũ parte facultatis de domo paterna emitti, debet.

Ad primam igitur quæstionem dicendum est, portionem substantiæ, quæ de superfluis filijs suis distribuit, & peccatũ Deus morti obnoxius est, vt post mortẽ possint filij eius hære-

Iunior frater quis ille. Gen. 8. I. Cor. 14. Matt. 2.

Pueri qua re maxime indigent.

5 Variæ quæstiones soluedæ.

Prou. 22.

Eccli. 7. Substantia vnde facta nã accipiat.

Prou. 3. Iob. 1.

6 Quæ sit illa portio substantiæ, quæ filijs suis distribuit, & peccatũ Deus morti obnoxius est, vt post mortẽ possint filij eius hære-

dita-

Hæreditas hominis duplex.

Matt. 25. Rom. 8.

Vfus liberi arbitrij homini qualis portio sit.

Psal. 118. Quid illud Prophetæ: Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam. Ibidem.

Eccli. 15.

Psal. 30.

Liberum arbitriũ qualis portio substantiæ in manu superioris.

ditatem adire) bipartitam esse: & alterã quidẽ in futura vita possideri, quæ in æternis vitæ bonis consistit, & quæ nemo potest malè vt, & ad quam nõ post mortem patris, qui non moritur, vt diximus, sed post filiorũ mortem, ad eam datur illis aditus: de qua hoc loco non est sermo, sed alibi ait, Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi, & rursus: Si filij, & hæredes, hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Christi. Altera portio substantiæ, quam in hac vita filij Dei possident, duplex est; quarum vna in bonis naturalibus, altera in gratuitis, & naturam excedentibus consistit. Quanquam enim, quicquid Deus creauit, non propter se, sed propter hominem condiderit, ita vt cuncta creata patrimonium hominis dici possint, tamen vt libero arbitrio, & se ipsum voluntate sua regere, & non imperantis necessitate, ita est proprium, & essentialẽ homini, & peculiaris substantiæ eius portio, vt in familia mundi huius inferioris solum hominem contingat. Est autem præclara portio in se ipsa, quia similitudo quædam Dei ipsius, & Angelorum est, & per eam homo & distinguitur ab omnibus alijs, & eminet cunctis animãtibus. Præclara etiam est, quando ponitur in manibus Dei, & illi dicitur, Portio mea, Domine, dixi, custodire legem tuã: id est, sit mea portio, nequaquam a te separari, vel a tuis pedibus recedere. Etsi enim anima mea in manibus meis sit semper, & reliqueris me in manu con filij mei, vt ad quodcũq; velim, porrigam manum meam, eo quod liberum me condidisti: quia tamen legem tuam non sum oblitus, quam adeo ex cellam noui, vt ad eius obseruatiam tuis manibus egeam; proinde In manus tuas Domine commendo spiritum, & animam meam. Quemadmodum filius senior, etsi portionem suam accepisset, hæsit tamen prudenter apud patrem, & in obedientia paterna illã conseruauit. Præclara etiam est portio liberũ arbitriũ, quãdo ponitur in manibus Prælati locũ Dei tenetis, atq; illius voluntati vitã nostrã accõ-

modamus: at verò cũ eã in manibus nostris accipimus, & ad libitũ proprię voluntatis vt volumus, in perniciosam, & malã incurrimus feruitutẽ: vt exemplũ filij iunioris docet, qui coactus fuit vni cuius regionis illius, id est, dæmoni vilissimo, & capitali nostro hosti, contemptã, & vilissimã feruitutẽ impendere. Quod autẽ hæc sit portio hominẽ contingens, declarat Hieronymus in Epistola ad Damasum, explicãs illud: Et diuisit illis substantiã, id est, dedit eis liberũ arbitriũ, dedit mentis propriã libertatẽ, & vt viuere vnusquisq; nõ ex imperio Dei, sed obsequio suo, id est, nõ ex necessitate, sed ex voluntate; vt virtus haberet locũ, & a cæteris animãtibus distaretur, dum ad exemplũ Dei permissũ est nobis facere quod velimus. Sic ille. Et Chrysostomus homil. de patre & duobus filijs: Describitur autẽ in istis, & euidenter ostẽditur libertas arbitrij, quã anima rationali specialiter inseruit Deus. Vide enim, pater iste quomodo nec illũ descendere volentẽ retineat, ne liberi arbitrij auferat potestãtẽ, neq; aliũ manere cupientẽ cogat abscedere. Eodẽ modo interpretatur Theophylactus, dicẽs: Rationalis, ad quã subsequitur liberũ arbitriũ, substantia est hominis. Omne autem rationale, liberi arbitrij est. Dat igitur nobis rationẽ, vt ea liberẽ vtamur, tanquã nostrã substantiã. Dat autẽ omnibus ex æquo. Omnes enim ex æquo rationales sunt, & æquẽ liberum habent arbitrium. At alij vtimur hac libertate secundum rationem, alij autem dilapidamus donum diuinum. Hæc ille.

Quoniã autẽ Filius Dei non tantũ bona naturalia habet, sed etiã bonã, quæ diuini ordinis sunt, vt gratiã, fidẽ, spẽ, & charitatẽ, de quib; Petr; Per quẽ maxima, & pretiosa nobis promissa donauit; vt per hæc efficiamur diuinæ cõsortes naturæ: cõstat diuina hæc dona Dei gratia ad nos spectare, & nobis cũ libero arbitrio tradi. Quanquã in his bonis nõ omnes æquales existãt, sed quidã maiora, quidã minora dona possideãt. Hinc Euthymius elegãter hoc loco tradit: Qui etiã (scilicet iunior filius) substantiã partẽ, quẽ sibi obueniebat, petiuit; hoc est, liberũ arbitriũ, quod

Hier. to. 3.

Chrystom. 2. prope finem.

Theophyl.

7 Quæ nobis Dei optim. Max. dona cũ libero arbitrio accesserint. 2. Pet. 1.

Euthy. cap. 57. in Lucam.

S 2 ei ex

ei ex natura debebatur. Quiquit enim pueriliter sapit, liberum poscit arbitrium; aut obtingentem substantiæ partem dicit debitam ex Baptismo gratiæ. Cuius enim baptizato diuina datur gratia. Substantia autem, siue diuitiæ Dei sunt charismata, id est, dona quæ diuidit fidelibus. Sic ille. Quod ait, Diuisit illis substantiam, Græcè habetur, τὸν βίον. Est autem, βίος non tantum vita, sed & Græcis facultates significat, quibus vita sustentatur.

Iam ad secundam accedamus quæstionem. Propterea dicit adolescens rem postulasse portionem substantiæ: non quod reuera verbo postulauerit, quia id fingitur in parabola, ad hoc ut reddat verisimile diuisionem patris: ita enim illis diuisit, ac si illi ipsi institeret petissent. Deinde dici potest, appetitu quodam naturali præcedente vium & exercitium liberi arbitrii, petitum esse liberum arbitrium, & diuina gratiæ dona: quia ita cõditi sumus à Deo, ut libero nos arbitrio regere debeamus. Tertio etiam respondere potest, nemine esse, qui verbis à Deo postulet, ut libertatè ab ipsius Dei regimine, & gubernatione aliena assequatur. Nemo enim sapiens sub ratione boni: id cõciperet, & multo minus postulat: factis tamen, atq; operibus multi sunt, qui se ipsos à liberrima Dei seruitute, in propria, misera tamen, & seruilem libertatem se asserat. Est enim multo liberior, & præstantior Dei seruitus, quam sit propria libertas, quæ potius seruitus nuncupanda est, per quam nos in seruitutem demonis vilissimam, & abiectissimam præcipites damus. Et hæc de secunda quæstione. Ad tertiã, Quomodo scilicet Deus puero, vel adolescens, qui vix cõmitteremus dramam, vnã gubernandam, gratiæ & liberum arbitrium pro sua voluntate regendum credat, mirabile quibusdam videtur, quia gladius in manus furiosus dari videretur, & maius, & nobilius est regimen vnus animæ ad salutem, quam imperium vnus regni: quod tamè nisi seniori, & experto non cõmittimus. Respondendū est, magna esse Dei iudicia, & nobis imperscrutabilia, nec à nobis tan esse scrutanda, quam

cum omni: veneratione suscipienda; & adoranda: nam, vt dicitur in libro Sapientiæ, Quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti: Non enim est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non inuisibile iudicas iudicium. Et infra: Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi, cum volueris, posse. Magna ergo Dei sapietia, & suauitate fit, vt pueris Deus tantum credat thesaurum. Deinde experientia teste, pueri, & adolescentes melius interdum se gerunt, & sanctiorem vitam agunt, quam viri, quia carent malitia, & peccatis alijs, vt odio, superbia, & obscænis carnis vitijs. Ad hæc, custodiuntur ab Angelis, & ab eis facilius se regi permittunt. Et Aristoteles libro de bona fortuna, pueros & stultos tradit meliorem fortunam sortiri. Nam vbi minor est intellectus, ibi magis dominatur bona fortuna; & è contrario, vbi maior est intellectus, ibi minus est fortuna. Præterea voluit se Dominus ostendere, neq; avarum, neq; inuidum bonorum suorum dispensatorem, sed omnibus quod suum est, tribuere, & ab homine libera, & voluntaria obsequia, & sacrificia expectare. Proinde non est quod temere Diuina iudicia nostris cogitationibus comprehendamus, aut diiudicemus: satisque est hoc intelligere significatum, quod pater parabolicus noluit inuitum filium retinere, & sibi seruire. Ita & Deus omnes nos relinquit in manu proprii consilij, potestatem faciens viuendi vt volumus.

Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescens filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Habet & hic locus suas quæstiones. Et in primis, quid est quod ait, Nō post multos dies? Deinde quid est, Congregatis omnibus? Rursus, quæ est hæc regio longinqua, ad quam peregrinationem instituit hic filius adolescens, cum Deus vbiq; sit, & omnia impleat, & ab eo possit elogiari nemo; cū de eo scriptū

Substantia, siue diuitiæ Dei, quæ.

Bios Græcè duos significat.

Quomodo hic iunior filius à patre petierit portionem substantiæ.

Secunda solutio.

Tertia solutio.

Quanto Dei seruitus nostri arbitrii sit libertate præstantior.

Quam prudenter filio iunioris patre diuiserit substantiam.

Prima ratio.

Sap. 15.

1. Pet. 5.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Pueri, ac stulti, quales fortunam sortiantur, teste Philosopho.

Quarta ratio.

Eccli. 15.

9

Dubia quædam proponuntur interius diluenda.

Hiere. 23.

fit

Psal. 138.

Ion. 1. & seq.

Diony. lib. de diuinis nomin. c. 4. part. 4.

Quid est quod iunior filius nō post multos dies paternam domum dicitur reliquisse. Alter sensus.

Psal. 29. Faciem suam à nobis cur Deus auertat.

Matt. 26. Ibidem.

10 Duplex iunioris filij omnia bona sua congregantis error.

1. Cor. 4.

Contra Pharisæos, & Pe-

fit: Quo ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades, &c. Vnde Ionas Propheta à facie Domini non potuit effugere. Postremo, quomodo potuit substantiã suam dissipare, cū liberum arbitrium à natura in sit, & quæ naturalia sunt, per peccatum non amittantur: vt docet D. Dionysius.

Ad primum dicendum, in cortice significari, non quàm primùm accepit portionem substantiæ, discelsisse, sed per aliquot dies moram apud patrem traxisse, vt illis diebus posset bona sua distrahere, & in pecuniam aureã, vel argenteam, & portatu facilem conuertere. In sensu verò principali significat exemptum à peculiari tutela, & cura patris, & in manu sui consilij relictum, facile in peccata prolabi. Nam vt candela vento exposita, facile extinguitur, quæ in domo, vel laterna tuta seruabitur; ita filius qui in domo paterna tutus erat, vbi illam reliquit, in periculo peccandi positus facile prolabitur. Auertisti, inquit, faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Auertit autem faciem suam à nobis, quia ab eo nos priores faciem auertimus, & vt paruuli à matre relictis, quauis occasione perturbamur. Igitur non post multos dies, id est, illa ipsa nocte, qua Petrus promiserat, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo, antequam gallus cantaret, ter eum negauit: id est, antequam reprehendatur intus, & errorem agnoscat, Christum negauit. Nã postquam agnouit errorem, cepit illum Iesus sub curam suam, quæ prius sibi ipsi dimiserat.

Ad secundum, dicitur filius omnia bona sua congregasse. In quo duplex error apparet, quia non videtur naturæ & gratiæ munera, vt Dei dona agnouisse, sed quasi iure ipso sibi debita: hinc dixit, Da mihi portionem quæ me contingit; cum tamen scriptum sit: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? In quo perniciosè Pharisæi, & Pelagiani hallucinabantur: nec enim inter dona Naturæ, &

Gratiæ distinguebant, & quæ naturalia sunt, non agnoscebant esse Dei Creatoris beneficia. Alter error est, quòd illa omnia bona sua congregauerit, arbitrio suo regenda. Esset autem homo inconsideratissimus, qui debilitate magna virium, ac imbecillitate grauat, thesauros acciperet sub capitis pœna per se solum deferendos, & ab innumeris hostibus, qui vigiliant, tuendos; cum alius potentissimus se offerret adiutorem, & opitulatorem: cui deberemus dicere: Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: Nisi enim Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Congregauit ergo adolescens bona sua, confidens & glorians in donis, quasi non acceperit: quemadmodum ille Pharisæus, de quo mentio nem facit idem B. Lucas. At verò frater natu grandior congregauit omnia bona sua, sed agnoscendo illa esse à Deo: vnde sibi non fidens, in domo paterna prudenter mansit. Ezechias etiam Rex, quando dicebat, Obsecro, Domine, memento, queso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim; congregabat quidem, non in se ipso, sed in Deo, à quo credendi, & bene viuendi donum se accepisse certò existimabat.

Tertiū dubium soluimus, dicendo, triplicis rationis esse distantiam, & primam quidè locale esse, per quã Deus à nulla re distat, sed omni rei præsens, & intimus est, nec minus in inferno, quàm in cælo, aut in platea, quàm in templo, aut in impijs, & iniustis, quàm in sanctis, & pijs. Secunda distantia ratio, à perfectione cuiusque rei sumitur: in tantum enim vnus ab alio distat, in quantum plures perfectiones in vno, quàm in altero inueniuntur. Secundum hanc rationem dicimus, plumbum longè distare ab auro, & vitrum à lapidibus pretiosis: atq; hoc modo Deus æqualiter ab omnibus distat. Cum enim in finitus sit, infinitè distat ab omnibus, etiam ab Angelis, & beatis, & reliquis omnibus creaturis, quæ

lagianos, inter Naturam & Gratiam nullam constituentes differentiam.

Exo. 34. Psal. 126.

Luc. 18. Filij senioris prudentia.

Isa. 38. 4. Reg. 20. 2. Par. 32.

II Quæ sit hæc regio longinqua, ad quam profectio inuenit filius adolescens; cū Deus nullibi non sit, & omnia impleat.

Hier. 23. Triplex ratio distantia Dei à suis creaturis.

Secunda ratio.

Tertia ratio distantiae.

circumscriptam, & finitam perfectionem habent. Tertia ratio distantiae sumitur ab oppositione, siue contradictione: unde in sententijs dicere solemus: Tu longè distas à me, quantum scilicet affirmatio & negatio, quia ego affirmo, & tu negas. Ita dicimus, Longè distas à scopo, & lux longè distat à tenebris, & vitium à virtute, & sanctum à profano. Secundum quem modum homo peccator distat à Deo: quia illi oppositus est in bonitate, sapientia, & virtute. De hac distantia est hoc loco sermo, de qua Propheta: Quia ecce qui elongant se à te, peribunt, ut fecit hic adolescens. Mala ergo fuit hæc adolescentioris filij peregrinatio, quæ ad peregrina, & extranea humanæ naturæ perduxit, hominemque sibi efficit peregrinum: extraneum enim homini est vivere ut animal brutum, & fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Sic ferrum ignitum paulatim discedit, & peregrinatur ab igni, perdens ignis proprietates, quas antea induerat: quia sit paulatim obscurum, durum, frigidum, atque densum, cum prius esset lucidum, molle, calidum, & rarum. Hinc colligi potest, quæ sit regio longinqua: non est enim aliud, quam ipsum peccatum, quod longè distat à domo patris. Illa enim regio tenebrosa est, belluina, periculosa, atque sterilis, paupertate, fame, atque omni miseria referata, de qua Propheta: Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltata sunt via mea à vijs vestris, & cogitationes mea à cogitationibus vestris. Vias iustorum, vias suas vocat, vias peccatorum, nostras; ut intelligas, quantum longè distat cælum à terra, tantum distare peccatum à iustitia. Contra verò domus patris, virtus est, lucida, diuina, secunda, atque fecunda, omnium diuitiarum abundantia, & felicitate plena. Sunt tamen duo genera peccatorum, qui à domo patris peregrinantur. Quidam enim ita peccant, ut parentis Dei, & domus eius non omnino obliuiscantur: ut qui ex timore, aut ignorantia, aut ex fragilitate peccant: tales enim tantillo Dei lumine ad-

Psal. 72.

Extraneum hominiquid

Psal. 31.

In quam abierit regionem longinquam filius iunior.

Psal. 55.

Peccatum à iustitia quantum distet.

Domus patris quæ.

Peccatorum duo genera, à Dei domo paterna peregrinantium.

moniti statim resipiscunt, & ad cor redeunt: quemadmodum Dauid Nathã Prophetæ voce admonitus, statim resipuit, & Petrus Domini conspectu, & canente gallo, exiit foras, & fleuit amarè. Alij verò ita peregrinantur à Deo, ut Dei memoriam, & conspectum omnino amittant: ut qui volunt perseverare in peccato, & Diuinis inspirationibus peccati dulcedine & voluptate detenti resistunt. Quæ ut aliquo exemplo illustria reddam, finge duas naues à portu proficisci, alteram quidem cum ventis & fluctibus maris decertantem, portus tamen conspectum non amittentem: tales sunt, qui ex fragilitate carnis, vel ex ignorantia, vel timore peccant: ut de Petro respiciente Dominum quasi portum ab eo conspectum, diximus breui ad pœnitentiam rediisse. Altera verò navis portum egressa in altum ingreditur, atque ibi tempestate iactata periculose laborat, neque portus conspectum habet, sed ut ait Poëta, Cælum undique, & undique pontus. Tales sunt ex malitia peccantes, qui nec minis Dei, nec beneficijs, nec timore, nec amore à peccato recedunt, neque Deum salutis suæ portum conspiciunt: isti periculose valde laborant, & de Diuina misericordia interdum desperant, ut Iudas proditor. Si quis ergo dicat, Volo peccare, post tres dies resurgam, Dei memoriam, & intuitum non amittam; magnus est hic laqueus diaboli, quo multos irretitos tenet. Videmus enim filios Israël in Aegyptum fame compellente descendisse; & tamen nisi post ducentos annos inde egredi non potuisse. Petebat sibi concedi à Rege facultatem eundi viarum trium dierum, & tamen non poterunt nisi per quadraginta annos peruenire in Terram promissionis. Et si ergo per tres dies, hoc est, per contritionem cordis, & confessionem criminum, & satisfactionem, à regione longinqua peccati egrediamur: si persunt tamen prauæ inclinationes, & mali habitus, quibus est bellum indicendum, & in deserto pœnitentiæ quadraginta annis manendum, antequam digni simus, qui in Terram

2. Reg. 12.

Matt. 26.

Exemplum perelegans.

Ex fragilitate peccantes quales sunt.

Virgil. lib. Aeneid.

Ex malitia verò delinquentes cuiusmodi sunt.

Matt. 27.

Magnus diaboli laqueus quis ille. Gen. 15.

Exo. 16. Per triduum ab Aegypto qui redeant in Terram promissam.

Quaratione peccati dissipet omnem substantiam.

Ioann. 8. 2. Pet. 2. Qualis illa dissipatio.

12. Luxus quid.

1. Tim. 5.

2. Pet. 3. Ecclesiastici 14.

promissam ingrediamur. Quartam quætionem diluamus. Respondemus igitur, peccatum omnem substantiam dissipare: quoniam bona omnia, vel ferè omnia, gratuita amitti facit: quæ verò naturalia sunt, vulnerat, ut vigorem, quem prius habebant, destituantur, remaneantque; quodammodo alligata vitia, & ad malum omnem peccatorem inflectant. Omnes etiam bonæ naturæ inclinationes per prauos habitus delectationum comparatos peccatum vitiat, atque corrumpit. Denique memoriam, intellectum, voluntatem, & ipsum liberum arbitrium dissipare dicitur: non quod per peccatum pereant, sed quod per illud dæmoni, atque carni miseram seruitutem seruire cogamur. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati: & à quo quis superatus est, huius & seruus est. Ut enim aurum, in luto detentum, & inquinatum, dissipari dicitur, quia viliori rei coniungitur, quod ad annulos, & inaures, & pocula construenda aptum erat, & idoneum: eodem modo dicitur mens hominum, siue liberum arbitrium dissipari, quod rebus vilissimis, & se ipso indignissimis coniungatur: quod tamen natum erat, ut cum Angelis, diuinis ministerijs, & spiritualibus functionibus deputaretur. Addidit autem quomodo dissipauerit omnem substantiam, nempe viuendo luxuriosè. Vbi aduerte, luxum, esse profusionem siue prodigalitatè, unde & Euangelium Prodigii dicitur; siue quicquid extra necessitatem carnis cupiditatibus impenditur, siue in cibo, siue in potu, siue in vestimento, siue in domo, & eius suppellectili, siue denique in generationis actu. Hinc Paulus de viduis, quæ bonis Ecclesiæ nutritæ erant, & postea ad nuptias conuolare optabant, ait: Adolescentiores autem viduas deuota: cum enim luxuriatæ fuerint, nubere volunt. Cum luxuriatæ, inquit, fuerint; id est, cum splendide, & delicatè de bonis Ecclesiæ vixerint. Et Petrus tradit quosdam in conuiujs suis luxuriantes. Et in Ecclesiastico Sapiens ait: Qui aceruat ex animo suo iniuste, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Signi-

ficat etiam luxus, siue luxuria peccatum carnis obscenum, de quo impij dicunt; Nullum pratum sit, quod non pertranscat luxuria nostra. Et Apostolus, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et Petrus, Iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit. Hæc enim duo peccata, gulæ, & luxuriæ, vicina sunt, & sibi inuicem seruiunt. Et peccatum luxuriæ rectè dicitur dissipasse omnem substantiam, quemadmodum Helena dicitur consumpsisse Troiam. Excæcat enim intellectum, inquinat voluntatem, debilitat memoriam, corrumpit sensus, consumit corpus, obscurat bonum nomen, & famam, iacturam facit diuitiarum, occidit animam, scandalizat proximum, totumque hominem in foueam sempiternæ precipitat: & cum alia peccata vnum tantum deprædentur hominem, vitium luxuriæ ut minimum duos capit. Unde de adulterio Iob dixit; Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. Ignis est usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Prior tamè significatus verbo Græco ἀσώτως magis congruit: est enim ἀσώτως, profusus, siue effusus, ab ἀ, & σῶσις, id est, qui nil sibi seruare nouit, sed omnia profusè expendit in res minimè necessarias. Omnis enim terrenarum rerum immoderatus amor, & vsus profusus, fornicatio quædam, etiam in Scripturis vocatur. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. Digna est hæc pœna eo homine, qui splendide, & lautè vixerat, nec de futuro quicquam cogitauerat, ut ad paupertatem, & mendicitatem redigatur. Ait ergo: Cum consummasset omnia; nimirum diuitiarum possessionem, iuuentutis florem, corporis decorem, mentis vigorem, nominis quoque honorem, atque omnia diuina charismata perdidisset. Facta dicitur fames valida in regione illa. Fames hæc omnes peccantes, & in regione peccati commorantes, comitari solet. Quæ dupliciter explicari potest: quia fames vel est priuatio lætitiæ bonæ conscientie: Secura enim

Luxus etiã quid sit. Sap. 2. Ephes. 5.

2. Pet. 2. Gen. 19. Iunior filius vti dissipauerit omnem substantiam suam viuendo luxuriosè. Luxuriæ mala.

Iob 31.

Profusus quis.

13.

Eius pœna, ut filij iunioris propria.

Cur dicatur facta fames valida in regione illa.

Primus sensus.

Prouerb. 15.

Securitas conscientie vnde oritur. Alter fetus.

Hierem. 2. Creatura cur hominem fatiare non valeant. Qui Deum derelinquat

Quales sint huius vite voluptates.

Secunda ratio. Aristo. lib. 3. Ethic. to mo 2. Cicero lib. 6. de Republic. Hieronym. in cap. 4. Osee paullo post med. to mo 6. initio,

Tertia ratio

Quarta & postrema ratio

mens quasi iuge conuiuium; & penuria virtutum (vnde securitas conscientie oritur) nulla ad eas inclinatione remanente. Vel secundò explicari potest, & fortassis magis ad rem, hæc fames, quòd creaturæ vanæ sint, & implere animum hominis non possint: quem admodum nec stomachum elephantis vnum milij granum implere potest. Hinc per Hieremiam cõqueritur Dominus; Duo, inquit, mala fecit populus meus; Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas; cisternas dissipatas, quæ continere nõ valent aquas. Derelinquitur Deus ab his, qui proficiscuntur in regionem longinquam: quia gratia, & peccatum, Deus & diabolus, esse simul non possunt. Deus est vnus fons aquæ viuam scaturiens & satians; cisternæ autem creaturæ, quæ plures sunt, & veras voluptates non habent, sed aquas mortuas, & fetentes, quæ citò transeunt, & quæ potius amaritudinem & cruciatum in conscientia relinquunt. Ad hæc, delectationes gustus & tactus per se insatiabiles sunt, & ipso vsu, vt testis est Philosophus, augentur potius, quàm imminuantur. Hinc Cicero; Graues domina cogitationum libidines, infinita quædam cogunt, atque imperant, quæ expleri, atque saturari nullo modo possunt. Hieronymus in Oseam Prophetam: Vires, inquit, in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium nõ quiescit. Et vt pulchre quidam has voluptatis cupiditates describens, dixit: Queritur in ludo ludus, deest hortus in horto. Præterea creaturæ ipsæ locum famis animæ non ingrediuntur, quia creaturarum tantum similitudines in animam ingrediuntur, quibus, quemadmodum nec umbris ciborum, nec pictis pecunijs homo impleri, aut ditari potest, quæ instar grauidæ, potius degustat cibos, quàm comedat. Postremò, cum voluptatis carnalis instrumeta finita sint, nec ab omnibus possideri queant, cum multi sint qui ea magno studio conquirant, & consecrentur; inde fames, & inuidia cruciatur ad eos, qui possident, vnde delicata ciborum ferula, aut puellas pulchras, quas desiderat

quiuis, habere minimè potest, aut vestimenta pretiosa, aut palatia, aut hortos, aut aurum, & lapides pretiosos, & similia, quæ quisque ardentè concupiscit, & habere minimè potest. Inde oritur fames in regione longinqua, vt rectè dicatur de adolescente; quòd cœpit egere, non habendo opportunitatem peccandi, vel non percipiendo eam delectationem in peccato, quæ expectabat; vel agnoscendo opprobrium, & dedecus, quòd incurrit apud homines; vel denique; quia appetitus voluptatis est validus, & insatiabilis. Et quia est in malorum confortio, nõ potest ab alijs panes spirituales, quibus inopiam suam subleuet, mutud accipere: secus si mansisset in regione patris sui, id est, inter bonos, qui indigentibus facillè ministrant. Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius: & misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Abiit, inquit, de malo in peius; vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et adhuc magis recedens à Deo salutari suo, adhæsit vni ciuium regionis illius; siue, vt Hieronymus ad Damasum scribens legit, vni de principibus regionis illius. Diabolus enim non est peregrinus, aut exul in regione peccati (vt erat adolescentior iuuenis) sed ciuis in illa regione, quia obstinatus in peccato, & ab eo immutabilis. Et princeps est diabolus omnium peccatorum, quia sub eius imperio militant omnes Dei hostes, & delinquentes facinorosi. Adolescens ergo desperans de delectatione gratiæ Dei annexa, tradidit se delectationi carnali. Homo enim sine delectatione esse nequit: & vt fames compulit Israelitas in Aegyptum descendere, ita fecit huc seruum porcorum. Et dicitur illi adhæsisse, quasi pacto quodam promississet perpetuam per totam vitam seruitutem: id enim videtur insinuare verbum, Adhæsit, siue Græcum ἐκράδθη. Et significat in sensu principali, quòd insolubiliter ex se homo seruit dæmoni, nisi Deus misericordia sua succurrat, & vincula cupiditatum, quibus est illi alligatus, di-

Quæ nam vehementer homines concupiscant.

14 Filius prodigi quemadmodum abiit in regionem longinquam. Apocalyp. ult.

Hieronym. tom. 3.

Eius regionis cuius quis nã sit.

Gen. 15.

15 Quid quòd hic iunior filius adhæsit vni ciuium regionis illius.

rumpat:

Matth. 11.

In quam villam missus fuerit ille miserabilis, vt pasceret porcos, & quos porcos Euthy. loco præcitato.

Pascunt porcos qui.

Horat. lib. 1. epist. 4.

Theophyl.

Pascat etiã porcos quis.

Quos Imperatores videatur diabolus misisse in villam ad porcos pascendos.

16 Siliqua dupliciter sumitur.

rumpat: vt qui noluit esse seruus Dei, merito seruus dæmonis efficiatur. Et cum recusant homines suauæ, & mite iugum Domini, coguntur ferre durissimum Satanæ iugum, & se se in seruitutem dare ciui barbaro, & peregrino. Dicitur autem hic ciuis illum in villam misisse. Per villam dæmonis intelligi potest (teste Euthymio) indigna conuersatio; porci verò, voluptates, ac luteæ cogitationes, quas miser pascere, ac fouere iussus est, hoc est, delectationes laboriosas, & belluinas, vt absorptæ rationis scintilla, intelligas illum ab urbanis luxibus degenerasse ad brutas & obscenas voluptatum actiones, vt ita tota vita sua impura pascat impuros demones, qui delectantur ebrietate, impudicitia, & nefandis impudicitie obscenitatibus: siue quòd facit eum proficere in malo, vt iam malorum fiat dux, & magister, & præfectus. Nam hoc intelligo pascere porcos; videlicet doctorem fieri porcinarum actionum, & cibum præbere dæmonibus, & immundis hominibus in porcis designatis, quem admodum lepores, & lenæ meretricibus præficiuntur. Vnde quidam dixit: Me pinguem, & nitidum, bene curata cute vises. Cũ ridere voles Epicuri de grege porcum. Pascit ergo porcos, teste Theophylacto, qui multis in malitia præest, vt est scortorum hospes, vel publicanorum Princeps; vel latronum Princeps, & hæreticorum auctor, & conseruator, & piratarum fautor, lusorum sollicitator, & præstans domum, & commoditatē ad ludum; denique; quicumque; illicitis, obscenisque; atque fraudulentis artibus præficitur. Incredibilia penè videntur obscenissima quæque; quæ de quibusdam Imperatoribus Romanis (quos dubites, an inter homines, an inter belluas connumerare debeas, vt de Tiberio, Caligula, Nerone, Helio-gabalo) traduntur, quæ, ne honestas aures offendam, silentio prætermitto. Certè illud constat, eos missos in villam fuisse ad porcos pascendos. Subdit: Et cupiebat implere ventrem de siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Siliqua dupliciter ac-

cipitur: primùm pro folliculo, siue integumento cuiusvis leguminis, vnde Plinius fabis illam tribuit, & gratâ pecori docet, & Virgilius in Georgicis: Grandior vt fetus siliquis fallacibus esset. Est & siliqua Græca fructus arboris, quæ à Galeno in lib. Simplicium interpretatur, & ipse fructus κεραιος Græcis dicitur, siliquis tectus falcatis, humani digiti longitudine, iisque; prædulcibus, & ob id in cibum expetitis, cum semè propter amaritudinem negligatur. Ita Plinius tradit. De qua Horatius libro epistolarum: Viuit siliquis, & pane secundo, describens vilem, siue seruilem cibum. Et in hoc sensu accipiunt Chrysostomus, & sectatores eius hoc loco siliquam. Siliqua, inquit Euthymius, ad breue spatium gustui dulcescunt, deinde vt plurimum constringunt. Siliqua igitur vilis est cibum, & seruorum, siue contemptibilem hominum, foris dulcis, intus vacua, & duram glandem habens: & colligitur fructus hoc anno remanente flore pro fructu sequentis anni, & vulgari lingua Italica à quibusdam dicitur felicola, vel succella, ab alijs carrubia, quòd Syra est vox, vt docet Syriacum Euangelium, ab alijs vainella. Pulchre autem representat peccati voluptatem, & dulcedinem, quæ in se ipsa vilissima est; & vilissimos tantum, planeque; stultos & seruos pascit: nam exterius dulcedinem quædam promittit, intus verò vacua est, & glandem duram remorsus conscientie in se continet. Ambrosius, & Augustinus siliquas mysticè interpretantur, steriles scientias seculares, de quibus Hieronymus ad Damasum: Possumus autem, inquit, & aliter siliquas interpretari. Dæmonum cibus est: carmina poetarum, secularis sapientia, Rhetoricorum pompa verborum. Hæc sua omnes suauitate delectant; & dum aures versibus dulci modulamine currentibus capiunt, animam quoque penetrant, & pectoris interna deuinciunt: verum vbi cum summo studio fuerint, ac labore perlecta, nihil aliud, nisi inanem sonum, & sermonum strepitum suis lectoribus tri-

Plin. lib. 18 cap. 12. Virgil. lib. 1. Georg.

Gale. lib. 7 Simplicium.

Plin. lib. 13 cap. 28.

Horat. lib. 2. epist. 1. paullo ante medium.

Chrysost. homil. de patre & duobus filiis, tom. 2. prop. fin. Euthym. in Lucã, cap. 57.

Siliqua, cibus qualis.

Quibus siliquis cupiebat infelix prodigijs vestrem suam plerè, nec poterat.

1. Joan. 2. & 2. Pet. 2. Ambros. libro 7. in Lucã, cap. 28. tom. 5.

August. lib. 2. quæst. Euang. 9. 53 sub initium.

Hieronym. tom. 3.

Atheniensis B Hieronym. de siliquis.

Seculares scientie à Doctoribus cur siliquis comparantur.

bunt:

Misera peccati conditio filiqua proprietate signata.

Psal. 144. Psal. 102.

17 Prodigii summa infelicitas, & miseria.

Caietanus in Lucam, cap. 15. Quid inuideat peccatori demon, secundum aliquos. Palea populo Dei a Pharaone denegata quid mystice. Exod. 5.

Peccatori nihil a demon inuidere.

Secundum argumetum.

Auari miseria.

buunt: nulla ibi saturitas veritatis, nulla refectio iustitiae reperitur: studi earum in fame veri, & virtutum penuria perseverant. Sic ille. Ad haec, in filiqua flores vnius anni, fructus sunt sequentis: quia peccatum, quod per poenitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Habetq; formam falcis, quia instar falcis animum a Deo vitae fonte praecidit, & in aeternam mortem adiudicat. Et hic est egregius cibus, quo suos daemon pascit; cum Deus impleat omne animal benedictione, & solus repleat in bonis desiderium nostrum. Cumq; illis saturari concupisceret hic adolescens,

Nemo illi dabat, scilicet, ut illis posset saturari, ut infeliciores esset ipsi porci, qui saturabantur: quibus verius seruebat, quam imperabat. Nemo illi dabat. Docent quidam, demonem hominibus peccatoribus inuidere, quod delectabilibus satient appetitum suum; & idem priuat eos, ne fatientur, ut augeat peccatum. Solet enim ex habitu peccans, minus voluptatem peccati percipere, & idem grauius Deum offendere. Et ita demonem denegasse filiquas adolescenti. In cuius rei typum in Pharaone demon adubratus, filijs Israel, quos opprimebat in operibus duris luti, & lateris, non dabat promissas paleas, id est, voluptatem, & iocunditatem peccati, cum exigeret consuetum numerum laterum. Sed hec non satis exacte dicuntur: tum quia per hoc demon daret occasionem peccatori, ut redeat conuersus ad Deum, cum viderit se concupitis frui ac potiri non posse: nam idcirco respicit Prodigus, eo quod non posset filiquis explere suum desiderium. Deinde peccatorem inuoluit sordibus, non est materia inuidiae diabolo: imo id est, quod ipse cupit, quia illa sunt homine indigna, & scit quod ipso facto peccatum auget. Nec est timendum quod fatientur, id est, fastidiant, qui voluptatibus, & libidinibus vacant: nam auarus non satiatur, sed crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit: Et delectationes gustus & tactus per exercitium, & vsum non extinguuntur,

sed excrescunt, & instar hydropis laborantis, quo plus bibit peccator, tanto magis sitit.

Ideo dicendum est, Deum disposuisse, ut non satiaretur, ex misericordia, est enim beneficium Dei, ut peccator concupitis careat, quod facilius reuertatur, & dicat: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor?* Denique diuinam prouidentiam munus est, ut peccata animum satiare non valeant, quo facilius se peccatores ab illis extricare valeant: ait enim Salomon: *Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit.* Infernus (id est, diabolus, qui terram comedens, id est, terrenos homines, nunquam satiatur) & os vuluae (id est, carnis concupiscentia, quae inexplebilis est) & terra, quae non satiatur aqua (id est, cupiditas diuitiarum.) Denique, est Ignis, id est, illa ambitio, & incensio, qua totus exardescit animus, honoris, & gloriae cupidus, ut ille Luciferi, & Alexandri Magni, qui cum subiecto a se orbe, audisset Philosophos de alijs mundis disputantes, ingemuisse fertur, dolens vix sibi vnum esse subiectum. Et rursus in Ecclesiastico: *Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis* (quia quicquid videt, concupiscit) *non satia bitur, donec consumat arefaciens animam suam.* Sic ille. Excruescat enim animam curis, & sollicitudinibus, & corpus extenuat, & tabefacit. Vides ergo infelicem adolescentioris sortem in regione longinqua. De qua Hieronymus ibidem: *Id quod in Ezechiele cum increpatione dicitur ad Hierusalem: Et factum est in te peruersum ultra mulieres; quae ante fornicationem tuam, & post te fornicatae sunt in eo quod dediisti mercedes, & mercedes tibi non sunt datae: videmus in filio minore completum. Substantiam suam in regione principis perdidit, & post perditas facultates misus ad porcos egestate contabuit.*

Sed ne modum excedat hic Tractatus, hic sistendum est, & intentum considerandum, quem finem sortiantur presentium voluptatum expletio, & in quam miseram, & acerbam famem terminetur. De qua Isaias; *Ve, inquit,*

18 Prodigio illi filiquas nemo cur dabat.

Qua nã fiat diuisio prouidentia, bona ut huius fecerit, quaeque illa sint, nunquam satiare hominem possint. Prouer. 30 Insaturabilia tria, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit, apud Salomonem quae uanitas.

Gen. 3. Isa. 14. Alexandri Magni ambitio.

Ecc. 14.

Prouer. 27

Hieronym. tom. 3.

Ecc. 29.

Ezech. 16.

19 Qualem exitum sortiantur praesentium voluptatum expletio. Isa. 65.

qui

Ponere Fortunam mensam, id est, qui splendidè uiuitis de bonis fortunae. Et infra: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce, serui mei bibent, & vos sitietis: Ecce, serui mei letabuntur, & vos confundemini: Ecce, serui mei laudabunt praexultatione cordis, & vos clamabitis praedolore cordis, & praecorritione spiritus ululabitis. Nam quia gulae vitium comitari solet loquacitas, unde Diues, qui epulabatur quotidie splendidè, vexabatur in lingua: ideo Isaias post famem seruorum meminuit clamoris: quia clamabunt, & non exaudientur. Pulchre etiam de fame damnatorum dicitur per Prophetam: *Conuertentur ad vesperam* (hoc est, sero) *& famem patietur ut canes* (id est, canina fame torquebuntur, quia perpetuo erunt famelici) *& circuibunt ciuitatem.* Psal. 58.

Luc. 16.

Expenditur illud Propheeta: Conuertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes & circuibunt ciuitatem. Psal. 58.

Matth. 26.

De quo quis eo priuatus non doleat.

qui ponitis fortunam mensam, id est, qui splendidè uiuitis de bonis fortunae. Et infra: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce, serui mei bibent, & vos sitietis: Ecce, serui mei letabuntur, & vos confundemini: Ecce, serui mei laudabunt praexultatione cordis, & vos clamabitis praedolore cordis, & praecorritione spiritus ululabitis. Nam quia gulae vitium comitari solet loquacitas, unde Diues, qui epulabatur quotidie splendidè, vexabatur in lingua: ideo Isaias post famem seruorum meminuit clamoris: quia clamabunt, & non exaudientur. Pulchre etiam de fame damnatorum dicitur per Prophetam: *Conuertentur ad vesperam* (hoc est, sero) *& famem patietur ut canes* (id est, canina fame torquebuntur, quia perpetuo erunt famelici) *& circuibunt ciuitatem* (foris manentes, clausa caeli ianuam.) *Ipsi dispergentur ad manducandum, quasi desperati curstantes ad emendum oleum, vel ad quarendum panem: & cum uiderint se non posse obtinere, blasphemabunt, ululantes praecorritione spiritus.* Haec enim comodi boni appetitio necessaria est ad tormentum eorum: nemo enim dolet, priuatus eo quod non appetit. Proinde tempestiue oculos aperiamus, & sobriè agamus, Tantali sitim, qua ille in medijs aquis cruciatur, meditantes, ut a domo paterna, in qua omnia bona suppetunt, non discedamus, sed aeternam hereditatem in obedientia permanentes custodiamus, praestante Domino nostro Iesu Christo; cui cum Patre, & Spiritu sancto exhibeatur omnis honor, gloria, & imperium, per infinita saecula, Amen.

TRACTATUS XXVIII.

In eadem parabolam adolescentioris filij ad patrem reuertentis: a quo magno gaudio, & solenni conuiuio exceptus est. Luc. 15.

De box

18 N. Se autem reuersus, dixit: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor?* Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei; *Pater, peccaui in caelum, & cora te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenarijs tuis.* Et surgens uenit ad patrem suum.

Dauid propheta magna cum exultatione cecinit: *Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum.* Est enim peccati abyssus immensa, & quodammodo infinita, ut quasi accersat infinitam Diuinam misericordiam abyssum. Haec tenus ergo casus, & infelicitas adolescentioris iuuenis descripta est: nam ex filio Dei in summam miseriam immunda animalia pascendi prolapsus est: qua in parte multos habet imitatores, & sectatores hic adolescentens. Iam uero Euangelista describit restorationem eius, & in pristinae dignitatis gratiam reditum, & blanditias ineffabiles, quibus a clementissimo parente benignissime susceptus est: quanquam nostro uitio, & socordia paucissimi inueniantur, qui histanti parentis blandimentis, & fauoribus, ad seriuè agendam poenitentiam excitentur: & propterea non multos habet in hoc reditu sectatores prodigus adolescentens, sicut in casu habuit plurimos imitatores.

Sed iam ad textum explicandum accedamus. Et primum cum ait; *In se autem reuersus*, docet quod adolescentens putans se a patre recedere, etiam a se ipso recesserat: unde poenitentia reditus est ad se ipsum, & per se ipsum ad Deum: nam utrumq; Scriptura asserit: *Redite, inquit, praeuaricatores: ad cor de uestro.* Deinde etsi facile sit iuuenem a peccato reuertere ad Deum, difficile tamè est, cum callum obdlexerit, iuxta illud Salomonis in Prouerbijs: *Adolescens iuxta uiam suam, etiam cum consenserit, non recedet ab ea.* Et Hieremias: *Si mutare potest Aethiops pelle suam, aut pardus uarietate suas, & uos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.* Cum ergo dicitur, *in se reuersus, non intelligas proprijs tantum uitijs,*

1 Psal. 41. Peccatiabyssus quanta sit.

2 Eorum quae propheta sunt argumentum de filio prodigo ad patrem redente.

3 Poenitentia quid sit.

4 Isa. 46. Ioel. 2.

5 Prou. 22.

6 Hierem. 13.

7 Per quem iuuenior illud ad se ipsum rediit.

sed

sed actus à diuino Spiritu, sine quo anima non potest redire ad seipsam, si cut nec post mortem ad propriū corpus: quemadmodum cādela extincta non potest per se iterum accendi, bene autem ab alio. Quòd si obijcias, in peccatore remanere fidem; non negabo: sed ita remanet, vt nisi Diuino auxilio adiuuetur, per se illa bene vti nõ valeat: quanquã faciliorem efficiat reditum ad Deum, cum habitū fidei habeat eorum quæ credēda sunt, maximè de bonitate, & clementia Dei.

Ad hæc, aduerte, quòd ex proprio sui ipsius amore peccator, vt plurimum, incipiat respiscere, bona quæ perdidit, & mala quæ incurrit considerando, vt hic, qui dicebat: *Quantum mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereor?* Et videtur hæc verba cum suspirio quodam ex intimo corde profecto dixisse. Et idem est, Quãti, pro Quot, vel quã multi.

Iam quæredum, quid intelligat per mercenarios. Theophylactus, & Euthymius per mercenarios intelligunt Catechumenos, nondum per Baptismum adoptatos: quibus credentibus datur adoptio. Verba Theophylacti sunt hæc: *Vt discas differentiam mercenarij, & filij, audi. Tres sunt ordines eorum qui saluantur. Alij enim, vt serui faciunt bonum, timentes iudicium: quod & Dauid insinuat, dicens: Confige timore tuo carnem meam; à iudicijs enim tuis timui. Mercenarij verò esse videntur, qui desiderio bonorum bene placere Deo cupiunt, sicut & ipse Dauid dicit: Inclinaui cor meum ad faciendum iustificationes tuas in æternum propter retributionē. At filij sunt, qui propter amorem in Deum mandata perficiunt, sicut iterum Dauid testatur: Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est. Et iterum: Leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: nõ quæ timui. Hæc ille. Idem ferè Ambrosius docet hoc loco: Mercenarij autem qui sunt, inquit, nisi qui ad mercedem seruiunt? qui sunt ex Israël non id quod bonum est, probitatis studio persequentes, nec virtutis gratia, sed utilitatis studio prouocati. Et verus filij, quibus*

bet sancti Spiritus pignus in corde, secularis mercedis lucella non querit, qui ius seruat heredis. Sunt etiam mercenarij, qui conducuntur ad vineam. Bonus mercenarius Petrus, Ioannes, & Iacobus, quibus dicitur: *Venite, faciam vos fieri piscatores hominum. Isti, non siliquis, sed panibus abundabant. Deniq; & collegerunt fragmentorum cophinos duodecim.* Hæc Ambrosius. Hanc egregiam doctrinam non ignorauit Gregorius Theologus, qui oratione in sanctum Baptisma, Enim vero, inquit, cum eorum qui salutem assequuntur, tripartitus ordo sit, seruatorū videlicet, mercenariorum, & filiorum: ita te cõpara, vt si seruus sis, plagas extimescas: si mercenarius, id pnum spectes, vt mercedem accipias: si autem ijs sublimiorem locum tenens, atque in filiorum ordine cõsaris, Deum, vt patrem verere, bonorū operum studio incumbere, quia bonum est patri morem gerere, etiam si ex ea re nihil questus ad te rediturū sit. Hoc ipsum merces est, patri placere, atque inseruire. Quæ tria vtinam non cõtemnamus. Hactenus Gregorius.

Ex quorum Patrum doctrina potes accipere, duo constitui mercenariorū genera: alterum eorum, qui propter lucra temporalia operantur: licet & serui sunt, qui metu malorum temporalium à peccatis abstinere: alterū eorum, qui ad vineam conducti sunt, & in æternam mercedem oculo secundario respiciunt: & de his secundis videtur hoc loco esse sermo. Nã et si omnes sunt filij Dei, qui dono gratiæ insigniti sunt, & omnes aliquo modo sint mercenarij, quia ad mercedē respiciunt, & cum hoc Deo placere noverint, & propter Deum suam remunerationem diligant: peculiariter tamen sunt mercenarij incipientes quidam, qui in mandatorum obedientia ad præmium respiciunt. Filij verò, qui propter Deum operantur, obliuiscuntur mercedis, hos ait abundare panibus, nempe sacris literis, & Sacramentis, quæ cõsolationes præstant, & gustus spirituales: qui respectu stomachi nostris, panes sunt, respectu autem beatorū micæ existunt. Vt enim Indæis de Aegypto egrēdiētib; datum est manna,

Quid querat habens sancti Spiritus pignus in corde.

Matth. 4. Boni qui mercenarij Ambrosio. Ioann. 6.

5. Mercenario rum duo genera: de quo hic illorum fiat mentio.

Exod. 16.

Quid iuuet peccatoris reditum ad Deum.

3. Vnde peccator respiscere incipiat.

Mercenarij qui dicuntur hic panibus abundare.

4. Theophyl. Euthym. Triplex ordo eorum, qui salutem consequuntur.

Psal. 118.

Ibidem.

Ibidem.

B. Ambros. ibidē, tom. 5. in Lucā.

2. Cor. 3.

Alter sensus de mercenarijs.

Psal. 83.

Vbi prodigus miserabilis fame peribat; & quare.

Quemadmodum ille sur rex, vt iret ad patrem suum.

Ephes. 5.

Quibus pedibus iuit ad patrem.

Qualis filius prodigus.

Psal. 31.

In cœlū peccet quis.

Luc. 15.

ita istis imperfectis facit delicias Deo. Vel mercenarij, secundū alios dicuntur, qui nõ omnino digni sunt hereditate, vt qui nõdum ad illum filiorū affectum peruenerint; sed tamē miseretur illorū Deus. Nisi quis malit intelligere eos, qui sola spe bonorū huius vitæ à vitijs abstinent: qui longè meliore cõditione sunt, quã qui se precipites dant in omnia flagitia. Sed prior expositio magis placet. Peccator igitur sic implorat Diuinā misericordiam, vt non audeat petere restitutionē in pristinū statum, ac priora dona, sed tantum vt recipiatur intra domū in gradu inferiori, iuxta illud: *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quã habitare in tabernaculis peccatorū.* Ego autē hic fame pereor? Ego, inquit, qui olim erā filius. Hic, id est, in regione peccati. Iā incipit agnoscere regionis longinquæ sterilitatē: quã vtinã omnes agnoscāt. Et fame se agnoscit perire, quia anima sine delectatione esse non potest, & amissa Diuina, opus est hominē fame perire: quia peccatū semper vrget, & acuit esuriem, nisi ad domum patris redeamus. Surgam, & ibo ad patrem meum. Surgam ab actu, vel consuetudine peccati: & quia me iacere infelicitate cū porcis agnosco, & profundū somnum cū Epimenide hactenus dormire, ita vt toties clamantem Dominum, & dicentē: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis: et illuminabit te Christus, surda aure transferim. Ibo, inquit, ad patrem.* Affectibus animi, dolore prioris vitæ compunctus: fiducia, & desiderio melioris vitæ: hi enim sunt gressus, quibus eadum est ad Patrem. Et dicam ei, Pater. Nondū dicit, sed proponit se dicturum: quemadmodum & ille, qui se in regionem longinquam abijisse cognouerat, dixit: *Constitēbor aduersum me iniustitiam meā Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Peccauit in cœlum, & coram te. Hoc nõ videt qui peccat; aliàs erubesceret coram Deo peccare. In cœlū peccat, qui cœlestia bona terrenis posthabuit; vel qui spiritum carni, vel Dæmones Angelis cœlorum habitatoribus anteposuit. Si enim gaudium est in cœlo, super vno peccatore penitentiam agen-

te, certè nõ potest non esse tristitia in Angelis super vno iusto iustitiæ nuntium mittente, & peccatum amplectēte. Et coram te, Quem iudicem, & omnia vidētem despexi. Vel, peccauit contra te, & coram te, quod maximè peccatum aggrauat. Propterea enim rapina peior est furto, & conuitiū deteriori detractio eiusdem generis; & in cõspectu, & præsentia alterius peccetur. Idcirco Dauid considerans se peccasse contra Deum, & corā Deo, rectè dixit: *Tibi soli peccauit, & malū coram te feci.* Vel sensus est, Peccauit publicè in cœlū, & secretè; id est, te solo conscio. Et dicēdo, Corā te, incipit agnoscere se ita à domo patris discessisse, vt nõ potuerit oculos patris euadere, & iam sapiens dicere possit: *Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?* Aduerte quoq; in confessione neminē alium esse accusandū præter nos ipsos. Iam non sum dignus vocari filius tuus. Iā, inquit, ex quo peccauit, & in barathrum obscenarū voluptatum me tradidi. Et recordatur felicitatis præteritæ, quã olim nõ cognoscebat. Nõ sum dignus vocari filius tuus. Imò dignū me agnosco omni supplicio, quia vt Absalon machinatus sum proditiōnē in patrem meum, & vt alter Cham detexi verenda patris mei. Et deniq; qui tatum rebellionis flagitiū admisi, dignus sum, qui lapidationis morte pereā, iuxta poenā à lege statutā. Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Nolebat esse mercenarius, sed mercedē eius ex humilitate petit: quasi diceret, Nõ audeo petere redintegratiōnē in statū filij, nec dona grandia, sed dona incipiētium, & imperfectorum. Pulchrè Petrus Rauēnas in hac parabola: *Hoc petit, quia qui penes extraneū seruā senserat libertatē, penes patrem credit sibi futurā liberā seruitutē.* Et surgens venit ad patrem suū. Exequitur verè penitens quod corde concepit, & de liberauit. Surgit autem, humano conatu peculiari Dei opitulatione coniuncto, sed manēte adhuc in eo peccato, propter quò longè adhuc erat à patre, & adhuc patris egebat misericordia. Venit ergo ad patrem suum, id est, coepit venire: velle enim venire ad patrem,

Peccare coram Deo quid.

Psal. 50.

Alterasententia.

Psal. 118.

In confessione ne accusandus quis tantummodò.

Filius prodigus cur indignus erat vocari filius tamen, & misericordis patris.

2. Reg. 18. Gen. 9.

Deuter. 21.

Quid postulat illa dicens: Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.

Petr. Chrysolog. serm. 2.

Vt surrexit veniens ad patrem suum.

Quæ nãm illius fuerit dum ad patrem rediret cogitatio, vt nonnulli meditantur.

non solum venire, sed peruenire est. Quid autem adolescentior ille rediens ad patrem per viam cogitabat? Meditatur quidam illum verba Hieremias cap. 31. mente sua verasse, *Audiens audiui Ephraim transmigratorem, sive, ut Hebraea habent, plangentem: Castigasti me Domine, & eruditus sum quasi iuueniculus indomitus. Conuerte me, & conuertar, quia tu Domine Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi poenitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum, & reliqua quae sequuntur. Est autem percutere femur, aut affligere carnem, quae causa est recessus nostri per peccatum a Deo, vel potius respicere, & errorem praeteritum agnoscere, quod percussio femur, aut frontem indicare solemus.*

¶ Cum autem adhuc longum esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.

Quid percutere femur, apud Hieremiam.

6 Cur filius iunior patri appropinquans, dicitur tamen longum esse. Secunda ratio.

Zachar. 1. Iacob. 4.

Tertia ratio, & quinta.

Quo nam oculo vidit illum pater suus. Matth. 26.

Psal. 85.

Psal. 33.

Verba haec diligenter sunt excutienda, quia omnia quae in mysterio reconciliationis hominis cum Deo contingunt, luculenter atque eleganter hic describuntur. In primis igitur dicitur esse longum, quia omnis humana poenitentia, & conatus resurgendi non promerentur iustificationis gratiam, nec sufficiunt, nisi acceptentur ex Dei misericordia, ad remissionem peccati, nisi per Christi sanguinem adiuuentur. Deinde non satis est peccatorem se auertere a peccato, ut appropinquet Deo, nisi ipse Deus conuertatur ad nos. Proinde quod dicitur solet: *Conuertimini ad me, & conuertar ad vos*: rursus: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*: hic videmus graphicè depictum: nam ubi filius coepit redire, statim pater illi occurrit. Dicitur etiam esse longum, vel quod adhuc in peccato esset, vel cum reliquijs peccati, & tetationibus luctaretur, vel denique quod per humilitatem longum se abesse a Deo existimaret. Dicitur pater illum vidisse, oculo quo respexit Petrum ad salutarem poenitentiam: qui oculus misericordiae est, de quo dicitur: *Respice in me, & miserere mei*: qui tamen peccatore oculo toro iustitiae respicere solet, secundum illud: *Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum*. Et prius vidit pater filium, quam filius viderit patrem; quia ipse prior dilexit nos; & propterea praueit nos in benedictionibus dulcedinis. Dicitur *miseri cordia motus*. Vbi pulchre ait Petrus Rauennas: *Mouetur misericordia, qui loco non potest dimoueri*. Sic ille. Misertus vero est Dominus plusquam pater, & mater misereatur filij vulnerati noctu ad se confugientis, qui cum lumine, & magno viscerum dolore ei occurrunt, ut vulneribus medeantur: *Quomodo, inquit, miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se*. Et rursus, *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio vterit sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui*. Occurrit autem Dominus misericordiae, non soli, sed illi, quae cum poenitentia coniuncta est. Et cum propheta Dauid duplicis misericordiae meminerit, nempe praueientis, de qua ait: *Et misericordia eius praueit me*, per quam homo excitatur ut resipiscat, & a peccato resurgat; & alterius, quam vocant subsequenter, de qua ait: *Et misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitae meae*, per quam homo iustificationis gratiam accipit, & perseuerantiam, & alia dona idonea ad semel adeptam iustitiam conseruanda: propterea hoc loco vtriusque meminit Lucas. Nam ad seipsum reuertitur, surget a peccato, redire ad patrem, confiteri peccata sua, & humiliari, & tanquam mercenarium satisfacere velle: omnes motus isti fuerunt misericordiae praueientis: quae vero consequuntur de occursum, amplexu, & osculo, & vestimentis, & conuiuio, & vitulo faginato; subsequenter misericordiae sunt fructus.

Et accurrens cecidit super collum eius. Expede verbum, *accurrens*: Filius dicitur venire, dum surgeret, Deus vero dicitur accurrere: quia Deus prior est ad misericordiam, & bonum nostrum, quam nos ipsi. Deinde accurrat celeriter praeparanti se, non expectatis filij precibus, sed nativae, & paterna pietate victus: quemadmodum ignis ad stupam siccam accurrens, facile eam incendit. Tertio, dicitur accurrere, non valens se sustinere

Quid est quod pater filium prodigum vidit prior.

1. Ioann. 4. Vis misericordiae. Petrus Rauenn. serm. 3. Dei misericordia in filium iuniorum quanta. Psal. 102. Isa. 49.

Misericordiae cuius Dominus solius misereatur.

Psal. 58.

Psal. 22. Duplicem Dei gratiam, siue misericordiam agnouit qualem.

Quid est quod pater filium prodigum vidit prior.

1. Ioann. 4. Vis misericordiae. Petrus Rauenn. serm. 3. Dei misericordia in filium iuniorum quanta. Psal. 102. Isa. 49.

Misericordiae cuius Dominus solius misereatur.

Psal. 58.

Psal. 22. Duplicem Dei gratiam, siue misericordiam agnouit qualem.

7 Quare accurrat pater ad filium prodigum venientem. Deus quam promptus ad clementiam. Secunda ratio.

Tertia ratio

Quarta ratio.

Occursus Dei quid.

Psal. 69.

Psal. 58.

Isa. 64.

Quo modo cecidit super collum eius. Supra 9.

Matth. 11.

Trahat ut daemones hominum peccatores.

Isa. 58.

Proverb. 1.

Matth. 11.

Super collum filij quodnam pater cecidit.

Ibidem.

Osculum in scripturis quid denotet.

2. Reg. 14

Gen. 2.

Peccatorum remissio, per facta quae reconciliatio vnde.

praecomiseratione pulchritudinis animae tanto opere se dilectae, & opera demoniae conspurcae, & foedatae, ut eam sanctificet, & mundaet. Postremo accurrat tardanti, ut praerberet subsidium: tardabat enim forte, trahente priori consuetudine, aut resistentibus malignis spiritibus, vel itineris labore grauatius. Propterea occurrit illi misericors pater, cuius occursum nihil est aliud, quam gratiae Diuinae succursus contra impedimenta conuersionis. Proinde precatur Propheta: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me, festina*. Et iterum: *Exurge in occursum meum, & vide*. Et Isaias, *Occurristi latanti, & facienti iustitiam*. Subiungit: *Et cecidit super collum eius*. Tanquam a maiestate sua cadens, quasi homine indigeret; ut ita nos amplexu suo dignaretur, & brachijs amoris nos constringeret. Super collum etiam cecidit, ut durum iugum exactoris a nobis tolleretur, & iugum suauis obedientiae suae nobis imponeret. Nam ut versus cum catena ducitur ad praebendum pueris spectaculum; ita peccator tanquam captiuus a demone peccati catenauit: de qua catena dicitur a Propheta: *Si abstuleris de medio tui catenam*. Cum ergo haec catena diuina ope a nobis auferatur, aurea torques collo nostro imponitur, de qua in Proverbij Salomon: *Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuae; ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo; & de qua Dominus in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos*. Tollite iugum meum super vos. Nam plus debet tunc obedire, qui tantam Dei misericordiam experitur. Est autem collum nostrum, voluntas prius arrogans, & rebellis: sed flectenda est, ut ferat suauis iugum Domini. Et osculatus est eum. Per osculum in scripturis significatur reconciliatio: vnde Rex Dauid dum reconciliatur filio suo Absaloe, osculatus est eum. Rursus per osculum sanctificauit pollutum os hominis, insufflato flatu suo in eum; id est, dando Spiritum sanctum, qui est Patris, & Filij osculum. Atque ita amplexu, & gratia reddita, ablatum iugum daemone, impositum iugum Euange-

lij; osculo vero restituta amicitia, & donatus Spiritus sanctus, ex quo proficitur plena remissio culpa, & perfecta reconciliatio. Recte per Hieremiam Dominus peccatorem alloquitur: *Vulgus dicitur (id est, Fabula vulgi est, & hominum vocule) si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eum ultra? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus: id est, te suscipiam, & in charissimam sponsam apprehendam, si fidem in futurum seruare proponas, & tui te peccati poeniteat. Ecce in hac parabola depictam graphicè insignem Dei ad nos misericordiam in suscipiendis peccatoribus. Nec curanda vox Cain de venia Dei desperantis: *Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear*: sunt enim demones qui tales cogitationes suggerunt, de quibus Dauid: *Multi dicunt animae meae, Non est salus ipsi in Deo eius; cum tamen Tu susceptor meus sis, gloria mea, & exaltans caput meum*. Dixitque ei filius, *Pater, peccavi in caelum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus*. Depromit sui accusationem, quam antea premeditatus fuerat. Et post osculum gratiae debemus considerare quid ex nobis simus, & humiliari Deo, & accusare peccata nostra: ut notauit Euthymius. Hinc D. Paulus memor vitae antea, seipsum accusat. *Fidelis sermo, inquit, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum*. Et in alio loco: *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persequutus sum Ecclesiam Dei, &c.* Dauid etiam post acceptam remissionem peccati, cecinit egregium illud carmen: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam*. Illud praeterea considerandum quod annotauit glossa ordinaria. Proposuerat dicere, *Fac me sicut unum ex mercenarijs*: sed accepto osculo reconciliationis illud praetermittit, & ad dignitatem filiorum aspirat: nam sicut perfecta charitas foras mittit timorem, ita etiam mercenarium amor.*

Vel absorptus paterna benignitate, se

Hierem. 3.

Gen. 4.

Psal. 3.

Ibidem.

Post acceptum Dei osculum nobis quid considerandum.

Euthym. c. 57. in Lucam 1. Tim. 1.

1. Cor. 15.

Psal. 50.

Osculum filio prodigo patrum quid contulerit. Glossa ordinaria.

1. Ioann. 4.

totū in patris gratiā pijcit nihil petēs. Cœpit autē timore famis, deinde amore mercedis ad Deū conuerti, & peruenit ad filiorum Dei dignitatem. Aduerte etiam, patrē induci in hac parabola tanquā mutū ad filiū suum, & sermone deslitutum: quia amore, & gaudio filij reuertētis ebrius erat: & postquā filius seipsum reprehēdit, pater illum neq; carpit, neq; accusat.

Quid est quod illum pius parens non legitur allocutus.

8

Dixit autē pater ad seruos suos, *Citō proferte stolā primā, & induite illū, & date anulū in manū eius, & calceamētū in pedes eius: & adducite vitulum saginatū, & occidite, & māducemus, & epulemur; quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuētus est. Et cœperunt epulari.* Nōdum filius omnia quę meditatus erat, singultu sermone interrūpente, protulerat, & plus loquebatur lacrymis, quā oratione; & pater de eō ditādo, & exornando pręcepta seruis tradidit: Pater enim clemētissimus nō inonat s̄uis verbis, nō minatur verbera, non abdicationē, non exprobrat fugā, vel ingluuiē, nō facultatū dissipationē, non alia vitę prioris dedecora: vt veram cōprobes esse sentētiam Dñi apud Ezechielē: *Si impius egerit pœnitētiā ab omnibus peccatis suis quę operatus est, & custodierit omnia pręcepta mea, & fecerit iudiciū, & iustitiā, vita uiuet, & nō morietur. Omnium iniquitatū eius, quas operatus est, nō recordabor, in iustitia sua quā operatus est, uiuet.* Similitropo Dñs loquens ad Hierusalē, qualiter eam multis modis ornauerit, ait per eūdem Ezechielē: *Vestiuī te discoloribus, & calceauī te hyacintho, & cincti te bysso, & indui te subtilibus, & ornauī te ornāmēto, & dedi armillas in manibus tuis, & torquē circa collū tuū.* Hęc ibi, alludēs ad ornāmēta muliebrīa, sicut hęc ad ea, quę virū decēt.

Parentis in eūdem benignitatis argumenta.

Ezech. 18.

Quibus Hierusalē Dominus ornamentis decorauerit.

Sup. 16.

9

Duplex genus iustificationis.

Sed vt hęc plenius intelligātur, & suauius degustentur, nō est ignorandū, duplex genus iustificationis inueniri: alterū, per cōtritionem perfectā ante vllum Sacramētū actu susceptū; alterum verò per imperfectā, sed cum Sacramento doloris nostri defectum supplētē: & vtriusq; figura in hac parabola elegāter, si attēdas, describitur.

Prodigus simul ac contritus, & in se reuerius dixit, *Surgā, & ibo ad patrem meum, & dicam, Pater, peccauī in cœlū, & corā te* (in quo est votum cōfiteđi) *Iā non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.* Ecce propositum satisfaciēdi. Et tandē Dominus *Miserercordia motus, & accurrēs cecidit super collū eius, & osculatus est eum.* Ecce q̄ gratiam recōciliationis, cōtritio cū cōfessionis, & satisfactio nis voto assequitur: at verò qui attritus est, siue imperfectam cōtritionem habet, hoc osculum pacis nō recipit, nisi actu ad Sacramētum accedat, & dicat pater ad seruos suos, id est, ministros Christi, & dispensatores ministrorum Dei, *Citō proferte stolam primā*, id est, primā gratiam, quę in Sacramento Pœnitētię datur his qui Baptismi gratiam per peccatū perdidērunt. Deinde sequuntur epulę vituli saginatū, id est, cōmunio sacrosanctę Eucharistię: quia etsi Deus cor cōtritum nō despiciat, tamen *Nō est aliud nomē sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat illos fieri saluos, nisi illud Christi Iesu*, id est, inter alia, Sacramentorū à Christo institutorum inuentio. Hoc idem in quibusdam miraculis Christi cernere est. Vehemens enim fides Cęturionis: puero suo salutē Christi verbo redditā impetrauit: fides etiā Reguli auctior facta, sanitatem filij obtinuit: & leprosi ex fide eūtes ad sacerdotes, munditiā à lepra sunt affecuti. At verò cæcus natus opus habuit spūto Christi, & luto, & lauari in Natatoria Siloē: & surdus & mutus sine tactu, & verbo Christi sanatus non est. Ad hūc modum, votum Sacramenti Pœnitētię cōtrito sufficit ad iustitiā; attrito verò, & nō satis perfectē peccatū suū detestantī, sensibilis sacri signi exhibitio ad iustificationem prodest.

1. Cor. 4. Quid: Proferte stolam primam.

Vitulus saginatus quia mysticē. Psal. 50. Alt. 4.

Matth. 8. Ioann. 4.

Luc. 17.

Ioann. 9.

Marc. 7.

10

Quibus seruis pater prodigi dixit: Proferte stolam primam. Hebr. 1. 2. Cor. 5. Petr. Chry solog. ser. 3.

tatem: hinc est quod à seruis ante vestiri voluit filiū, quā videri; vt soli patri nota esset nuditas; quia pater solus videre filij nō poterat nuditatem. Hęc ille. Et stola prima (cū duplici articulo expressa in Græco verbo τῆς σολῆς, τῆς πρώτης, id est, illā stolā, illam primā. Erat autem genus vestis ad talos vsq; demissę, quę nō seruis, aut mercenarijs, sed filijs tantū cōueniebat. Et vocat illam primam, id est, pręcipuā; vel solā, primitiā, quā filius ante discessum à patre indui solitus erat. Et hęc gratiā, siue charitatem significat; quia est omnium maxima, & operit multitudinē peccatorū, & prima virtus, & de qua est primū mādatum, & quę datur in Baptismo, cūm dicitur: Accipe vestem cādidam, & immaculatam. Est q; vestis nuptialis necessaria ad cōuiuium Eucharistię, ex quo sine illa inuentus foras proiectus est. *Induite*, inquit, *illum.* Suauiter applicando, vt sic fiat hominōuus. Et *date anulū in manū eius.* Annulus, signum erat ciuilitatis Romanę, & spōsę quę tradebatur nuptijs. Et significat fidem sanctę Trinitatis, quę sine principio est, & sine fine: quę rotūda est per æternitatem, aurea per sapientiā: in qua est adamas fortitudinis cōtra tentationes, quia *funiculus triplex difficilē rūpitur.* Ita filij Dei per fidē fiunt ciues Dei, & spōsę Christi, iuxta illud: *Sponsabo te mihi in fide.* Annulus etiā in arrhā alicuius rei dari solet: vnde Theophylactus, anulū in arrhabonē spiritus datū exponit. Hic annulus debet esse in manu; vt fides nō sit sine operibus, & vt opera pœnitentiū pulchra sint, & pro fœditate pręerita satisfaciant. *Et calceamenta in pedes eius.* Spei virtus est, quę affectus nostros comprimit, & facit nos ambulare, vt non sentiamus spinas perturbationū nostrarum, à demone, vel mundo, vel carne nostra ortarum, & vt possimus ambulare, & calcare scorpiones, & serpētes, id est peccata, quę nobis blādiuntur, siue parua sint, vt scorpūs, siue magna, vt serpētes. Pascha etiam nō edebatur, nisi ab habentibus calceamenta in pedibus suis: ita & pascha nostrū, qui est Christus in Eucharistia, nō legitimē celebramus, nisi calceati pedes fiducia Diuinę misericordię in pręparationē Euāgelij pacis. *Et adducite vitulū saginatū.* Gręcē dicitur, vitulum illū, cū articulo duplici, scilicet insignē, & pro nostro reditu à peccato ad Patrem pręparatum: quemadmodum ille dixerat: *Pascitur in vestrū reditū votius iuueca.* Est autem Christus vitulus, qui factus sub lege ipsius iugum tulit: qui pro peccato multitudinis, & sacerdotis offerri iubetur in Leuitico. Nam *posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrū.* Vocat hunc vitulum saginatū; nimirum pinguedine charitatis, & obedientię, patientię, & mansuetudinis. Theophylactus tamē annotauit Gręcē dici σιτρούς, hoc est, frumento pastū: *Quia panis*, inquit, *quę frangimus, secundum id quod apparet, ex tritico cōfectus est.* Et subdit: *Et occidite*, id est, interfecit, & pro peccatoribus crucifixum celebrate in Sacramento, & verbo. Gręcē dicitur ὁ σαρ, id est, mactate in sacrificiū; id est, commemorate in sacrificio Eucharistię pro peccatorib; oblate. Est enim illud incruētū sacrificiū illius cruenti in cruce peracti memoriale, & ad cuiusvis peccatoris iustificationem peculiariter celebratum. *Et manduceamus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Voces sunt ad cōuiuium iocundē, & festiuē celebrandum inuitantes. Et Deus ipse nobiscum manducare dicitur, atq; epulari, quando nos rectē manducamus Christū: *Ego inquit, sto ad ostium, & pulso, si quis auerit vocem meā, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Manducat ergo Deus illum, cū eius obedientiā probat, & in illa letatur: manducamus verò nos, cū credimus, & gratias agimus, & summopere delectamur in bonitate, & charitate Dei Patris, quā nobis in Christo ostendit, & in ipso Sacramento significauit. Et causā iactitię est, quia filius mortuus erat gratię Dei, quā restituta, reuixit: perierat verò apud hostes dæmōnes detentus, quorū manus vt euasit, inuentus est.

Stola olim quid erat.

Stolam primam cur vocet.

Charitatis effectus. 1. Pet. 4. Prou. 10.

Matth. 22.

Annuli quis vsus, & quid signet.

Eccl. 4.

Ose. 2.

Alter vsus annuli. Theophyl. Annulus cur dari iussus in manum filij.

Quid calceamenta prodigi pedibus imposta.

Quos scorpiones, & serpētes debeamus calcare. Exod. 12.

1. Cor. 5.

Pascha nostrum quo modo celebrandum.

gitimē celebramus, nisi calceati pedes fiducia Diuinę misericordię in pręparationē Euāgelij pacis. *Et adducite vitulū saginatū.* Gręcē dicitur, vitulum illū, cū articulo duplici, scilicet insignē, & pro nostro reditu à peccato ad Patrem pręparatum: quemadmodum ille dixerat: *Pascitur in vestrū reditū votius iuueca.* Est autem Christus vitulus, qui factus sub lege ipsius iugum tulit: qui pro peccato multitudinis, & sacerdotis offerri iubetur in Leuitico. Nam *posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrū.* Vocat hunc vitulum saginatū; nimirum pinguedine charitatis, & obedientię, patientię, & mansuetudinis. Theophylactus tamē annotauit Gręcē dici σιτρούς, hoc est, frumento pastū: *Quia panis*, inquit, *quę frangimus, secundum id quod apparet, ex tritico cōfectus est.* Et subdit: *Et occidite*, id est, interfecit, & pro peccatoribus crucifixum celebrate in Sacramento, & verbo. Gręcē dicitur ὁ σαρ, id est, mactate in sacrificiū; id est, commemorate in sacrificio Eucharistię pro peccatorib; oblate. Est enim illud incruētū sacrificiū illius cruenti in cruce peracti memoriale, & ad cuiusvis peccatoris iustificationem peculiariter celebratum. *Et manduceamus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Voces sunt ad cōuiuium iocundē, & festiuē celebrandum inuitantes. Et Deus ipse nobiscum manducare dicitur, atq; epulari, quando nos rectē manducamus Christū: *Ego inquit, sto ad ostium, & pulso, si quis auerit vocem meā, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Manducat ergo Deus illum, cū eius obedientiā probat, & in illa letatur: manducamus verò nos, cū credimus, & gratias agimus, & summopere delectamur in bonitate, & charitate Dei Patris, quā nobis in Christo ostendit, & in ipso Sacramento significauit. Et causā iactitię est, quia filius mortuus erat gratię Dei, quā restituta, reuixit: perierat verò apud hostes dæmōnes detentus, quorū manus vt euasit, inuentus est.

Ephes. 6.

Quis ille vitulus saginatus.

Horat. lib. 1. Epistol. Gala. 4.

Leuit. 4. Isa. 53. Hic vitulus cur dicatur saginatus.

Theophyl.

Idem quare ratione mactatus.

Manducat Deus nobiscum, atq; epuletur quādo.

Apocal. 3.

Nositem, cū Deo manducemus quādo.

Vbi primū epulemur cum Deo.

Matth. 5.

Psal. 16.

Dei in nos Patris mira charitas.

2. Cor. 5.

Quemadmodum nos ille sit deofcularus, vestierit, pauerit.

Luc. 2. Ibidem.

I. Ioann. 2.

Psal. 56.

II

Et cœperunt epulari. Hic per Eucharistiam initium fit conuiuij in cœlesti gloria exhibendi, & complendi, ad quod vt perueniamus, esuriendum est, & sitiendum: quia Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Hic enim saturatio esse nō potest, sed tunc satiabor, David inquit, cum apparuerit gloria tua. Stupēda autem est Patris cœlestis charitas facientis nobis seruire Filium suum. Est enim Christus brachium per scientiam & amorem nos complectens, & Pater in Christo mundum reconcilians sibi, tanquam brachio collo nostro applicato superbiam nostram humiliavit: osculata est nos Deitas per incarnationem Filij sui, ex qua factū est, quod vestiuit nos pelle agni, id est, innocenti eius humanitate, quasi stola prima, quam protulerunt Angeli annuntiantes natiuitatē pastoribus: datus est annulus in circuncisione, vt desponsaret nos sibi: calceamenta dedit per totam vitam, docens vt ambulamus sicut & ipse ambulauit: datus est vitulus in passione, & morte: data symphonia, & lætitia in resurrectione, vt propterea dictum sit: Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cythara: datum epulum manducandi in sacrosacta Eucharistia. Et hæc omnia facta pro quouis peccatore, iuuantibus Angelis, & Evangelicis ministris, vt agnoscas quā charam, & pretiosam habeat hominis respicientis salutem.

Erat autem filius eius senior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam, & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent? Isq; dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem; & volebat introire. Iam parabola explicat, quantē extiterint deliciae, & blanditiæ parentis, quibus exceptus est iunior filius: tantæ enim, ac tales extiterunt, vt filius senior, qui non postulauerat hæreditatem à patre, nec partem suā inhonestè consumpserat, sed labore manuum suarum in obedientia patris remanens auxerat, indignatus sit. Et

quāquam per allegoriam frater senior sit Iudæus, qui vetustatem legis, & antiquitatem Abrahæ iactabat, & de cōuersione Gentium admiratus dixit: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducaisti cum illis? tamen secundū sensum literalem, & magis parabolæ congruum senior hic filius significat iustum, qui moribus senilibus imbutus erat: hic obediens venire dicitur de agro, id est, de labore vitæ actiue, qua agrū animæ, & corporis sui colens substantiam suam augebat, vel prospexerat quid agerent in agro mercenarij, & serui. Et fingitur sciscitari vnum ex seruis causam tantę lætitiæ, & audire quod frater eius redijisset, & eum saluum pater excepisset; & propterea vitulum saginatum occidisse: vnde indignatione succensus, domum paternam ingredi noluit. Quæ non sunt ita accipienda, vt in Filio Dei hæc æmulatio maligna, & indigna possit deprehendi: sed proponuntur in primis propter Scribas, & Phariseos, qui murmurabant de Christo, quod susciperet meretrices, & publicanos, & manducaret cum peccatoribus. Et Dominus per parabolam responderet eorū murmuratiōni: Esto vos iusti sitis, sicut iste beneplacēs, & obediens patri: rogo vos ne murmuratis in reductione filiorum, & fratrum vestrorū: quin potius gaudete, si me, & fratrem vestrum diligitis. Et ita parabola continet verum murmur, iniustamq; esse eius causam. Quod si parabolam extendamus ad alios verè iustos, dicendum est dupliciter. Primò quidem, quod sicut non erit verum murmur in cœlo in recipientibus denarium pro labore totius diei, etiam si alij pro labore vnius horæ sint in præmio ipsis cœquati, ponitur tamen vt intelligamus, non posse esse iustā que rellæ causam: ita etiā, vt intelligamus nec hic esse iustam causam, fingitur in parabolæ murmur fuisse: quod rei signatæ non videtur applicandum. Secundo dici potest, propterea describi hunc zelum; vt discamus, quod nos qui natura mali sumus, eo sæpè corripimur, & motibus quibusdam iniustitiæ pulsamur, num rationabile sit,

Senior frater quis nomen sit. Act. 11.

Alter sensus congruior.

Quid est quod ille frater senior fuisse dicitur in agro.

Senioris fratris indignatio de iniure tam honorifice suscepto à patre te qualis illa.

Luc. 15. Matth. 9.

Hæc parabola senioris fratris de laute excepto fratre murmurantis, ad iustos dupliciter accommodatur.

Matth. 20.

Alter sensus

Luc. 11.

Psal. 72. Hierem. 12.

Iob. 5.

12 Additur tertius sensus.

Theophyl.

Euthym. su pricitatus.

Iose. lib. 7. De Bel. Iudaic. c. 1. sub finem.

13 Symphonia & chorus quid significet.

Chorus in scripturis quid.

eum, qui diu in peccato vixit, tantis blanditijs excipi. Quemadmodum David ait: Zelauit super iniquos, pacem peccatorum videns, & Hieremias; Quare via impiorum prosperatur; bene est omnibus qui præuariantur, & inique agunt; & Iob; Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Videtur enim sensui nostro indignum esse, & rationi dissentiens, eius qui semper patri suo obedierit, nec semel vultum eius erga se lætum, ac hilarem sit expertus, redeuntem de regione longinqua fratrem rebellem, & omnia bona dissipatē tanto sumptu, & tam festiuo gaudio excipere.

Tertio, & fortassis magis ad rem, dici potest, tantam esse Dei benignitatem, & liberalitatem erga peccatores, vt & murmuratio in iustis, & sanctis viris inde oriri possit: quod si nō oritur, ex gratia Dei est, non ex natura ipsa, semota omni Dei gratia, foret. In hunc modum exponit Theophylactus: Sæpe, inquit, cum beneficijs quenquam affecimus, & deinde gratias egerit, dicimus: Reprehendunt me omnes quod tanta in te beneficia contuli: quamuis fortè nemo nos reprehenderit, attamen magnitudinem beneficentiæ ostendere volentes, ita fingimus. Euthymius etiam hoc loco, Ostendit huiusmodi, ait, indignatio, quod tantam demonstrat erga eos qui respiciunt gratiam, & gaudium, vt ceteris inuidiam mouere possit. Hæc illi. Et vt huius rei aliquod exemplum proponam, audi quid Iosephus libro De Bello Iudaico, de Tito Imperatore proponat. Refert enim, illum dixisse ad milites: Qui primus murum ascenderit, inuidendum remunerationibus fecero. Sic ille.

Quod verò dicitur, audiuisse symphoniam, & chorum, Græcè in plurali dicitur, choros. Est autem symphonia, concertus vocum, iuxta nomen, siue sit vox humana, siue tibiariū. Chorus Græcè, significat multitudinem saltantium, & locum saltationis: quæ admodum modò in templo Chorum vocamus locum cantus, & ipsum motum, id est, saltationem lætam. In scripturis verò, Chorus, est instrumentū

musicum, vt cum dicitur: Laudent nomen eius in choro, in tympano, & psalterio psallant ei; & rursum, Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo. Hoc autem loco non videtur accipiendum pro instrumento musico, vel pro loco cantantiū, maximè si legatur in plurali, choros, sed pro multitudine cantantium, & saltantium. Itaq; præ læticia canebant, & saltabant: sicut in Exodo dicitur: Vidit vitulum, & choros, & in libro Iudicum, Et factis cantantium choris ingressi sunt fanum dei sui: & alibi, Cantantes, chorosq; ducentes; & infra, Nonne huic cantabant per choros, &c. Et in Nehemia: Statui duos magnos choros laudantium. Hæc latius persecutus sum, vt per chorum intelligas canentes, & saltantes, vt in comædijs, & tragædijs accipi solet. Et iuxta spiritum in cōuersione peccatoris lætatur chorus cœlestium sanctorum, & iustorū in terra, qui de peccatorum iustificatione gaudium ineffabile concipiunt. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondēs dixit patri suo: Ecce, tot annis seruius tibi, & nunquam mandatum tuum præterui, & nunquā dedisti mihi hædū, vt cū amicis meis epularer, &c. Occurrit Dominus malo fratris senioris zelo, blandè rogando eum vt introiret; dando videlicet gratiam iustis ad superandos malos motus. Et rogat, quia neminem cogit: & rogat, siue per se, siue per Euangelij prædicatores, qui dicunt, Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Isti autem dicunt se nunquam mandatum præterijisse: quia lethaliter non peccauerunt, etiam si nulla vita iustorum absq; venialibus delictis consistat. Queritur autem, quod ne hædū quidem illi dederit ad epulum cum amicis, id est, modicam aliquā, & exiguam consolationem respectu vituli, qui magnas consolationes significat: & vitam fratris sui luxuriosam cum meretricibus agnouerat ex nuntio. Et perpende verba: Filius tuus. Præ indignatione non dixit, Frater meus. Et grauissima solent esse odia inter fratres, vt inter Abel, & Cain; inter Iacob, & Esau; inter Ioseph, & ipsius

Psal. 149. Psal. 147. Cherumquē audierit frater senior rediēs ex agro. Exo. 3 2. Iudic. 9. 1. Reg. 18. Infra. 21. Nehem. 12. De filio iuniori chōrū qui & symphoni agāt apud Deum. Deus cur roget nos, & qua ratione. 2. Cor. 5. Mandatum Dei nunquā præterire, quid. Quem hædū, vitulū ue pater filio seniori negauerit. Fratrum inter ipsos odia qualia fere sint. Gen. 4. Infra. 27.

Infra. 37. & seq. 2. Reg. 13.

14

Parabolica hæc fratris de senioris in alium mure que dicuntur, tripliciter capiuntur, intelliguntur. Primo sensus.

Gentilis populini mori filio delineatio.

15

Parentis optimi, & prudentis purgatio apud filium seniore, quod in minori filio redeunt, nunquam verò filii delicias efficit, semper in omnibus obsequat.

fratres, quos ille criminis pessimi accusavit. De Amnone etiã legitur, quod Thamar sororem suã, & Davidis filiã, exosam habuerit odio magno nimis, ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore quo antè dilexerat.

Porrò hæc Pharisæorum obmurmuratio, cuius occasione hæc parabola dicta est, vt cõprimantur, præludium quoddã fuit eius indignationis, qua postea Iudæi obmurmuraverunt Gentium ad gratiam Evangelicam receptioni sine legis obseruatione; quarum Gentium vocatio & exceptio in publicanorum, & peccatorum receptio figurata est. Idcirco non ineptè quidã veteres Patres per duos vnus patris filios, duos populos, Gentilem vt iuniorem, & Iudaicum vt seniorè, & magis sapientem intellexerunt. Quare credibile est Dominum etiam hunc sensum vt allegoricũ, & mysticũ intendisse. Nã gẽtilis populus est, qui Deo neglecto abiit in regionẽ longinquã, vbi omnia bona sua dissipauit cũ scortis, id est, varijs idõlis cõsumpsit: ibiq; fuit fames solidæ veritatis, quæ mentẽ verè pasceret: cõcepitq; subiectus esse dæmonũ diuersorum potestati. Sed tandem à Deo vocatus est, & tot donis à Christo decoratus, vt ille iudaicus populus præ inuidia, & indignatione ingredi in domum Dei recusauerit: etiãsi pater ad eos egressus per prædicantes Apostolos explicauerit non solũ illos nullã habere iustam causam indignationis, sed etiam grauẽ & seriã exultandi ansam, & segetem, in salute Gentilium per Prophetas olim prædicta.

Blandè ergo respõdit pater: *Fili, tu semper mecũ, es & omnia mea, tua sunt. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Significat; Cur indignaris, fili mi, quod vel semel fratris tui nomine conuiuũ instruxerim? Nosti quod vobis vtriusq; hæreditatẽ dedi? hic iunior cum sua substantia profectus est in regionẽ longinquã, nihil mihi fuit oneri, nullos sumptus meo nomine fecit: at tu licet partem tuam non minus ac ille acceperis; tamen mecum es semper, &

meis sumptibus viuis, & meis vteris, non secus ac tuus. Hinc ille maiorem haberet exostulandi causam, quod ille nondum diuisa substantia hætenus fructus fuerit, qua ipse caret. Quasi diceret: Quod tu perseveraueris iustus, & non profectus fueris in regionem longinquam, mei muneris est: quod si hæc dum non tradidi, non hoc feci quasi parcus, aut avarus in te, sed metuens ne tu nimia peccares licentia, & dono abusus esses meo. Vitulus tamen pro te est immolatus, & excellentius salutem contuli, quia præseruavi à peccato; ac proinde non opus fuit noua lætitia, vel conuiuio, ac si te recuperauerim. Imò hoc festum, & lætitia ob recuperatum filium etiam ad te spectat, qui frater eius es, & tibi, atque mihi tanquam mortuus reuixit, & tanquam perditus nobis inuentus est: idèò gaudere, & lætari, non inuidere, & indignari oportebat. Et mihi, quia pater sum, & tibi, quia frater es, quia mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Gaudeamus igitur de peccatorum pœnitentia, & de reditu ad Deum, & precemur Dominum partem aliquã illius lætitiæ persentiscere, quam Angeli in cœlo de illorum respicientia habent, vt & illi iusti effecti, de nobis, qui cadere possumus, & post casum Dei gratia respiscere, aliquando congaudere, & collæteri vobiscum, & cum Christo valeant, cui cũ Patre, & Spiritu sancto detur omnis honor, laus, gloria, atq; imperiũ, in sempiternum. Amen.

TRACTATUS XXIX.

In parabolam de villico iniquitatis. Et habetur Luc. 16.

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud

Quod amplius beneficium senior filius accepit à patre, quã iunior.

16 De quorũhominũ salutem summopere lætandũ nobis sit.

I De huius parabola intel lecta veteres olim Patres quid senserint. D. Hieron. epist. Caeter. temeraria de illa sententia.

Hier. ad Algasia. q. 6. tom. 3. Quò tendat proposita parabola. Luc. 15.

Matt. 5.

Quare Paulus in epistola ad Titũ, & Timotheũ non solũ gratiam & pacẽ, sed etiam misericordiam à Domino precetur.

illum, quasi dispasset bona ipsius. Et vocauit illum, &c.

Difficilis admodum, & perobscura visa est olim Patribus hæc parabola, vt patet ex veteribus, præsertim ex B. Hieronymo, qui peculiari epistola ad Damasum Papam illam pertractat, ac edisserit. Idè etiam vilius est quibusdam nostri seculi scriptoribus: quorum quidam ausus est dicere, huius parabola applicationem non solum difficilem, sed etiam impossibile esse. Quasi verò quod aliquis illã applicare non nouerit, propterea consequatur simpliciter applicabile non esse; aut quasi Spiritus sanctus similitudines à scopo alienas assumpserit, vt per eas nos doceret mysteria cœlestia. Primũ igitur eius aperiemus scopum more nostro: deinde circa corticem similitudinis nonnihil dicemus: postremò nucleam cum cortice comparantes, applicationem eius trademus. Scopus à Hieronymo in epistola ad Algasia hic traditur. Cũ scribæ, & Pharisæi murmuraret de Christo, quod peccatores, & publicanos reciperet, & mādicaret cum illis, Dominus attulit quatuor parabolæ continuas: & per tres priores ex illis declarauit gaudendum esse de peccatorum conuersione, & cum illis blandè agendum, vt parabolis de oue, & drachma inuentis, & altera de filio ad patrem reuerso docuit: nũc istam quartam direxit ad discipulos, vt testatur Lucas (Et dixit ad discipulos suos) qua eos ad clementiam, animi lenitatem, & misericordiam cum peccatoribus exercendam adhortatur, ne dure agendo, sicut scribæ, & Pharisæi, qui sine misericordia peccatores, grauius delinquerent: vnde Dominus dixit: *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Hinc est, quod cùm gratiam & pacem in omnibus suis epistolis Paulus omnibus fidelibus precari consueuerit: in illis tamen, quas scribit ad Titum, & Timotheum, præter gratiam, & pacem, peculiariter illis misericordiam exoptat. Si enim mites fuerimus ad eos, quos pascendos suscepimus, mitem experiemur iudicem Dominum Iesum.

sum. Nam poterant dicere, Nos doctores sumus, muneris nostri est peccatores arguere, eos obiurgare, & excommunicatos ostendere ob flagitia, quibus inuoluuntur. Isti Dominus respondet: Videte quod & vos ad eãdem rationem reddendã vna die vocandi estis: ergo vocate debitores Domini, & absoluite eos ea parte debiti, qua valetis, vt sic liberi, & soluti peruenientes, ad æterna tabernacula possim vos recipere. Item poterant Pharisæi, & doctores obijcere, quod multa oporteret peccatoribus remittere debita, si hoc agendũ esset: quod tamen in manifestum Diuinę legis dānum vergeret, & viderentur parum zelare legem Domini, nisi debitis pœnis peccatores mulctaret, supplicijq; legitimis plecterent. His respõdet Dominus per hanc parabolam, Dominum Deum talem esse natura sua, vt etiam fraudari, fraudemq; pati libenter gaudeat. Quod faciunt pastores, quando clementer multa remittunt, & per coniuuentiam multa dissimulant ex his, quæ iuxta rigorem legis exigere poterant. Hic est parabola scopus, qui in applicatione magis elucescet.

In cortice aduerte, primũ, villicũ dici œconomum. Est autem villicus, qui vinea nostræ præest, eiusq; curã habet sub certa mercede: œconomus autem est ille, qui domui, & domesticis omnibus bonis domini præest, & dispensator est: vnde liber inscriptus ab Aristotele, & à Xenophonte descendit: & significat vniuersa domus dispensatorem, teste Cicerone. Propterea etiam hanc versionem œconomi, vel dispensatoris magis probat Hieronymus ad Algasia, de quo dicitur: *Quis, putas, est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiã suam?* Et Ecclesia Dei magis domui, quã villæ comparatur: & œconomus siue dispensor domus, plurimum est expositus calumnijs, & plus potest defraudare bona domini, quã villicus. Etiam si non absurdè in villa possit Ecclesia representari, & in villico, eius præfectus, siue præpositus. Fingitur hic bo-

Pharisæis, legibus; doctoribus zelotibus ac studio remittere nihil proximo volentibus, quid respondeat Dominus.

2 Villicus & œconomus inter se differunt.

OECONOMICVS. Cicer. libr. 2. de offic.

Hieron. ad Algasia. q. 6. Matt. 24. Luc. 12.

Villa, & villicus quid significent non ineptè.

Improba villici conditio.

I. Cor. 4.

Vnde etiam ille male se- leat audire apud domi- num suum.

Boni iudicis officium.

Taiqui dispē- tatoris pru- dētia, & altu- tia.

Virg. libr. Aeneid.

Menandri dictum.

Proverbiū.

Qualem de- derit cautio- cem debito- ribus domi- ni sui villi- cus iniquita- tis.

na domini sui defraudasse: nam id ge- nus hominum ad hoc vitium propen- sum est, vt meritò Paulus dixerit: *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fi- delis quis inueniatur.* Maximè quia fin- gitur Dominus facultatum suarū sum- mam ignorare. Ad hæc fingitur defer- ri ab alijs domino suo dispensator: quia tales, vt pote alijs præfecti, & ex quorum arbitrio alij viuunt, solēt esse magis iniurijs, & calūnijs eorū ex- positi. Præterea traditur Dominus illū ad se vocare, nō præcipitās sententiā, nec statim credens malum de dispen- satore, & comminante illi vt rationē dispensationis reddat: tūm vt omnes dati & accepti rariones interim præpa- ret; tūm vt locum habere possit igno- miniosa bonorum domini defrauda- tio. Rursus adiungitur ad se redire, & cogitare quomodo sibi prospiciat: Dominus meus (dicebat) quantum ha- beat in bonis, nescit: nihil, aut parum furtum meum illi incommodabit, mi- hi plurimum consulam, secretè mihi prospiciam. Fac resciscat, tu tibi pro- ximus esto.

Audentes fortuna iuuat: AEquū quis in necessitate requirat? Omnes, iuxta Menādrum, præ neces- sitate facimus mala: necessitas non ha- bet legem. Atq; ita fingitur vocasse ad se debitores domini, non omnes simul, sed figillatim: quo rem secre- tius transigeret: habet enim Textus: *Conuocatis singulis debitoribus domini sui: non ait omnibus, sed singulis; & ne, si omnes simul vocaret, & non æqualiter remitteret, vt hic fecit, ali- quis fraudem detexisset ex his, cui minus cōdonaret.* Dicebat ergo vni- cuiq;: *Inseruiam modò tibi, tu aliqua- do mihi.* Gratia gratiam parit, & ma- nus manum fricat. Quod ait: *Accipe cautionem tuam, vel literas, & scribe hoc vel illud:* intellige eum tradidisse illis syngrapham obligatoriam olim ab eis scriptam: illaq; rupta aliam ius- serit ab eis scribi, qua minoris sum- mæ se debitores agnoscerent. Vlti- mò inducitur, dominū probasse frau- dem dispensatoris, non tam factum eius, quàm ingenium, & artificiiū furis commendans, etiam si ipse fraudem

sit perpeffus. Laudauit ergo quod prudenter egisset, comparando sibi fauorem ab alijs, antequam eorū ope indigeret, melius esse ratus præueni- re, quàm præueniri. Serò sapiūt Phry- ges: serò dicitur, *Date nobis de oleo ve- stro.* Rectè Horatius, *Quis scit, an adijciant bodiæne crasti- na vita* *Tempora dij superis?* Et Martialis. *Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vinam.* *Sera nimis vita est crastina: viue hodie.* Et hæc de cortice. In applicatione non opus est vt exemplum, vel simi- litudo currat, vt dici solet, quatuor pedibus: quia esset eadem res: & gla- dius non scindit per manubrium, aut per aliam partem obtusam, sed per eā partem, quæ aciem habet: ad quod ta- men iuuat manubrium, & pars obtu- sa. Dicendum ergo quis sit iste homo diues, quis eius œconomus, & quo- modo delatus, & per quos, quatenus sensui parabola seruire possunt. Di- ues hic homo, Christus Deus, & ho- mo est: cui Pater omne dedit iudiciū. Et bene diues, in quo sunt omnes the- sauri sapientiæ, & scientiæ abscondi- ti, & qui ait: *Data est mihi omnis pote- stas in cælo, & in terra.* Diues etiam à se ipso, & quo nullus ditior: & vt di- citur in libro de causis, *Primū ens est diues per semetipsum, & non est diues maius.* Est autem diues in omnibus, quia infinitus in omnibus perfectio- nibus, & attributis: cuius diuitiæ etiā perire nō possunt: & quod maius est, diuitijs abuti non potest, imò seruo- rum suis abutentium diuitijs errores in gloriam suam conuertit. Diues po- stremò, quod omnes alios ditet, secū- dū illud: *Suscitat de puluere egenum & de stercore eleuat pauperem;* vt fe- deat cum principibus, & solium glo- riæ teneat.

OEconomus verò, siue dispen- sator eleganter Episcopi, vel pastoris typum gerit, quoniam Ecclesiæ, quæ domus Dei est, præficatur. Potest etiā extendi ad Principes seculares, qui Regnis, vel Prouincijs, siue ciuitati- bus gubernandis præficiuntur. Deniq;

De quo fue- rit laudatus à Domino suo ille villi- cus iniquita- tis.

Horat. lib. 4. Carm. Ode. 7. Martial. libr. 1. ad Iulium.

Applicatio parabola de villico ini- quitatis.

Quis ille ho- modiues qui habebat vil- licum iniqui- tatis.

Ioan. 5. Coloss. 2. Matt. ult. Auctor lib. de Causis propositio- ne. 21. Christi diui- tiæ incōpa- rabilia.

I. Reg. 2. Psal. 112.

Christi œco- nomi dispē- tatoris ve- qui nā sint. 1. Tim. 3.

Heb. 3.

Infamia quid.

Falsi calum- niatoris pœna. Dan. 13. & seq.

Amos. 4. Vnde etiam oritur infam- ia.

Peccata fœ- teant quan- do.

2. Mach. 9.

4. Quinos Deo deferant. Matt. 18.

Eccl. 10.

Dæmones: cur diaboli dicantur.

Tob. 2. Apoc. 12.

Gen. 4. Infra. 18. Iaco. 5.

ad quemcunq; patrem familiās, qui aliorum curam gerit, vel ad quemuis Christianum, qui domus conscientie suæ curam habet, & de qua ait Apo- lus ad Hebræos: *Quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei vsq; ad finem, firmam retineamus,* aptè accōmo- dari valet: quamuis ad literam magis ad ecclesiasticos pastores spectet.

Et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Infamia est fu- mus quidam, qui procedit ab igne te- tri odoris, qui necessariò illum produ- cit. Atq; ita frequentatum peccatum infamiam gignit. Quòd si quis diffa- matus sit citra culpam suam, pœna in- famiæ redit in caput calumniatorum: quemadmodum recidit in presbyte- ros, qui iniuste accusarunt de violata pudicitia Susannam. Ad hæc, proce- dit infamia tanquam fœtor de cadaue- re, de quo Amos propheta: *Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in naves vestras:* vt enim cadauer sepul- tum non fœtet, ita nec peccatum se- cretum & occultum. Si autem pecca- tum detectum sit, & in loco eminen- ti, hoc est, in prælato, & ad sit virtus, siue calor solis, hoc est, prosperitas, quæ peccare facit, vel ventus, id est, detractorum verba peccatum alte- rius disseminantium, tunc fœtidum, vel tetrum odorem spirat. Vnde de Antiochō scribitur, quòd fœtebat adeò, vt eius exercitus odore grauæ retur. Nam populus subditus malo exemplo superioris corrumpi solet.

Deferunt autem errores nostros ipsi Deo Angeli, bona, vel mala no- stra Deo annuntiantes, vt innuitur in eo quod dicitur: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, &c.* & in Ec- clesiaste scribitur: *Aues cæli portabūt vocem tuam, & qui habent pennas, an- nuntiabunt sententiam.* Deinde dæ- mones quoq; qui ab actu accusandi, vel calumniandi, diaboli dicuntur, no- stra peccata Deo præsentant, vt con- stat ex libro Iob, & Apocalypsis. Ad hæc, peccata nostra grauiā, & enormia clamare dicuntur ad Dominum, & pe- tere vindictam, vt effusio sanguinis Abel; infandum scelus, retentio mer- cedis operariorū: hæc omnia, & simi-

lia apud Deum nos deferunt.

Quasi dissipasset bona ipsius. Expen- de verbum, Quasi: nec enim bona Domini dissipari possunt, & Deus omnē dissipationē in bonum suū cō- uertit, sed quia, quod ad nos spectat, bona eius dissipamus, in alios vsus profanos & impios conuertendo po- testatem regēdi diuitias temporales, & alia Dei dona, quæ ad illā spectant, quemadmodum diximus filium pro- digum substantiam suam dissipasse. Et vocauit illum, & ait illi, *Quid hoc audio te? redde rationem villicationis tue.* Vocat Dominus, ad pœnitenti- am inuitando, siue per ministros suos, & prædicatores clamantes: *Faci te fructum dignum pœnitentiæ.* Iā enim *securis ad radicem arborum posita est.* Omnis ergo arbor, quæ non facit fru- ctum bonum, excidetur, & in ignē mit- tetur; siue per synderesis scintillam semper ad optima deprecantis: quæ nunquam extinguitur, & sola denun- tiat omnium bonorum iacturā. Quæ aptè repræsentata est in illo vnico nū- tio qui veniebat ad Iob, vt annuntia- ret vastationem bonorum suorum, & dicebat: *Eua si ego solus vt nuntiarem tibi.* Vocat præterea per infirmitates, & necessitates corporis, vt famē, si- tim, laborē, dolorē, senectam, faciei rugas, & capitis canos, qui sunt velut mortis instantis nuntij. Sunt enim ple- riq; qui cum iure citentur, vt compa- reant ante iudicem, putant se legitime excusatos, si dicant: Citationem, aut ministrum neq; vidi, neq; audiui. Sed vt in iure, nuntijs satis est venire in domū eius, qui in ius vocatur, atq; ei, si ad sit, annuntiare iudicis manda- tum; si verò absit, satis est mandatum valuis affigere: ad hunc modum et si multi, vt surdi, prædicatores, aut con- fessores, non audiant, satis esse debe- ret pro nuntio citante, podagram, aut febrim incurabilem, aut canos, aut ru- gas aspicere, quibus corpus nostrum quasi quædam domus nostræ portæ affigitur, vt intelligamus mortem non longē abesse, & rationem bre- uī nobis esse reddendam. Et ait il- li, *Quid hoc audio de te.* id est, Nun- quid hic rumor, qui ad aures meas

Bona Dei à nobis quate- nus dissipen- tur.

Luc. 15.

Deus quibus modis vocet nos. Matt. 3.

Infra. 7.

Synderesis proprium quid, & qua- lis sit. Iob. 1.

Mortis nuntij qui nam sint.

Idoneè qui censeantur satis in iudi- cium vocari.

A Equi, acbo
ni iudicium
nus insinua
tum à Domi
no
Gen. 18.

Delatores
Principibus
quatenus au
diendi sint.
Dan. 13.

Basiliius E-
pist. 54.
Aliquem ad
se deferenti
bus respon
dere quid so
litus erat Ma
gnus Alexan
der.

Eccli. 18.

Quibus dere
bus Deo red
denda ratio
sit.

Hierem. 23
Ezech. 13.

peruenit, verus est? Nec enim debet
quis sola denuntiatione ferre senten
tiam in denuntiatum, sed debet ad se
vocare, & diligenter explorare facti
veritatem: quemadmodum Deus di
xit: *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæo
rum multiplicatus est, & peccatum eo
rum aggrauatum est nimis. Descendam,
& videbo utrum clamorem qui venit ad
me, opere compleuerint, an non est ita,
ut sciam.* Nec facile credendum est de
latoribus à principibus, maximè cum
quicquam sinistra de boni nominis vi
ris audiunt: quare erubuerunt vehe
menter serui Ioachim, quia nunquam
dictus fuerat aliquis malus sermo de
Susanna. Propterea à Alexāder Magnus
(vt docet Basiliius ad Athanasium in
epistola quadam) aliquem ad se defe
rentibus respondere solitus erat, se
alteram aurem seruare ad audiendam
partem oppositam. Utinam omnes
Principes, qui prudentes haberi vo
lunt, in hoc Alexandrum Magnum
imitaretur. *Redde rationem villicatio
nis, siue dispensationis tuæ: id est, Co
gita quod breuē sis euocandus ad red
dendam rationem.* Propterea con
sultum tibi est illam præuenire, iuxta
illud Sapientis: *Ante iudicium interro
ga te ipsum, & in conspectu Dei inue
nies propitiationem.* Et quisq; intelli
gat, in voce dispensationis multa &
magna delitescere, de quibus reddenda
est ratio, nempe de bonis omisissis,
de malis admisissis, de bonis fortunæ,
corporis, & animæ internis, de pretio
sa temporis merce; de animabus fidei
tuæ creditis, & de ingressu in Eccle
siam quam administras, de ministerio
verbi, & Sacramentorum, quo oues
pascuntur, de personali residentia,
quam debes ouibus tuis; de fructibus
ecclesiasticis, quorum eras non domi
nus, sed dispensator, an rectè in paupe
res alendos, infirmos curandos, &
puellas orphanas dotandas dispensa
ueris, an verò in tuos consanguineos
ditandos expenderis: & similia multa,
quæ si homines prudenter consi
derarent, & certò futura crederent,
non tanta siti, & ardore ecclesiasticas
dignitates ambitur: quibus illud Pro
phetæ rectè congruere videtur: Non

mittebam prophetas, & ipsi currebant.
His enim, qui altiora ecclesiarum sub
sellia affectat, & cum magno gaudio,
& amicorum congratulatione illarū
possessionem occupant, illud propo
modum contingit, quod viatori ad
hospitium diuertenti euenire solet.
Vt enim ille ingēti cum applausu ho
spitis excipitur, & omnia illi ingre
dienti fausta & læta pollicetur, sed in
egressu ab hospite iratus, magnaue
indignatione cōmotus recedit, quod
tam arctè & strictè rationem sumptuū
exegerit, & ad solutionem etiam eius
rifus quo susceptus est, adegerit: ita
pastor, faustum eius ingressum ad ec
clesiam suam omnes bene ominantur
& gratulantur; verum ignorant tales
quanto rigore in egressu per mortem
sit ab eo ratio exigenda de potesta
te, & ouibus sibi commissis, earumq;
fructibus, & temporarijs emolumen
tis, & quanta animi indignatione pro
pterea perturbandus sit, & in ignem
geennæ præcipitandus. *Iam enim non
poteris villicare.* Sermo est terrorem
incutiens. Amouetur planta ab horto
propter sterilitatem, vt fictis illa per
triennium expectata, nec reddens fru
ctum: præscinditur membrum à cor
pore propter corruptionem, de qua
intelligi potest illud: *Si oculus tuus
scandalizat te, erue eum, & projice abs
te: spoliatur homo officio propter
mādati transgressionem, vt seruus pi
ger, & ab administratione propter ne
gligentiam excluditur, & hic dispen
sator propter defraudationem bono
rum domini.*
*Ait autem villicus intra se: Quid fa
ciā, quia dominus meus aufert à me vil
licationem? Fodere non valeo, mendica
re erubesco.* Tunc tandem dominum
se habere cognoscit, & adimendam
sibi intelligit per mortem villicatio
nem: non erit amplius tempus facien
di, sed patiendi. Propterea ait: *Fodere
non valeo, mendicare erubesco.* Per fof
sionem intellige ieiunium & pœni
tentiam: per mendicationem, orandi
siue deprecandi donum. Et neutrum
post mortem fructuose fieri potest,
vt constat in his, qui damnati sunt ad
geennā, vbi nec pœnitentię, nec ora

Altiora ec
clesiarū sub
sellia affe
ctantes, qua
lem ferē vi
tæ exitū sor
tiantur.

Qualis ser
mo sit istead
villicum.
Ia enim nō
poteris villi
care.

Luc. 13.

Matt. 18.

Infra. 25.

Quid est
quod villi
cus iniquita
tis dicebat
intra se: Fo
dere non va
leo, mendica
re erubesco.

Luc. 16.

Fodiāt qui.

Gen. 26.

Iob. 3.

Spiritualiter
qui fodiant.

Veteris ho
minis sepul
tura.

Matt. 13.

Erubescat
spiritualiter
quis.

Prou. 21.

Matt. 18.

7

Salutaris sciē
tia quæ & in
telligentia.
Deut. 32.

Ionæ. 3.

est locus: vnde Epulo ille, qui rogabat
mitti ad se Lazarum, vt intingeret po
stremum digiti in aquam, vt tangeret
linguam suam, non est auditus. Fo
diunt qui colunt plantam, vt ferat
fructū: fodiūt etiā, qui volūt inuenire
aquā viuā, vt serui Isaac foderūt in tor
rēti, & repperūt aquā viuā: Fodiunt
deniq; qui thesaurū inuenire volunt,
qui quoniā iuxta sepulchrum inueni
tur, propterea sepulchra libenter ef
fodiunt, de quibus Iob: *Quasi effodien
tes thesaurum, gudentque vehementer
cum inuenerint sepulchrum.* Ad hunc
modum, qui carnem macerant per
ieiunia, fodiunt, vt anima ferat v
beriore fructum, & vt inueniant
gratiam lacrymarum, & vt per pœ
nitentiam, quæ est veteris hominis
sepultura, cœlestium diuitiarum the
saurum inueniant. Sed in inferno
nullus est locus edendi fructum,
nulla gratia lacrymarum, vbi erit
fletus, & stridor dentium, nullus
denique thesaurus, vbi summa est
inopia & egestas. Erubescit etiam
iste orare, qui conscius sibi est dono
deprecandi se esse destitutum, & qui
nouit se deprecantem non exaudien
dum, qui pluries fratres suppliciter
rogantes noluit audire. Qui enim
obthurat aurem suam ad clamorem
pauperis, & ipse clamabit, & non
exaudietur: & in Euangelio Domi
nus dixit: *Serue nequam, omne debi
tum dimisi tibi, quoniam rogasti me:
Non ne ergo oportuit te misereri con
serui tui, sicut & ego tui miserus sum?*
*Scio quid faciam, vt cum amotus
fuerō à villicatione, recipiant me in
domos suas.* Scio, inquit. Utinam sa
peres, & intelligeres, ac nouissima
prouideres. Ad hoc enim Dominus
comminatur mortem instantem, &
tremendum illud iudicium, vt quisq;
tempestiuè ad se redeat, & nouerit
quid faciat, & euadat horrenda illa, &
æterna geennæ supplicia. Nam vt
Dominus per Ionam prædicationem
ad Niniuitas misit, dicentem, *Adhuc
quadragesima dies, & Ninive subuertetur,*
postea tamen Dominus ad pœni
tentiam, & bona illorum opera placā
tus est, & ciuitatem non subuertit: ita

interminatur plerunq; geennam, vt il
lius timore excitati, & ad resipiscen
tiā prouocati illam effugiamus. *Conuo
catis itaq; singulis debitoribus domini
sui dicebat primo: Quantum debes domi
no meo? At ille dixit: Cētum cados olei.
Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam: &
sede, citò scribe quinquaginta.* Deinde
alij dixit: *Tu verò quantum debes? Qui
ait: Centum coros tritici.* Ait illi: *Acci
pe literas tuas, & scribe octoginta.*
Quisnam debitor sit olei, & quis tri
tici, quis ve vnus cuiusq; debitor, &
quæ cautio debiti, & quare prior scri
psit quinquaginta, posterior vero octo
ginta, ac similia, quæ in præsentī repe
riuntur parabola, non est necessarium
inquirere, vt doctè ait Euthymius, si
quidē ad nihil aliud efficta sunt, quā
vt ostēdatur, quod dictus dispēsator,
dū dispēsationis tēpus habuit, prudē
ter domini rebus ad suū commodum
abusus est, & per eas in futerū suam
salutem procurauit. Et per debitore
tritici, cōmodè intelligere possumus
debitorem temporalium bonorum:
per debitorem olei, eum, qui in spiri
tualibus debitum contraxit. Et plus
possumus in his spiritualibus remitte
re, quā in tēporalibus: nā in illo quin
quaginta remittuntur, per quē nume
rum plenaria remissio ob annum iubi
lei, & quinquagesimū psalmum desi
gnatur: in bonis verò temporarijs mi
nus possumus remittere, & minus illa
bona possidemus.
Ad literam aduerte, cadū Latinis
& Græcis vas esse vinarium: quo vinū
conditur, continens congios decem,
vel, vt alij volunt, duodecim: ta
men pro illa voce in textu Græco ha
betur Batus, quæ mansura est olei,
de qua Ezechiel: *Mensura quoque
olei, batus olei, decima pars cori est:
& decem bati corum faciunt, quia
decem bati implent corum.* Viderur
ergo batus vox Hebræa, de qua
Iosephus in Antiquitatibus: *Ba
tus, inquit, liquidorum genus est.
Capit sextarios septuaginta duos.* Hæc
ille. Corus verò, vox Hæbreæ est,
& mensura aridorum, & continet
decem ephi, siue decem batos, vt re
statatur Ezechiel, & Iosephus explicās

Euthym. c.
18. in Lucā.

Per tritico
batorē quid,
& per debi
torem olei.

Numerūs
quinquage
narius quid
signet.

8
Cadus Græ
cē, atq; Latī
nē quid.

Ezech. 45.
Batus quid
sit.

Iose. lib. 8.
Antiqui. c.
2. in fine.
Corus, qua
lis mensura.

Ezech. 45. Iose. lib. 3. Antiqui. c. vlt. & lib. 15. cap. 12. circa med.

9 Erasmi in hunc locum falsa interpretatio re- fellitur.

Matt. 10. Gen. 3. Euthym. ibidem.

Qualis tantu sit prudentia hominis peccatoris.

1. Cor. 1. Isa. 33. Qua ratione filij huius seculi prudentiores sint filijs lucis.

eorum, scribit mensuram esse, quæ ca- piebat medimnos Atticos quadragin- ta unu. Et laudavit Dominus villicu iniquitatis, quia prudenter fecisset. Hic Do- minus qui laudavit villicu, & dixit, fi- lios huius seculi prudentiores esse fi- lijs lucis in generatione sua, est villici Dominus, de quo supra villicus dice- bat, Quantu debes domino meo? Et con- cludit mutata persona: Et ego vobis di- co: verba sunt Christi applicantis para- bolâ, vt filij lucis imitentur filiorum huius seculi prudentiam.

Non ergo verum est, quod Domi- nus Iesus laudauerit alterius furtum, vt vult Erasmus, putans suum domi- num, cuius bona dispensabat, nequa- quam tale furtum, quo tantopere læ- sus erat, commendaturum, sed reuera fingitur tam liberalis, vt ingeniû po- tius, & industriâ sibi in futurû: con- sulêdi potius laudauerit, quam ipsum furtum. Non laudavit igitur de iniqui- tate, vel furto, sed de prudentia, & sub- tili artificio defraudandi: quemad- modum nec laudatur serpens de ve- neno, sed de prudentia, & astutia, vnde dicitur: Estote prudentes sicut ser- pentes, & rusus, Sed serpens erat calli- dior cunctis animantibus terræ, &c. Scri- bit autem hoc loco Euthymius: Quid manifeste consequatur, auditoribus reli- quit cogitandum. Nam si Dominus ini- iustitia affectus laudavit iniquum dis- pensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex iniustitia procurauerat: multo magis Deus, qui in nullo iniusti- tia afficitur, laudabit iustum, siue iusti- tiæ dispensatorem, qui videlicet suam ip- sius salutem ex iustitia dispensauerit: id enim habet iustitia, vt superflua pau- peribus diuidantur. Hæc ille. ¶ Quia fi- lij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Non est vlla vera virtus prudentiæ in peccatore, sed astutia, sagacitas, siue solertia, & diligentia, quæ prudentia dicitur: si- cut serpens prudens vocatur, & Paulus, Perdam, inquit, sapientiâ sapien- tium: & prudentiam prudentiu repro- babo. Aduerte, filios huius seculi pru- dentiores esse filijs lucis, nõ simplici- ter, sed in generatione sua: comparan- tur enim propriè ea quæ sunt eiusdè

generis inuicem: at vitiu cum virtute non potest conferri, id est, prudentia carnis, quæ mors est, cum prudentia spiritus, quæ illustris est, & vera vir- tus, sed proportione quadam. Mali namq; pro suis cupiditatibus exatue- randis: magis sunt industrij, & pru- dentes: quam sancti, & iusti pro Dei gloria illustranda, vel pro sua salute operanda. Est autem prudentia, re- cta ratio rerum agibilium, qua ad fi- nem optatum per certa quædam, & accõmoda media tendimus. Porro prudentia carnis nihil est aliud, quam ad scopum, vel malum, vel ex suo ge- nere mediû & indifferentè (vt est ma- gistratus, honor, sanitas, matrimoniû, diuitiarum consecutio, & similia) per illicitam, & vitiosam tendere viam: at verò spiritus prudentia, non nisi ad bonum & sanctum finem spectat, il- lumq; sanctis, & optimis rationibus assequi contendit. Habet autè prudè- tia quatuor partes, vt Philosophus tra- dit, quas hunc habuisse villicum tex- tus ostendit. Primò prouidentiam, qua cum sollicitudine quadâ prospici- mus nobis infuturum: vnde hic dice- bat, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? Secunda pars, est consiliû cum solertia, siue sagacitate quadam prouidendi me- dia opportuna, & commoda: quam hic villicus habuit: dum dixit, Fodere, vel mendicare, vel facere amicos oportet. Tertia prudentiæ pars est iudi- cium, quo ex his, quæ in consultatio- nem adduximus, eligimus quod me- lius est atq; præstantius: vt hic facie- bat, dicès, Fodere: viribus destitutus non possum, ex medicato viuere eru- besco: superest igitur vt amicos fa- ciam ex mammona iniquitatis. Quarta pars, est præceptum, quo iudicata executioni mādamus, quemadmodu ille fecit: nam conuocatis singulatim debitoribus domini sui, dixit, Accipe cautionem tuâ; & sede, scribe citò quin- quaginta; tu verò octoginta: & ita de- fraudavit dominum suum.

Sunt ergo prudentiores, siue soler- tiores filij huius seculi, hoc est, munda- di huius dilectores: ad inuenienda & excogitanda media ad attingendum

Quæ inter comparatio fiat. Rom. 8.

Prudentia quid.

Prudentia carnis quid sit propriè.

Spiritus pru- dentia quæ sit.

Partes Pru- dentia seculi Philo- sophum. Arist. lib. Ethic. 6. c. 8. tom. 3. Prouidentia quid. Consiliu seu solertia.

Iudicium.

Præceptum.

Quibus in re- bus à filijs huius seculi filijs lucis pru- dentia vin- cantur.

Quare filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sint.

Secunda ratio.

Tertia.

Filij huius seculi qui nã sint.

Luc. 20. Filij lucis qui verò.

Virgil.

scopu sibi præfixu, & propositu fine malum, quod tendunt, assequendum, hoc est, in vindicta facienda, in victo- ria litis comparanda, in obtinendo officio, quod per fas, & nefas appe- tunt, in exaturanda carnis libidine, in virgine, aut coniuge alterius decipiè- da, in furto perpetrando, & bello infi- dijs conficiendo: nam Dolus, an virtus, quis in hoste requi- rat? & in plerisque alijs huius generis. Sunt autem prudentiores filijs lucis in generatione sua, id est, ad compa- randa bona huius seculi, quam filij lu- cis ad acquirenda paradisi cœlestis gaudia: tum ob corruptionem natu- ræ, quia ad malum potius, quã ad bo- nu procliuues sumus, & ad malum ex natura corrupta propèsi, at ad bonum ex accidèti gratia. Deinde bona sensi- bilia fortius peccatores permouent, quã spiritualia filios lucis: quia magis nota magis alliciunt, & incognita dili- gere nõ possumus. Deniq; prudètia carnis in filio huius seculi maior est quã prudètia spiritus in filio lucis: sicut gladius fortis in manu pueri mi- nus scindit, quã gladius parutus in manu viri. Sunt autem filij huius se- culi (qui filijs lucis opponuntur) fi- lij tenebrarum; sicut filij lucis idem sunt, qui filij alterius seculi, de qui- bus Dominus: Filij huius seculi nu- bunt, & traduntur ad nuptias: Illi verò qui digni habebuntur seculo il- lo, & resurrectione ex mortuis, ne- que nubent, neque ducent uxores: ne- que ultra mori poterunt; aequales e- nim Angelis sunt: & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. Hæc Lu- cas. Et ita opponuntur filij tene- brarum filijs lucis plus in tenebris videntes, quod ad exaggerationem, & reprehensionem nostræ facit of- eitantiæ, sicut filij huius seculi op- ponuntur filijs resurrectionis; alio- qui oppositio non ita quadraret. Ta- le quid apud Poëtam inuenies, cum ait: Quondam iuuenis, nunc fœmina Cœ- neus: Nam ex oppositione fœminæ, iu- uenis marem significat. Quod verò

ait, In generatione sua, Græcè est *us rhp* *δεναι rhp iavov* Erasmus vertit, in na- tione sua. Sed melius est, vt gene- ratio accipiatur pro genere, vt sit sensus: Filij huius seculi prudentio- res sunt in genere suo filijs lucis: nõ quod filij huius seculi prudentiores existant in suis rebus, quã in illis eis- dem rebus sint filij lucis, qui munda- na non curant, vt explicat Caieta- nus: quia hoc mirum non est, sed il- lud admiratione dignum, quod filij huius seculi in ratione producendæ, & sustentandæ vitæ suæ temporalis attentiores sint, & vigilantiores, quã filij lucis in æterna vita comparanda per diuitiarum suarum in pauperes erogatione, quando ablata erit à no- bis dispensatio. Quod ita rectè intel- ligas, non quod semper illorum pru- dentia, vel sagacitas vincat filiorum Dei prudentiâ, sed quod vt pluri- mum ita fiat. Quod, meo iudicio, cõ- modè interpretatur Theophylactus, dicens: Hoc igitur dicit, quia homines humanis dispensationibus præfecti, om- nibus modis curam habent, & prouid- ent, vt cum destituti fuerint à dis- pensationis munere, consolationem ha- beant. Filij autem lucis ordinantur, hoc est, quibus concedita est spiritua- lis rerum dispensatio, non cogitant quomodo post hanc vitam cõmodum per- cipiant. Hæc ille. In rebus igitur tem- poralibus sumus Solones, in rebus spi- ritualibus Moriones.

Perpende, obsecro, prudens lector, somnolentiâ huius œconomi, vel vil- lici: primò enim nesciebat se dispensa- torè, sed putabat se dominu, cû dissi- paret bona, nec aduertebat quod ait Apostolus: Quid habes quod nõ accepi- sti? Dissipat porro quisq; bona domi- ni sui, quicunq; in alios vsus ea dispè- sat, quã dominus præscripserit. Dein- de nesciebat quantu quisq; deberet domino suo; ideò interrogabat, Quan- tu debes domino meo? cû tamè boni sit dispèfatoris quantu quisq; debeat do- mino suo, nosse, & illis exigèdis intè- dere. Tertio perspice ignorantia huius, quod cognita malitia sua, quã bona domini defraudauit, nõ putat tamè se posse etadere nisi magis defraudan-

Erasmi ver- tio minus ac- cominoda. Illud: in ge- neratione sua, quid sig- nificet.

Caietanus.

Alter sensus.

Theophyl. in Lucam.

II Mira villici iniquitatis oscitantia, & imperitia.

I. Cor. 4. Dissipet quis bono domini sui

do, & dissipando: atq; in hoc errore omnes nostro vitio versamur.

Concludit igitur Dominus, & ait: *Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Vocat Dominus hoc loco iniquum mammona, eo quod, ut ait Hieronymus, omnes diuitiarum de iniquitate descendunt: & nisi alter perdidit, alter non potest inuenire. Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima, Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Sic ille. Cui consonat illud Menandri,

Nunquam vir æquus, diues euasit citò.

Aut certè iniustæ vocantur diuitiarum, quia nimio studio, & diligentia congregantur, aut quia inique seruantur, non erogando eas in usus pauperum, sicut oportet. Aut, teste Augustino, quia diuitiarum veræ non sunt, sed falsæ, & iniquè sibi nomen illud vendicant: vnde & infra iniquo mammonæ opponitur id quod verum est. *Ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Obscura profectò est hæc conclusio, vt possit aptè accommodari parabola. Communiter autem dici solet, villicum in eo quod corruptis, deprauatisque chirographis de bonis domini sui amicos fecerit, iustorum personam non sustinuisse: non enim Domino, aut proximo suo iusti fraudem faciunt, vt inde faciant eleemosynas, quia nouerunt non esse facienda mala, vt veniant bona. Proinde volunt parabolam à contrario sensu concludere, vt dicamus: Si laudari potuis is, qui domino suo fraudem faciens in futurum sibi prospexit; quanto magis à Domino, qui nullum damnum sustinere potest, & ad clementiam pronus est, laudari promeretur, quisquis secundum illius præcepta sibi amicos faciat de diuitijs sibi creditis: quæ mammona iniquitatis dicuntur, quia earum studium plerumque iniquos, & iniustos facit possessores. Ita Augustinus interpretatur.

Alij verò dicunt, hanc conclusionem ironicè à Domino dictam, & per ironiam à nobis intelligendam: quasi

diceret; Comparate vobis amicos mala vestra dispensatione, circa mammona iniquitatis, id est, circa diuitias huius seculi, in quibus versatur iniquitas. *Ut cum defeceritis, A dispensatione remoti, & à vobis eius ratio exigetur, Recipiant vos in æterna tabernacula,* id est, perinde cruciemini, atque peregrinemini à Domino, ac si in æternis tabernaculis versaremini. Ita enim ex B. Hieronymo accipitur tabernaculum, vt sit castrèse tectum, quod semper mutatur, & huc atq; illuc transfertur: vt festum Tabernaculorum apud Iudæos ostendit, quo memoriam agebant illorum dierum, quibus peregrinati sunt in deserto. Locus ergo cælorum vbi quis est, & nulla peregrinatio, non potest esse locus tabernaculorum. In hoc ergo verbo ironia detegitur, & efficax admonitio: & illius Prouerbij veritas, quod prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis. Nam alioquin si intelligas, Dominum admonuisse ad eleemosynas erogandas, quomodo adaptabitur quod ipsi illas recipiètes sint eos excepturi in sua tabernacula, eo etiam dato quod per tabernacula cetera in cælis loca significantur. Vera enim eleemosyna verius Christo datur, quam pauperibus, quoniam pauperibus propter Christum erogatur: idè non ille, sed Christus debet in sua tabernacula recipere, iuxta illud: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Item qui accipit eleemosynam, non videtur promereri, vt dantem in cælo recipere valeat: imò interdum illi ipsi qui accipiunt, non seruantur, propter alia suademerita. Ad hæc, videtur ineptum, pastores si rectè dispensauerint eleemosynas, colligendos esse in tabernacula pauperum: nam cur, non potius pastores in tabernacula sua recipiant, qui rectè administrando sibi & alijs promeruerunt cælestes mansiones? Præterea in parabola proponitur ille iniquus dispensator, qui ob malà dispensationem parat sibi amicos, non vt se domino reconciliet, nec per opus, quod possit Domino placere, sed per opus iniquum, & damnosum, quod ma-

Quid est: Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Tabernaculum Hieronymo quid. B. Hier. in Psal. 14. to. 8. & in c. Zacha. 12. tom. 6. Leuit. 23.

Prima ratio illorum pro sensu posteriori.

Eleemosyna datur potissimum cur.

Matt. 25. Secunda ratio.

Tertiaratio.

Quarta ratio.

iorum inimicitiam & indignationem poterat excitare. At in applicatione parabola hortatur Dominus dispensatores, vt opus faciant, quo reconciliari possint cum Deo, atque eius iram placare: nec postmodum amicis indigeant, vt ab eis recipiantur. At ironicè dicta verba, rectè seruiunt parabola scopo, ob quem est dicta, nempe quod filij huius seculi sibi prudentius prospiciant in malefactis, quam in salutis negotio filij lucis. Isti enim cum auferunt ab eis dispensandi amplius facultas, amicos sibi paratos habent, qui recipiant in domos suas: illi autem cum decoxerint, habent quidem quos iniquè dispensando beneficijs affecerunt, vt recipiant in domos suas, scilicet in æterna tabernacula, vbi erit fletus, & stridor dentium. Et ita ironia est, sicut quod dixit: *Verruntamen date eleemosynam: Et ecce omnia munda sunt vobis: Vobis,* inquit, non mihi: quod ironia est, teste Augustino. Sicut ironicum est, quod in alia parabola dicit: *Amice, non facio tibi iniuriam: & Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.*

Matt. 13. Luc. 11. Dicta ironica Christi Domini. Aug. Serm. 30. De ver. Domini, to. 10. & alibi sæpius to. 10. Matt. 22.

14. Posterior hic sensus cur inuimè probetur.

Vbi scripturarum tabernaculum cælestem significet mansionem. Psal. 14. Psal. 83. Isa. 32.

Luc. 19. Hieron. ad Algasia. q. 6. ad finem, tom. 3. Qui tantum pauperes faciendi sint de mammona iniquitatis.

cuntur pauperes: quia cum potissimum eleemosynæ propter Christum conferantur, siue Iudæis, siue Gentilibus, siue fidelibus, illi dicuntur facere, quod Christus maximè facit. Vt enim quæ corporis sunt, tribuuntur capiti, ita quæ capitis sunt, tribuuntur membris. Et ita in omnibus pauperibus, etiam pessimæ vitæ, vel hostes fidei sint, benefaciendū est, & non solū domesticis Fidei: quia etiam ipsi internas mansiones non ingrediuntur, dicuntur tamen rectè benefacientes sibi recipere in cælum, quia propter beneficia illis impensa Christus recipit eos in cælum.

Alia est Ambrosij expositio, qui per amicos, qui nos recipiunt in æterna tabernacula, intelligit Angelos, & sanctos, qui regnant cum Christo in cælo; quos nobis amicos reddimus, dum affectu misericordie pauperibus benefacimus: Scribit enim: *Facite vobis amicos de iniquo mammona; vt largiendo pauperibus, Angelorum nobis, ceterorumque sanctorum gratiam comparemus.* Hæc Ambrosius. Et ita habemus, hanc parabolam adhortari ad misericordiam, & eleemosynam ex diuitijs, quæ interdum, etiam iuste comparentur; iniquè tamen retinentur, & iniquos possessores efficiunt, & septem peccatorum lethalium nostro vitio instrumenta existunt.

Est & alius tertius sensus præter hos duos, qui maximè ad rem facere videtur. Quia enim Scribæ, & Pharisei cum lege & sacerdotio in promptu erant vt deficerent, & indulgentia peccatorum plenaria Christo prædicante, & moriente per fidem ex dilectione operantem, danda erat, ablato templo, & sacrificijs, hortatur Dominus, vt dent operam, ne auusterè cum peccatoribus procedant, neque exactè sacrificia, aut pecuniam ab illis exigant, etiam si iure alijs debita esset; vt ita sibi præparent amicos, qui eos in Evangelium recipiant, in quo est æterna requies: quemadmodum qui priores in monasterium ingrediuntur, posteriores intrantes recipiunt: vocat ergo mammona

Qua ratione pauperes regnum possunt cælestis conferre beneficijs suis.

In quos etiam se extendat Christiana beneficentia.

15. Secundus sensus de amicis recipiètib; in æterna tabernacula. B. Ambros. lib. 7. in Luc. cap. ult. tom. 5.

16. Tertius sensus cæteris accommodatior.

Mammona iniquitatis quid.

Matt. 23.
Ioan. 2.
Matt. 21.

Ose. 4.

Noui Testa-
menti docto-
res, & pasto-
res quid fa-
cere debeant
exemplo Chri-
sti.

Ambrosij,
Ioanisq; A-
postoli beni-
gnitas in pec-
catores Chri-
sti debitores

Ministrū si-
ue dispensa-
torem, domi-
num suū de-
fraudare,
quid sit.

iniquitatis, pecunias, & sacrificia, quæ offerbantur pro peccatis, quibus ipsi addiderunt, decimare mentham, & anethum, & cyminum, & proposuerunt in templo mercatum emētium, & vendentium oves, & boues, & columbas, & mensarios qui pecuniam commutabant, ex quibus ut proprio peculio viuebant, semper novas rationes propij emolumenti excogitantes. Hinc dicitur: *Peccata populi mei comedent.* Hortatur ergo, ne feueri, & rigidi in illis exigendis emolumentis esse pergant, agnoscentes in Nouo Testamento per Baptismum & fidem omnia remitti. Idem etiam docet Noui Testamenti doctores, & pastores facere, ut non solum remittant de eo quod sibi debetur, sed etiā de eo quod debetur Domino, cuius sunt ministri, & dispensatores: cuius debiti satisfactio pendet ex eorum zelo, & studio, siue arbitrio. Doctor enim & prælatus per legem peccatori ostendit debitum, quod quisque de acceptis beneficijs, & commissis peccatis cum Deo habet, debetq; dicere, Frater agnosce debita, quæ cum Deo habes, saltem fac hoc, & reliqua condono vel remitto tibi, si redieris ad cor, & hoc remedium fueris amplexus: & ego pro te in reliquis satisfaciā, vel Deus erit contentus tua satisfactioe, & bona voluntate, vel dabit gratiam plura præstandi, quam hæc sint quæ ego à te exigo, & in peccato, quod contra me pastorem tuum erat, & in quo Deus offenditur, ego omnia tibi condono: ut Ambrosius cum his, quorum confessiones audiebat, facere solitus erat: ut testatur in eius vita Paulinus. Ioannes etiam Euangelista pro adolescente à se conuerso, qui in latronem postea degenerauerat, & postea fugientē à se ad bonam frugem reuocauerat, se satisfacturum pollicebatur. Hoc est ergo, dispensatorem siue ministrum defraudare dominum suum, legis obseruantiam non iuxta rigore exigere, sed interdum quædam remittere, præsertim in legibus ecclesiasticis ad disciplinam spectantibus. Quod multis modis fit, vel concedē-

do indulgentias ex causa iusta, quibus quod nobis iuste luendum erat, siue in hoc seculo, siue post mortē in Purgatorio, clementer condonatur. Deinde in dispensatione legū quarundā humanarū, in relaxatione iuramentorum, commutatione votorum, vel in gradibus matrimonij gratis & sine villo pretio dispensandis, ne videantur Prælati alijs retia tendere ad loculos suos implendos. Debēt præterea cum criminosis & delinquentibus, si spes sit reditus eorū ad meliorem frugē, humanius agere, eosq; mitius plectere, quā feueritas legum postularēt. Debent præterea defraudare se ipsos in stio victu, & vestitu, & supellectili, ut possint largiores elemosinas in pauperes suæ diœcesis erogare: in quibus qui suum genium propter Christū defraudant, profectō legē Domini rescindere videntur, quæ ministros suos honesta, & cōuenienti victus, & vestitus ratione voluit sustētari. Deniq; debent tales cogitare, se ministros esse eius, qui gratis donauit omnia mundi peccata, & qui suis indicit, *Gratis accepistis, gratis date.* Et qui etiā per hanc parabolā villicus iniquitatis intelligit eum, qui non solum defraudari se propter misericordiam proximi patitur, sed etiam ad defraudandum ad prædictum sensum hortatur, non ineptē explicat, atque hic sensus verus est, & mirificē congruit cum verbis ante parabolam dictis, nempe quod dixit hæc ad discipulos: quia hoc est proprium pastorum, & nec est vllum verbum magis Apostolicum, aut Romano Episcopo magis dignum, quā dicere: Non obstantibus quibuscunq; ut aperiatur regnum celorum peccatoribus, modo in illis adsit verā penitentia, & ex parte pastoris lucrum fordidum absit. Congruit etiam cum his quæ sequuntur: *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.* Hæc possunt accipi quasi tacite dicta in Scribas, & Phariseos, qui longe erāt ab ista clemētia, & misericordia quā predicabat Dominus: quia paulo post dicitur: *Audiebāt au-*

Pastores & episcopi, ut benignē faciant debitoribus suis.

Episcopos, pastoresq; quales se agnoscere & gerere debeant.

Matt. 10.

17

Devillico etiam iniquitatis quis rectē sentiret.

Apostolicū plagē verbū.

Quid significet: Qui fidelis est in minimo, & in modico fidelis est.

Quomodo verum sit, qui in modico iniquus sit, & in maiori iniquum futurum.

1. Tim. 3.

Quibus verbis Christus Scribarū, & Phariseorū carpat avaritiam, iniquam dispensationem.

Duplex infidelis dispensationis poena

Homini bona propria qua.

tem omnia hæc Pharisei, qui erant avari: & deridebant illum. Proponit ergo Dominus duas generales regulas, quæ sententiæ sunt prouerbiales ex vulgō assumptæ, quibus id, quod ut plurimum vsu venire solet, significatur. Prior est: *Qui fidelis est in minimo, & (id est, etiam) in maiori fidelis est.* Id est, Dignus est, cui plura committantur; quia & in illis fidelis erit. Et qui in modico iniquus est, & iniquæ sibi retinet quod iuxta Domini voluntatem erat dispensandum, profectō & in multo, in quo habebit occasionem magis furandi, iniquus erit. Et si apte per modicum possimus intelligere legem: & per maius, Euangelium in sensu dicto posteriori: in priori tamen in genere verum est, quod qui malus est parochus, malus erit & Episcopus: & qui prauus est Episcopus, prauus erit Cardinalis; denique qui iniquus est Cardinalis, iniquus erit & Papa: quamuis hæc regula non sit semper necessaria. Ita etiam argumentatur Apostolus: *Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesie Dei diligentiam habebit?* Et applicans hanc doctrinam generalem, subdit: *Si ergo in iniquo mammona fidelis non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?* Quæ verba de temporalibus opibus intelligi possunt, quas vocat iniquum mammona, & alienum. Et rectē videtur dicta contra Scribas, & Phariseos, quibus per hanc parabolam comminatus fuerat breuis futuram eorum deiectionem, & dispensationis potestatem ab eis auferendā. Illos ergo, quia infideles fuerant in veteri Testamento ministri, & infideliter agebant, omnia in suum compedium & lucrum conuertētes, indignos esse ait, quibus margaritum Euangelicum (quod opes veras continet) committatur: nam & ex illo aucupium facerent. Duasque complectitur poenas infidelis: alterā, quod propter infidelitatem dignus est, qui in præsentī spolietur à Domino dispensatione; alteram, quod dignus est, qui aliena bona data ad dispensandum, iniuste relinquit, ut propria, id

est, cœlestia, & æterna bona, ad quorum possessionem creati sumus, quia conueniunt nobis quatenus sumus, id est, rationales, & beatos nos reddunt, quibus abuti, etiam si velimus, nō possemus, nec possunt nobis eripi, illi subtrahantur. Qui ergo in alienis opibus dispensandis non fuerunt fideles, sed subtraxerunt eas alijs, quibus debebatur, intelligant vicissim illis Deū subtrahatur propria eorum bona, quæ sunt cœlestia, & æterna, siue etiā modō spiritualia bona. Et si in alieno, inquit, fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Vocat ergo alienum, externas diuitias, quæ nec nobiscum nascuntur, nec morientes nos comitantur. Si ergo in pecunijs pro peccatis, quæ vobis alienæ sunt, fidem non seruastis, quod vestrum est, hoc est, spiritus Dei gratiam, & munus Apostolicum cum potestate edēdi signum per vniuersum orbem, quis credet vobis? Si enim legem, quæ minimum quid est respectu Euangelij, ad avaritiam, & ambitionem detorquebant, multo magis Euangelium, & signa in proprium commodum vertent.

Quod si hæc extendamus ad Apostolos, & quosvis fideles, sensus erit: *Qui non pepercerit fratribus quæ in Deum peccatur, quomodo parcat ea, quæ in ipsum fiunt? Et si quis ex alieno iussus elemosynam facere, non facit, quomodo faciet suo, ut omnes Ecclesiastici, qui sunt Dei dispensatores: Et si habens Dominum liberalē, avarus est in rebus domini, multo magis erit in proprijs. Et si in alieno quis est infidelis, id est, in eo, quod vestrum non est, sed eius solum estis dispensatores, quod vestrum est, quis credet vobis? Id est, honor, obedientia, reuerentia, & prouentus, qui debentur vobis ob officium, quis dabit vobis? nēpe subtrahentur iusto Dei iudicio. Vel sensus est, si in administrandis diuitijs, quæ res quædam falsa est, & aliena, fidem fallitis, quomodo apti eritis, quibus ea quæ vera sunt, id est, administratio bonorum spiritus, & quæ nostra propria sunt, vobis credantur.* Ac nē quisquam diceret, se infide-

Quid significet: Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?

18
Secundus sensus.

Dei dispensatores quis

Tertius sensus.

Matth. 7.

Impiorum ingenium.

Act. 17.

Quare Pharisaei Iesum deriserint.

Deus ut nocuerat Pharisaeorum corda.

Quid est quod ait Dominus: Quod hominibus altum est, abominabile est ante Deum.

liter agendo, & cupiditati suae indulgendo, posse domino seruire, subdit continuo apud Lucam Dominus: Nemo seruus potest duobus dominis seruire, &c. Non potest Deo seruire & mammonae. Quae quonia quinto libro explicata sunt, propterea hoc loco praetermittuntur. Tantum audi quid sequatur: Audiebant autem omnia haec Pharisaei, qui erant auari, & deridebant illum. Hic est enim genius impiorum, ut verbum Dei, quod impugnare non possunt, in fabulam vertant. Erant enim auari, siue pecuniae studiosi, naturam φιλαργους. Quod si nobis vitia in se habentibus, & aperta voce detestantibus idem contingat, ne miremur. Paulus Athenis praedicans irrisus fuit a quibusdam philosophis, qui dicebant: Quid vult seminuerbis hic dicere? Ex eo nunc quod ait, quia auari erant, videntur intellexisse Pharisaei, quod ad misericordiam, & ad pecuniae contemptum per parabolam inuitaretur. Subdit textus: Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus; Deus autem nouit corda vestra. Hinc apparet, quo nomine Pharisaei Iesum irriserint, nimirum quod sibimetipsis tam iusti videbantur, & probi, ut nihil opus haberent hac Christi doctrina, quae neque noua, nec incognita erat apud ipsos, quam ipsi suo iudicio videbantur & verbo, & exemplo alios docuisse. Ad has ergo superbas Pharisaeorum cogitationes respondit Christus: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus. Qui scilicet opera vestra, & non corda vident. Deus autem nouit corda vestra. Id est, superbia, & hypocrisis, & caeteras pestes in corde delitescentes. Et est oratio ecliptica, Deus autem nouit corda vestra, & sic complenda est: Deus autem nouit corda vestra, & vos non iuxta externam laruam, sed iuxta corda vestra iudicaturus est. Unde recte, & consequenter infert: Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Vult dicere; Qui ab hominibus probatur, & externam colunt sanctimoniam, propter quam sancti ac iusti habentur, sepe abominabiles sunt apud Deum. Non enim, qui se ipsum commendat, ille pro-

batus est, sed quem Deus commendat. Ita etiam diues iustus, aut sapiens non est, nisi qui apud Deum talis est. Et ita habes, quomodo praecedentia, & sequentia huic parabola conueniant. Subditur in Luca, Lex, & Prophetae, usque ad Ioannem. Ex eo regnum Dei, euangelizatur, &c. Quoniam Pharisaei subsannabant Christum pauperem de diuitiarum dispensatione loquentem, quasi aliena a lege, vel legi Dei contraaria praeciperet, ubi terrenorum bonorum abundantia cultoribus Dei promittitur, & multi viri diuitijs, & opibus circumfluentes Deo placuisse leguntur: hic occurrit Dominus, ostendens iam tempus aduenisse docendi quaedam perfectiora, quam lex, & Prophetae docuerant, & quod caeperit a perfecta regni caelorum praedicatio, quae perfectiora praeccepta, & perfectiores homines reddat. Illa ergo usque ad Ioannem suum cursum habuerunt, sed a diebus Ioannis Baptistae non iam amplius terrenorum honorum promissio, sed eorum contemptus, & regnum caelorum praedicatur. Nec est inefficax eiusmodi praedicatio, etiam si vobis noua, & ridicula videatur; quia multi summo feruore confluunt, pro illo consequendo, velut contendentes alij illud praecipere; ac proinde alacriter suis bonis renuntiant, vel dimittunt, vel in pauperes erogant, seque totos abnegant, ut eod perueniant. Et ne propterea crederetur legem solueret, subdit: Facilius est autem caelum, & terram praeterire, quam de lege vnus apicem cadere, quin scilicet fiat, & impletur. Et propterea etsi noua praedicare vobis videar, non tamen veni soluere legem, sed adimplere, & perficere. Conuenit autem omnibus haec parabola, ut defraudent seipsos, vel Deum in se ipsis, ut beneficentia erga proximum vtantur: nimirum ut minus laute viuant, minus splendide induantur, ut possint eleemosynas vberiores erogare: & quiuis debet parcere offendentibus, hortari ad poenitentiam, onera aliorum portare, ut cum defecerint, siue praetati, siue priuatae personae per mortem, siue per peccatum, habeant qui interpellent pro ipsis apud Deum,

2. Cor. 10.

20 Matth. 11.

Quorsum id: lex & Prophetae vsq; ad Ioannem, &c.

Explicatur illud etiam quod sequitur, Ex eo (scilicet Ioanne Baptistae) regnum Dei euangelizatur, & reliqua.

Matth. 5. Ut facilius sit caelum, & terram praeterire, quam de lege vnus apicem cadere.

Ibidem. Quid nos doceat haec parabola.

atque

B. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 14. initio tom. 1.

21

Hieronym. q. 6. ad Algasia, paulo a medio, tom. 3. circa med.

Duplex, altera iuxta allegoriam huius parabola de villico iniquitatis interpretatio producit.

Prima Theophilus Antiocheni. Act. 22. Supra 9. Ibid.

atque ipsum exorent, ut possint recipi in aeterna tabernacula. De quibus B. Gregorius in Moralibus ita philosophatur: Multum, inquit, ad edomandam dantis superbiam valet, si cum terrena tribuit, verba solliciti magistri caelestis penset, qui ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Si enim eorum amicitijs aeterna tabernacula acquirimus; dantes proculdubio pensare debemus, quia patronis potius munera offerimus, quam egenis dona largimur. Qui itaque nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, ut ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, quae quod acceperit, vberius reddit. Sic ille. Volebam hoc loco tractatui finem imponere; sed volo prius duorum Patrum veterum varias expositiones huius parabola adducere. Hieronymus igitur ad Algasia producit Theophilum Antiochenae Ecclesiae septimum post Apostolum Petrum Episcopum, qui quatuor Euangelistarum dicta in vnum opus compegit, qui in hunc modum de hac parabola philosophatur: Diues qui habebat villicum, siue dispensatorem, Deus omnipotens est: quo nihil est ditius. Huius dispensator est Paulus, qui ad pedes Gamalielis sacras literas didicit, & legem Dei susceperat dispensandam. Qui cum coepisset credentes in Christo persequi, ligare, & occidere, & omnem domini sui dissipare substantiam, correptus a Domino est: Saule saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Dixitque in corde suo, Quid faciam? Quia qui magister fui, & villicus, cogor esse discipulus, & operarius. Fodere non valeo, Omnia enim mandata legis quae terra incubabant, cerno destructa: & legem atque Prophetas usque ad Ioannem Baptistam esse finitos. Mendicare erubescio; ut qui doctor fueram Iudeorum, cogar a Gentibus, & a discipulo Anania, salutis ac fidei mendicare doctrinam. Faciam igitur quod mihi utile esse intelligo; ut postquam proiectus fuero de villicatione mea, recipiant me Christiani in domos suas. Coepitque eos, qui prius versabantur in lege, & sic in Christum crediderant, ne arbi-

trarentur se in lege iustificandos, docere legem abolitam, Prophetas praeterisse: & quae antea pro lucro fuerant, reputare ut stercorea. Vocauit itaque duos de pluribus debitoribus. Primum qui debebat centum batos olei, eos videlicet qui fuerant ex Gentibus congregati, & magna indigebant misericordia Dei: & de centenario numero (qui plenus est, atque perfectus) fecit eos scribere quinquagenarium, qui proprie poenitentium est, iuxta iubileum, & illam in Euangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarii dimittuntur. Secundum autem vocauit populum Iudeorum, qui tritico mandatorum Dei nutritus erat, & debebat ei centenarium numerum, & coegit, ut de centum octoginta faceret, id est, crederet in Domini resurrectione, quae octauae diei numero continetur, & de octo completur decadi bus; ut de Sabbato legis transfret ad primam Sabbati. Ob hanc causam a Domino praedicatur, quod benefecerit; & pro salute sua in Euangelij clementiam de legis austeritate mutatus sit. Quod si quaesieris, quare vocetur villicus iniquitatis, in lege quae Dei est: Iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat, sed non bene diuidebat: credens in Patrem, sed Filium persequens: habens Deum omnipotentem, sed Spiritum sanctum negans. Prudentior itaque fuit Paulus Apostolus in transgressione legis filijs quondam lucis, qui in legis obseruatione versati, Christum qui Dei Patris verum lumen est, perdidit. Haec ille. Etsi Hieronymus in lib. De scriptoribus Ecclesiasticis in dubium reuocet, non Commentarij, qui eius nomine tunc legebantur, eius reuera fuerint. Alter est Gaudentius Episcopus Brixienis, cuius consecrationi interfuisse Ambrosius fertur, qui in sermone de ista parabola sic habet: Villicus iniquitatis, diabolus intelligendus est, qui in seculo relictus est, ut immunitate eius villici fugientes, ad pietatem Dei suppliciter curramus. Hic dissipatur, qui portio Domini sumus. Hic excogitat, quomodo valeat debitorum Damiani, id est, peccatis inuolutos non solum aperto proelio persequi, sed sub obtentu

Philipp. 3.

Centenarij numeri perfectio.

Numerus quinquagenarius quid denotet.

Luc. 7.

Octauae diei Sacramentum.

22

Alter sensus allegoricus Gaudentij Episcopi Brixienis de villico iniquitatis.

Psal. 118.

Debitorum Domini qui

fallacis benevolentia blanda fraude decipere, quò magis eum in domos suas falsa benignitate seducti recipiant, cù ipso in perpetuū iudicandi. Hoc enim putat diabolus magnum esse sui supplicij solatium, si multos habeat pœnarum socios. Hic debita conseruorum suorum relaxare se falso promittit; dum vel in fide, vel in opere peccantibus vanā pollicetur indulgentiam: dum persuadet non imputari ad peccatum ea scelera quæ ipsi etiam qui committunt, grauius esse crimina non ignorant. Confitentur enim debiti sui quantitatem, cum ex integro obnoxios se esse Deo & pro fide contempta, & opere neglecto negare non possunt. Qui autem reddunt Deo quæ Dei sunt, iam debitores non sunt. Neque mirum, si promittat delictorum remissionem, qui Christo ausus est dicere: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tritici in hac parabola, fides Christi est, vitæ Christianæ principium: Oleū, bona opera sunt: quæ non habentes quinque virgines fatuæ, extinctis animarum suarum lampadibus, in tenebris manserunt. Non enim satis est, virgines, & in tegros esse in fide, sed etiam oleum bonorum operum secum portare: sic enim corpus sine anima mortuum est, sic fides sine operibus mortua est. Quod verò centum coros olei, id est, operum, in quinquaginta transcribi fecit, & centum tritici, id est, fidei, in octoginta: significat hæc fraus, quæ retractos ab idololatria homines varijs erroribus perniciosorum dogmatum inuoluit, summam salutaris fidei imminuendo, & ab iniquis actibus remotos, bonisq; operibus insistere cupientes, pestifera iactantia supplantet. Nam conatur fidem nostram, & opera nostra à centenario numero perfecto, in dextera constituto, Apostolicam fidem sinistro hæreticæ persuasionis sensu peruertere, merita bonorum operum ad sinistros mores plerumq; deducens. Nec illud otiosum est, quod maior numerus deperit domino in oleo, id est, operibus, quam in tritico, id est, fide. Minor enim turba est, quæ à fide recta, quam quæ ab operibus congruis diaboli fraude subtrahitur, Salvatore testante, Quid vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Laudat astutiam, non nouitatem villici: laudat, inquam minaciter simul, & prouideter. Minaciter quidē, cum vocabulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat; prouidenter autem, dum contra argumentorum eius consilia discipulos audientes confirmat, ut omni cautela, atq; prudentia tã callido, atq; prudēti inimico repugnēt.

Quapropter fratres, imitemur prudentiam villici huius, non perfidiam: Nam quantum ille in opere nocendi peritus est, tantum nos in operibus salutaribus eruditi, & cum prudentia instructi esse debemus. Prudentiores enim reperiuntur spiritus immundi, quos filios huius seculi vocat. Hactenus ille eleganter, & doctē: quæ omnia volui producere, ut constaret lectori, quanta olim, & quàm varia, & interdū allegorica meditati sint Patres in explicanda hac alta & obscura parabola Iesu Christi Dñi nostri, qui cum Patre, & Spiritu sancto æternam possidet gloriam, & honorē, in secula seculorum, Amen.

tem villici: laudat, inquam minaciter simul, & prouideter. Minaciter quidē, cum vocabulo iniquitatis pessimam diaboli prudentiam condemnat; prouidenter autem, dum contra argumentorum eius consilia discipulos audientes confirmat, ut omni cautela, atq; prudentia tã callido, atq; prudēti inimico repugnēt.

Quapropter fratres, imitemur prudentiam villici huius, non perfidiam: Nam quantum ille in opere nocendi peritus est, tantum nos in operibus salutaribus eruditi, & cum prudentia instructi esse debemus. Prudentiores enim reperiuntur spiritus immundi, quos filios huius seculi vocat. Hactenus ille eleganter, & doctē: quæ omnia volui producere, ut constaret lectori, quanta olim, & quàm varia, & interdū allegorica meditati sint Patres in explicanda hac alta & obscura parabola Iesu Christi Dñi nostri, qui cum Patre, & Spiritu sancto æternam possidet gloriam, & honorē, in secula seculorum, Amen.

TRACTATUS XXX.

In parabolam illam: Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi; Statim transi, & recube, &c. cuius Lucas solus cap. 17. meminit.

VT Scopum presentis parabola apprehendamus, non erit abs re illa quæ præcedunt, diligenter inspicere. Docebat Dominus, ut ad iniuriarum remissionem procliues essent Apostoli: qui de magnitudine præcepti admirati, rogauerunt Dominum, Adauge nobis fidē: erant enim à Domino

23
Diaboli prudentia quæ nobis imitanda.

I
Scopus parabola huius vnde patebit.

Matth. 8.

Infra 16.

Supra 4.
Luc. 8.
Quid orent suis verbis Apostoli: Dominum: Adauge nobis fidem.

non semel notati de modica fide. Vnde apud Matthæum dixit Apostolis, Quid timidi estis, modicæ fidei? Apud eundem, Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes non habetis? Et Petro dixit, Modicæ fidei, quare dubitasti? Et alibi, Vbi est fides vestra? Propterea rectè postulant sibi augeri fidem, ut possint quæ præcipiuntur, implere: Adauge, inquiunt, nobis fidem, ni mirum ut quod à nobis exigis, fideles præstare possimus. Tuba ut faciles sumus in condonandis mutuis offensis; atqui hæc præstare ex nobis non sufficimus, cum carnis affectus totis viribus repugnet, nisi auctiorem fidem donaueris. Dominus autem respondet illis: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare, & transplantare in mare: & obediet vobis. Vbi duo admiranda continentur: & quod arbor de terra moueatur; & quod transplantatio fiat in mari, loco tam alieno & contrario alendis plantis. Et hæc ad literam: Vbi dicendo, huic arbori moro, indicat se ostendisse digito arborem presentem. Græcè dicitur, sycomoro, vel ut alij habent, sycamino. De quo Dioscorides ita scribit: Sycomorum, aliqui etiam sycaminum, id est, morum vocant, cuius fructus sycomorum etiam, propter inefficacem gustum, appellatur. Sic ille. Quanquam Beda iuxta spiritum, morum rubentem exponat, Euangelium crucis; quod opera Apostolorum de stirpe Iudæorum, vbi erat tanquam in terra plantatum, in mare Gentium transplantatum est. Vel, iuxta id, quod docet Ambrosius, hoc fit, quando fides reijcit spiritum immundum de homine: nam fructus moti primò albescit in flore; & qui inde iam formatus est, rutilat, maturitate verò nigrescit. Et ut addit Chrysostomus, mori frondibus vermes aluntur: ita diabolus ex albescenti naturæ angelicæ flore & potestate rutilanti præuaricatione deiectus, tetro inhorruit fœtore peccati: & per cogitationes eius quas nobis suggerit, alit nobis perpetuum vermē conscientia. Sed hanc morum potest fides ab animabus nostris euellere, & in profundum demergere. Vel, si ha-

Dioscorid. lib. 1. cap. 144.
Sycomori fructum cur sycomorum vocet Dioscorides.
Morus rubens Bedæ quid.
Beda in Lucā, cap. 68. tom. 5.
Alter sesus, scilicet B. Ambrosij.
Ambr. iib. 5. in Lucā, cap. 4.
B. Chrysost. Dæmō, quæ vermi simili mori ex frondibus vitantur.

bueris fidem ut granū sinapis; id est, id fidei quod habetis, satis superq; est, ut amorem vindictæ, & vltionis desiderium; quasi sycomorum eradiceis; & in mare proijciatis, ut ita liberi vestris carnis affectibus fratrum salutis, quæ à vobis à me nunc præcepta est, consulatis. Et tunc subiunxit presentem parabolam; ut cum tali fide ornati viderint se illa præstare, non superbiant, nec efferantur, sed se deiciant, & in officio humilitatis, & modestiæ sese contineant.

Quis vestrum, inquit, habens seruum arantem, &c. Ne ergo propter tam ardua fidei opera insolēscerent Apostoli, ut olim septuaginta cum redirent ex concionandi ministerio, & illi quasi gloriantes dicerent, Domine, etiam de monia subiiciuntur nobis in nomine tuo, compressit illorum gloriam, dicēdo, In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur; gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cælis: ita nunc reprimit inanem exultationem, & proponit parabolā humilitatis virtutem commendantem, & superbiam de editis miraculis reprimentem; & ad petēdum cum gratiarum actione, & nihil de factis operibus confidendum esse docentem. Et hæc satis sint de scopo.

In cortice similitudinis aduerte in primis, Dominum consultò dixisse; Quis vestrum habens seruum arantem, aut pascentem oues; id enim significat potius verbum Græcum, quàm pascentem boues, ut legit Ambrosius. Et ut annotauit Albertus, insinuauit illos esse pauperes, & seruis carere. Et ponit seruitia vilia, & contempta, agriculturæ scilicet, & pasturæ, ad quæ necessarii sunt serui, & cooperatores; cū nunc serui sint aurigæ caudam gestantes, & alij qui præcedant in comitatu, alij qui sequantur, alij, quibus fœminæ nitantur, & alij equites, alij pedites, ut iam familia seruorum numero facta sit, & plerūq; ad opera minimè necessaria.

Aduerte etiam, dominū seruo suo agricolæ, aut bubulco ab agro reuerso, nō statim illi dicere, Transi, & recube, sed potius, Para quod cœnē,

Quid rursus significet: Si habueritis fidē sicut granum sinapis

2

Luc. 10.

Scopus huius parabola qui sit.

3

Scopus parabola proponitur.

Ambrosij. 1 lb. Mag. postilla in Lucam.

Superflua seruorum nostri seculi multitudo notatur.

4

Domini extrema duo vitia circa seruos quæ cauere debeant. Prou. 29.

Ecclesiastici 33.

5

Habere gratiam seruo hoc loco quid.

Ecclesiastici 7.

6

Habens seruum arantem, &c. iuxta spiritum quis. Psal. 118.

& ministra mihi, & tu postea cibum fumes. Vbi ad literam, dominis duo extrema vitia docentur esse fugienda, alterum, eorum, qui molliter, & delicate nutriunt seruos suos; in quos dicitur; Qui delicate à pueritia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem: Alterum est eorum, qui cum laboriosa exigant à seruis suis, fame illos enecant, neq; necessaria vitæ suste- tandæ illis suppeditant; in quos etiam Spiritus sanctus ait; Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus seruo. Et plures in hac parte peccant, quàm in contraria, quia magis re- gnat auaritia, quàm prodigalitas. Cõ- sidera etiam, post opus diurnum in a- gro redeuntis seruo in domum, aliud præcipi noctu, quo doceat nos in o- tio non viuere, & post vnus præcep- ti adimplerem mox ad aliud im- plendum nos esse accingendos.

Quod verò subiungit: Nunquid gra- tiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto: sed pœnam ex- acturus esset, nisi imperata fecisset: quia serui omnem operã debent domino suo; cuius sunt serui. Hoc loco seruum nõ conductitium famulum, & mercena- rium, qui locat operas suas sub certo pretio, intelligere debemus, sed de propriè seruo, vt erant olim, & modò sunt mancipia iure belli capta, & ser- uata, vel pecunia nostra redempta: & habere gratiam, hoc loco accipi, pro obligari, & obstringi ob beneficium susceptum. Igitur hoc intelligendum est, vt dixi, ex debito, siue necessitate, non autem ex beneuolentia, & pecu- liari amore, quo etiã seruus ministrat, & quem sæpe dominus amplissimè remunerat. Imò Spiritus sanctus in Ecclesiastico adhortatur: Seruus sen- satus sit tibi dilectus quasi anima tua; non defraudes illum libertate, neq; ino- pem derelinquas illum. Sed hæc ad gra- tiam spectant, nõ ad debitum. Et hæc satis de cortice.

In applicatione statuendum, domi- num hunc, esse vel Christũ, vel Deũ, cui omnia seruiunt, sed peculiariter creatura ratione prædita, & fide Chri- stiana ornata. Seruit autem in agricul- tura, terrã duram, & spinosam carnis

crucis aratro findendo; quod ex ferro timoris, & ligno amoris Dei, & Ange- lis quasi bobus illud trahentibus con- stat: arando etiam cordis nostri terrã per pœnitentiam, & cordis nostri affe- ctus, quasi glebas rumpendo, iuxta il- lud: Scindite corda vestra, & non vesti- menta vestra. Hic est seruus arans, & preparans terram, vt à Deo præcipuo agricola seminetur, & colatur: ex qua vberes fructus colligere possit. Ser- uuit etiam in pastura, qui curam & regi- men aliorum habet. Et rectè conse- quitur pastor ad agricolam: nam qui rectè terram carnis & cordis arauit, dignus profectò est, qui aliorum pastor, & gubernator efficiatur: Qui enim domui suæ præesse nescit; quomo- dò Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Huic ergo laboranti, siue in agro, si- ue in pastura, præcipitur primò præ- parare cœnam, & ministrare mensæ domini sui; deinde conceditur vt ipse edat. Nã in primis Dei gloria est quæ- renda, in quo Domino ministramus, vt cœnet; deinde conceditur, vt ipse cœnam sumat, dum in obedientia Do- mino impensa ipse quiescit, & quasi edit & bibit, & dicit: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Et edit quasi de reliquijs domini sui: quia fructum & vtilitatem boni operis sibi assumit, cuius gloriam Deus ipse manducat, iux- ta illud: Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adicien- tur vobis. Quod etsi de bonis tempo- ralibus, quæ operanti iustitiam Chri- stianam ad literam intelligatur; potest tamen non ineptè, neq; incommode mysticè de merito, & fructu bonorũ operum, quo Deus minimè eget, lo- cus ille exponi. Sibi enim boni ope- ris gloriam seruans (etsi illa quoq; nõ egeat, qui infinita gloria plenus est in seipso) quasi debitam ab omni creatu- ra: actionum tamen, quæ cum virtute, & merito sunt coniunctæ, fructum, & præmium nobis quasi cœnam nostrã edendam dispensat.

Et concludens parabolam, subiun- git: Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inuti- les sumus: quod debuimus facere, fecim⁹.

Ioel 2.

Deo, seruiat in pastura quis.

1. Tim. 3.

Matth. 6. Deo seruia- mus quan- do.

Ioann. 4.

Matth. 6. Illud: Pri- mum queri- te regnum Dei & iusti- tiã eius, & c. quæ sensum non incon- gruam acci- piat.

7

Hic

Fructus hu- ius parabo- læ.

Quam habe- bit Deus gra- tiam seruis suis. Matth. 25.

Ibid.

Luc. 21.

Rom. 8. Passiones huius tẽpõ- ris ad æter- nam gloriã promerendã, iuxta Apo- stolum, qua ratione non sint condi- gnæ. Quæ habeat pro filio, pro vtili, & pro iusto Deus. Luc. 18. Qualem se Paulus & ag- noscebat, & prædica- bat. 1. Tim. 1.

Hic est fructus, siue conclusio parabo- læ. In qua illud primũ considerãdũ, quòd iuxta ordinem parabolæ debe- bat aliter cõcludere. Cũ enim dixif- set, Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non pu- to: debebat subiungere: Ita & ego Do- minus vester nõ habeo vobis gratiã, cũ feceritis omnia quæ præcepi: à quo verbo prudens abstinuit, manife- stè innuēs quòd habiturus sit gratiã, & repensurus illam, imò amplissimo præmio remuneraturus, & laudibus ea profecuturus. Dicit enim illis, Ve- nite benedicti Patris mei, possidete pa- ratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bi- bere, & quæ sequuntur. Vbi in spe- cie rependet gratiam sibi ministranti in cibo, vel potu: quod tamen vide- tur negare conclusio parabolæ. Idem quoque dicit: Euge serue bone, & fi- delis, quia super pauca fuisti fidelis, su- per multa te constituam: intra in gau- dium domini tui. Et in alio loco: Vos estis qui permanistis mecum in tenta- tionibus meis. Et ego dispono vobis, si- cut disposuit mihi Pater meus, regnũ; vt edatis, & bibatis super mensam meã in regno meo, sed expediens nobis esse, vt secundũ naturam nostram nos inutiles ad promerendam gra- tiam agnoscamus: quemadmodũ & passiones nostras huius temporis non esse condignas docet Aposto- lus ad promerendam gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quatenus scili- cet à nobis proficiscuntur. Conside- ra ergo Christum humilitatis magi- strum nos instruentem, vt qui filij su- mus, pro seruis nos agnoscamus: & qui vtilis sumus, pro inutilibus nos geramus.

Agnosce ergo te seruum, & ille vo- cabit te filium: dic te inutilem, & eris maximè vtilis: nomina te peccatorẽ, & ille te habebit pro iusto: Quem- admodũ fecisse legimus cum Publi- cano, qui dicebat, Deus, propitius esto mihi peccatori; qui tamen descendit iustificatus in domum suam præ Pha- risæo. Hinc Paulus, qui planè hæc do- ctrinam imbiberat, vocat se seruum

Iesu Christi, inter peccatores se dicit primum, scilicet suapte natura. Adde Chrysofomum, qui homilia de pœ- nitentia, & confessione ponderat, Do- minum non dixisse simpliciter, quòd erimus serui inutiles, sed quæ dicamus, & reputemus nos seruos inutiles, vt sic humiliatos, ipse, cuius natura est bonitas, & opus, misericordia, exalter nos, & habeat pro seruis vtilibus: imò non solum pro seruis frugi, sed etiam pro filijs, amicis, sponsis, membrisq; suis intimis. Vnde Paulus ait: Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domi- no, ad omne opus bonum paratum.

Elicimus ex his verbis aliter accipi inutilem seruum in hac parabola, & aliter in illa Matthæi, vbi dicitur: Et inutilem seruum eijcite in tenebras ex- teriores. Ibi enim seruus inutilis dicitur, qui domini præcepta non perfe- cit, nec ei aliquam attulit vtilitatem, quã sibi afferri Dominus putat, quan- do nos ipsos, aut alios lucrificamus: hinc verò perficiens omnia quæ sibi sunt imperata, debet se ex modestia inutilem agnoscere, & appellare.

Triumphum de Catholicis agunt hoc loco Hæretici, irridentes nos quæ doceamus iustos bonis operibus suis apud Deum promereri vitam æter- nam, & regnum cœlorum. Nam si (inquiunt) omnibus seruatis præcep- tis agnoscere nos debemus inutiles seruos, & reuera id sumus, quòd iube- mur nos ipsos vocare, si non falsò, & mendaciter id de nobis sentire Do- minus voluit, quis ergo de suis, aut aliorum meritis gloriari potest? Cal- uinus hæreticus hunc locum pertra- ctans, magna dicacitate insurgit in so- phistas (Doctores intelligit schola- sticos) qui contra Dei verbum ausi sint fabricare meritum de condi- gno. Quibus dicendum est, Domi- num nostrum præceptorum suorum obseruatores nequaquam inutiles ser- uos vocare, sed contrã, seruos bo- nos, fideles, & vtilis: sed voluisse ad vitandam elati animi arrogan- tiam, nos ipsos pro inutilibus ser- uis agnoscere, gerere, ac nuncupare. Et licet tales etiam simus ea ratione,

Chrysof. tom. 5.

2. Tim. 2.

8

Matth. 25. Inutile quò seruum Do- minus eijciat in tenebras exteriores.

Vtilis Chri- sto quando simus nos.

9

Quemadmo- dum hac pa- rabola hære- tici abutan- tur.

Doctores scholasticos Caluino, so- phistas libuit appellare.

Quare Chri- sto velit nos seruos inuti- les appellare

X quam

quã Dñs indicat, imò & multis alijs de causis quas pferemus, voluisse tamẽ pro sua bonitate, nos pro mercenarijs habendo, certã mercedem repẽdere, ac debitum obsequiũ nostrũ præmio supra labores, & merita repẽdere, sicut frequẽter benigni dñi quidam seruis suis cũ nihil debeãt, tamen pro fidelĩ, & diligẽti ministerio præmia quẽ dã illis deputãt, donãtes eos libertate & facultatibus, vnde honestẽ viuant: nec tamẽ veremur dicere, illos seruos eiũsmodi p̃mia à dñis suis p̃meruisse.

IO
Serui qui etiã sint Deo inutiles, indignique mercedẽ.
1. Cor. 9.
Ex necessitate præcepti, & nõ ex charitate seruiat Deo quis.
Ibidem.

2. Pet. 1.

Rom. 8.

Qua ratione nos iuste operando, vitam æternã promeremur.

De meritis nostris, nõ potest nos gloriari villo modo.

Iaco. 3.

Loquitur etiam Dñs hoc loco de his, qui nõ sua spõte, & charitate Deo seruiãt, sed inuiti, & coacti necessitate præcepti, qui dicunt: Quod debuimus facere, fecimus: quo modo Paulus sibi præmiũ nõ debere, si inuitus euãgelizaret, ostendit. At ex eo agnoscitur quis operari ex necessitate præcepti, & nõ ex charitate, quãdo quis ita seruit Deo, vt cũ res & charitas potulauerit, nõ sit paratus facere etiã ea quæ nõ vidẽtur esse præcepta, sed in libertate eius p̃missa: sicut Paulo fuit liberũ prædicare Euangeliũ sine sumptu. Et si ergo nos seruos debeamus agnoscere, sicut reuera sumus, & multo magis quã sit ab hominib⁹ iure belli, aut empti pretio, serui facti sumus: tamẽ facti filij Dei, & Diuinæ cõsortes naturæ, ius habemus ad æternã hæreditatẽ. Vt enim Apostol. inquit: Si filij, & hæredes. Et si ergo vt serui sumus, nihil apud Deũ p̃mereamur, tamẽ vt filij Dei, & mẽbra Christi, ac Spiritus diuini participes eatenus docemus nostris bonis operibus vitam æternã debere. Sunt enim tunc opera nostra, nõ tã nostra, quã ipsius Christi capitis nostri, & Spiritus sancti nos inhabitãtis, & operantis in nobis. Et qui à talibus operibus tollit rationem meriti, gratiæ Dei, & Spiritui sancto, imò ipsi capiti nostro Christo est iniurius: Dũ verò nos ipsos spectamus, & quales ex ipsa nostra conditione simus, nõ habemus quod d̃ meritis gloriemur. Primũ, quòd serui sumus, qui imperata facere debeamus, etiã si nulla sit merces. Deinde, quia in multis offendimus omnes. Ad hæc, quia nihil Deo offerimus cõmodũ nostris operibus.

Præterea quia etiam si offerremus, rependere tamen possumus nunquam, quantum bonorum accepimus ab eo, & quotidie accipimus.

Sumus ergo multipliciter Deo inutiles. Primũ, quia bonorũ nostrorũ nõ eget: Et si iuste egerimus, vt ait sanctus Iob, quid donabimus ei, aut quid de manu nostra accipiet? Deinde inutiles sumus, qui tantũ debitum exoluimus, & nihil vtilitatis supererogamus. Quẽ sensum declarat quod sequitur: Quod debuimus facere, fecimus. Vtilis enim est dño seruus arans, aut pasceus boues: sed vtilitatẽ hanc dño dabit. Vnde Origenes in epistol. ad Romanos tractans illud: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Qui cõpletis, inquit, præceptis, addiderit etiã hoc, vt virginitatẽ custodiat, nõ iam inutilis seruus, sed seruus bonus, & fidelis vocabitur. Sic ille. Pondera ergo illud verbũ: Cũ feceritis omnia: qui sermo admittit, nos omnibus legis præceptis posse satisfacere, quãquã nostro vitio plerũq; in multis deficiamus; In multis enim offendimus omnes: & tamẽ etiã si præcepta omnia fecerimus, docet nos humiliari, & inutiles nos ipsos vocare, vt hac ratione magis vtilis efficiamur. Vnde Bernard. ferm. De triplici custodia sub initiũ. Cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. Sed hoc, inquit, propter humilitatem: sed nõquid contra veritatem? Theophylactus quoq; in hunc locũ: Beneficia enim sunt, inquit, per misericordiam Dei illi concessa: non quod debeat ei aliquid dominus, imò seruus debet dño suo, vt faciat omnia eius mandata. Si autem & cũ omnia mandata fecerimus, neq; tunc debemus magnũ quiddam sentire: quantum peccamus, cũ maximam partem mandatorum Dei non perficimus, & nihilominus extollimur? Hæc illi Patres. Tertio sumus inutiles secundũ hanc cõsiderationẽ, quæ ea duntaxat spectamus, quæ ex nobis habemus. Nihil enim ex nobis possumus, sed si quid boni habemus, id totum Dei est: idẽd nõ est quòd gloriemur. Et ad hanc potissimũ rationem

Psalm. 16.

II

Deo inutiles simus quam multis modis.
Iob. 35.

Secunda ratio.

Orige. lib. 3. in epistol. ad Roman. 2.

Rom. 3. & Psal. 13.

Illud verbũ: Cũ feceritis, expenditur.

Iaco. 3.

Bernard.

Theophyl.

Tertia ratio

aspi=

Ambros. in hunc locũ, tom. 5.

Quibus nam modis vtilis Deo serui esse valeamus.

2. Pet. 1.

Coloss. 1.

2. Cor. 10.

1. Cor. 4.

Nobis gloriari de benefactis quatenus liceat. Isa. 26.

In quibus benefactis Apostolus gloriatur.

1. Cor. 9.

Qua maxime ratione vtilis serui Deum contemni qui valeamus

aspiciens Ambrosius, in hũc locũ ait: Non te præferas quia filius Dei diceris. Agnoscẽda gratia, sed nõ ignoranda natura. Neq; te iactes, si bene seruisti, quod facere debuisti, &c. Hæc ille. Sumus ergo tot modis ex nobis inutiles, sed ex bonitate, & gratia Dei, qua pepigit p̃ sua munificẽtia opera nostra remunerare, nõ solum vtilis nobis, vel proximo, verũ etiam ipsi Deo. Nec tantũ in cõsilijs, sed etiã in præceptis implendis: nã Deus ex bonitate sua vtilitatẽ quã nobis, vel proximo impendimus, quasi suã gloriam, vel lucrũ, vel vtilitatẽ deputat. Vnde Petrus ait: Hæc si vobiscũ ad sint, & superent, nõ vacuos, nec sine fructu vos cõstituent in Dñi nostri Iesu Christi cognitione: & Paulus hortatur, vt dignẽ Deo ambulemus, in omni opere bono fructificantes. Deinde et si opera nostra multis sunt respersa maculis, dignatur tamẽ illa suscipere, & amplecti, & ad vitia conuere: imò etiã possumus gloriari, sed in Christo, vt docet Apostol. Qui gloriatur, inquit, in Dño gloriatur. Qui verò bene viuẽdo in seipso gloriatur, opus habet audire Paulum redarguentẽ: Quid habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ accepisti? Permittit ergo nobis Apostolus gloriari quasi à Deo accipientes, & cũ Propheta dicere, Omnia opera nostra operatus es nobis. Imò in his ipsis verbis, quibus præcipit nos reputare seruos inutiles, inuenimus etiã Dñm reliquisse iustis locũ gloriandi, sed in Deo; cũ videlicet per eius gratiam fecerint ea, quæ eis nõ erant præcepta; ait enim: Cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus. Hinc Paulus gloriatur nõ in his quæ præcepti erant, sed quòd fecerint quæ erãt cõsilijs: Et si, inquit, euangelizauero, nõ est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: & enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicãs, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio. Hæc diuinus Paulus. Et si ergo Deo multis rationibus vtilis simus, sed nõ

quam magis, quãdo nos ipsos inutiles agnoscimus, & humili voce tales nos profiteamur. Ait enim Chrysostom. in Matthæum: Non igitur in superbiã intumescamus, sed dicamus nos metipsos inutiles, vt in partem vtilium transcamus. Si enim te laudandum esse dixeris, reprobus effectus es, etiam si fueras antẽ laudabilis. Si verò inutilem te esse fatearis, factus es vtilis, etiam si fueras antẽ culpabilis: propter quod necessaria nobis est præteritarum obliuio virtutum. Rursus: Noli te putare quicquam fecisse, cum feceris, & plenissime cuncta feceris. Si enim etiam cum peccatores simus, hoc nos arbitrando quod sumus, iustificamur, sicut etiam Publicanus: quãto magis, si, cum iusti fuerimus, esse nos peccatores tantũ putemus? Siquidem ex peccatoribus quoq; iustos humilitas facit, cum tamen non sit illud humilitas, sed vera confessio. Et infrã: Quando aliqua fecerimus, habemus Deũ proculdubio debitorem: quãdo verò nihil arbitramur nos operatos, amplius etiam de tali meremur affectu, quã propter opera ipsa quæ fecimus. Minimum itaq; de se sensisse, tã magnum est, quã maximas res fecisse: quod si non adfit, nec illa poterunt esse laudabiles. Nam nos quoq; famulos habentes, tunc eos maxime comprobamus, quãdo cum bona gratia in omnibus obsecuti, nihil se grã de arbitrantur egisse. Itaq; si bona tua magna vis facere, noli ea magna putare: aliter enim magna esse non possunt. Sic enim Centurio dixit: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum: & propterea dignus effectus est, supraq; omnes Iudæos iure mirabilis. Sic etiam Paulus ait: Non sum dignus vocari Apostolus: & omnium primus inuentus est. Sic & Ioannes: Non sum, inquit, idoneus, soluerẽ corrigiam calciamenti eius: & idcirco amicus factus est Sponsi: & manũ Christus quæ se indignam calceamentis esse ducebat, à pedum obsequio ad caput suũ subleuauit. Sic etiã Petrus ait: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Et propterea factus est Ecclesiæ fundamẽtũ. Nihil enim sic est amicũ Deo, quã si quis se minimis annumeret: hoc est enim caput totius philosophiæ, atq; fastigium. Idem homilia ad populum Antioche-

Chrysostom. homil. 3. in Matthæum paulo post med. tom. 2

Idem ibid.

Luc. 18.

Confessio quales nos reddat, quales verò humilitas. Deũ vt possimus nobis constituere debitorem teste Chrysostomo.

Bona etiam quæ gerim⁹, magna facere qua ratione valeamus.

Matth. 8. Quos humiles exaltauit Deus.

1. Cor. 15. Matth. 3.

Ioann. 3.

Luc. 5.

Totius Christianiæ philosophiæ caput atque fastigium.

Idem Chry
soft. homil.
38. ad pop.
Antiochen.
paullo à me
dio, tom. 7.

Præteritorū
cur obliuio
meritorū ne
cessaria, te-
ste Chryso-
stomo.

Humilitatis
laus, & enco-
miam.
Humilitatē
quibus rebꝫ
aptē compa-
raueris.

Gen. 7.

Apis propriū
quid.

12
Bern. ferm.
68. in Can-
tica, sub fi-
nem.

13
Hæretici cū
meritum nul-

nū De humilitate, & quiete: Nolumus, inquit, extolli, sed & nos dicamus inuti- les, ut vtilis efficiamur. Nam si te quidē dixeris probabilem, licet probabilis existi- cas, inutilis factus es: si verò te nomina- ueris inutilem, factus es utilis, licet si- im: probāus: propterea meritorum obli- uisci necessarium est. Tutus enim meri- torum penus, obliuio meritorum. Et in- fra: Ne mercedē itaq; repute, ut capias mercedē: gratia consistere saluari, ut ipse tibi se debitorem confiteatur, non modò meritorū, verum & talis gratitudinis. Itaq; si tu quoq; magna vis reddere me- rita tua, ea ne magna esse putes, & ma- gna tunc erunt. Has planē aureas sententias Chrysofomi adferre cōstitui; ut intelligant fideles omnes, maximè verò qui religionem arctiorem profi- tentur, quātum sit humilitatis virtus colenda, & quātum condimentū vir- tutum, & bonorum operū ornamentum. Per illā enim redditur Deo glo- ria bonorum operum, quæ per nos e- dit: nō enim lyræ, aut calamo, aut gla- dio danda est gloria musicæ, aut scri- pturæ, aut sectionis, sed pulsanti, scri- benti, atq; secanti. Ad hæc, sal est hu- militas cōdiēs omnes cibos, & omnia sacrificia. Est arcæ vacuitas, extra quā omnia in diluuiio perierunt. Est fru- ctus curuans arborem in terrā per gra- tiarum actionem. Est lapillus, quē ge- stat apes in manu cōtra vêtos flantes, quo, ne ventiletur in disita longè lo- ca, & ignota, sinit se cadere in terram: ita iustus humilitate retinetur, ne per inanis gloriæ ventum dissipetur.

His sententijs Chrysofomi adiū- gendam esse putavi vnā Bernardi, qui scribens super Cantica, ita de bonorū operum meritis philosophatur: Suffi- cit ad meritum scire quod non sufficiat merita. Sed ut ad meritum satis est de meritis non præsumere; sic curere meri- tis satis ad iudiciū est. Merita proinde habere curer: habita, data noueris: fru- ctū speraueris Dei misericordiā, & omne periculū euasisti paupertatis, ingrati- tudinis, præsumptionis. Hæc Bernardus.

Quod igitur Hæretici ex hoc loco colligūt, meritum nō esse in bonis o- peribus, perniciose fallūt, & fallūt. Nec enim potest sibi Dñs cōtradice-

re, qui alibi promittit bonis operibus mercedem vitæ æternæ: qui dicitur reddere vnicuiq; secundū opera sua, & retribuere, & qui illam tanquā dena- rium pendit laboranti in vinea, & po- stremo dicitur: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis re- gnum à constitutione mundi. Esuriui e- nim, & dedistis mihi manducare. Qui- bus verbis certam meriti, & mercedis rationem constituit.

Quæ ergo hîc dicuntur, illis aperte non repugnant, sed sensus huius loci est, quod non sunt ex nobis quasi ex nobis, sed bene quatenus ex gratia, & spiritu Christi operāte in nobis quasi in membris suis proficiuntur. Non sunt etiā merita, ut iactemus nos pro- pter illa, vel coram Deo, vel corā ho- minibus, ut faciebat Pharisæus, sed po- tius ut humiliemur illis: atq; ita per humilitatem seruentur merita, & au- geātur: ut docuit D. Bernard. Tertio, non sunt etiā merita, quasi semper benè operemur in omnibus, vel ipsa bona opera omni defectu careant: sed habemus vbi in multis humiliemur, quia in multis offendimus omnes, & necesse habemus quotidie dicere: Di- mitte nobis debita nostra. Et, Si dixerim- us, quoniam peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: non ait, & humilitas in nobis non est. Verum si hæc ipsa quotidiana pec- cata humili confessione Deo propo- namus, veniamq; pro illis suppliciter postulemus, maximum meritū nobis comparamus. Et hoc est omnium meri- torum maximum, de quo ait Ioānes: Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, ut remittat nobis peccata no- stra, & emudet nos ab omni iniquitate. Non tamen per hæc, quæ diximus, pe- stiferū Lutheri dogma amplectimur, docentis, iustum in omni opere bono peccare. Quod dictum præterquam quod repugnantiam, & contradictio- nem in se complectitur, pluribus sa- crarum literarum locis aduersatur. In omnibus, inquit, his nō peccauit Iob labijs suis, neq; stultum quid contra Deū locutus est: Et, si nupserit virgo, nō pec- cauit. Videtur autem hoc dogma à Sa- tana excogitatū, non solum ad tollē-

Omnium me-
ritorum ma-
ximū quod
fit.
Ibidem.

Impugnatur
hoc dictum
Lutheri fal-
sum, & im-
pium: Iustus
in omni ope-
re bono pec-
cat.
Iob. 1.
1. Cor. 7.

lum operibꝫ
bonis inesse
contēdunt,
quā turpi-
ter halluci-
nentur.
Matth. 16.
Infra 20.
Infra 25.

14
Opera bona
quæ agimus,
nostra qua-
tenus sint.

Luc. 18.
D. Bernar-
di sup.

Iacob. 3.
Matth. 6.
1. Ioann. 1.

Omnium me-
ritorum ma-
ximū quod
fit.
Ibidem.

Impugnatur
hoc dictum
Lutheri fal-
sum, & im-
pium: Iustus
in omni ope-
re bono pec-
cat.
Iob. 1.
1. Cor. 7.

Philipp. 4.

1. Cor. 15.

Quatenus
hic merita
habeamus.

Apocal. 3.

1. Cor. 4.

Philipp. 3.

2. Tim. 4.

Apocal. 2.

Quo in tē-
more Domi-
ni debeamus
hic nos te-
nere instan-
ter.

dam omnē meritū rationē à bonis ope- ribus, & ad auocandū ab illorū stu- dio fideles, sed etiam ad evertendam funditus virtutem Redemptoris. Qui enim semper peccamus, quomodò à peccato redempti sumus? Ad debili- tādā etiam diuinę gratię efficaciam in nobis operātis, per quā Apostolus dicebat: Omnia possum in eo, qui me cō- fortat. Et iterū, Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua nō fuit, sed abūdantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Vana autē esset Apostoli fiducia de laboribus suis, & de eo quod omnia poterat in Christo cōfirmante, si nihil aliud poterat, quā peccare. Sed de hoc satis. Quāto, nō habemus meri- ta, ut ppter hæc hîc hærere debeamus, quasi iam pleni, & nō habentes quod vl- tra progrediamur. De quo reprehēdit tepidum quēdam Dñs in Apocalypsi, cum ait: Quia dicitis, Quod diues sum, & locupletatus, & nullius regeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pau- per, & cæcus, & nudus. Et Apostolus Corinthiis: Iam saturati estis, iam diui- tes facti estis: sine nobis regnatis, & ti- nā regnetis, & nos vobiscū regnemus. Nobis igitur more peregrinorū agē- dū est, qui non, quātum viæ confecerint, sed quātum super sit peragendū, considerant, dicentes cū B. Frācisco: Fratres, incipiamus seruire Dño, quia vsq; nunc parum profecimus. Et cū A- postolo: Quæ retrō sunt, obliuiscēs, ad ea quæ sunt priora, extēdens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium su- perne vocationis; qui tamen instante iam resolutione, & morte dixit: Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolu- tionis instat. Bonū certamē certauī, cur- sum reposita est mihi corona iustitię: & reliqua. Est enim perscueranter infi- stendū bonis operibus vsq; ad mortē, ut Dñs cui dā dicebat: Esto fidelis vsq; ad mortem: & dabo tibi coronam vitę. Quia ergo quādiu viuimus, in pericu- lo versamur, cū posimus retrocedere, & in peccatū prolabi, & omnia me- rita nobis cōparata amittere, ppter eā in timore, & humilitate, dum hîc agi- mus, versari debemus, iuxta illud App

stoli: Nolite amittere cōfidētiam vestrā, quæ magnā habet remuneratiōem. Et Dilectus in secūda canonica Epistola: Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ ope- rati estis: sed ut mercedē plenam recipia- tis. Nihil autē ita seruat bonorū ope- rū fructū, & merita, atq; timor Dei, & humilitatis virtus. Propterea magna ratione Dñs ad virtutem humilitatis amplectendā atq; seruandā per hanc parabolam nos instituere voluit, q̄ in- telligeret nos omnium meritorū no- strorū facilē iacturā facturos, nisi de nobis studeamus submissè sentire: nā omnes virtutes, & virtutum merita, ablata humilitate (teste Magno Gre- gorio) nihil aliud sunt, quā puluis vē- to magno expositus. Proinde vide quā eleganter B. Chrysoft. docet in Matthæum: Satis certus thesaurus recte factorum obliuio. Quia sicut aurum, ve- stiq; pretiosam cū in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus; si ve- rō ea recōdamus, atq; occulamus domi, in tuto cūcta seruabimus: sic sunt etiam diuinitū virtutū, ut eas in memoria quasi venales asidue portemus, armamus ho- stes, irritamus inimicū, & dolosum inui- temus ad furtū. Nequaquam igitur hu- iusmodi bona frequēter enūtiler, ne quis ea forte diripiat. Quod etiam Pharisæus passus est, in lingua illa circūferēs: vnde ea & diabolus rapuit: quāquam certē il- la cū quadam gratiarum actione memo- rabat, atq; ad Dominū cūcta referebat. Sed ne hoc quidem profectō suffecit ei. Non enim gratiarum actio est alijs ex- probrare delicta, sibi à plurimis gloriā querere, & super eos qui peccauerunt, iactanter insurgere. Hæc ille. Rufus audi quid hoc magnum lumen Ecce- się scribit homilia quadam de verbis Isaię: Vidi Dominum, &c. in illud libri secūdi Paralipom. Elatū est cor Ozia. Nihil enim, inquit, perinde gr̄gnit su- perbiā, ut bona cōsciētia, nisi ad pigile- mus. Vnde & Christus sciens quod post benefactā nos hic morbus adoritur, di- cebat discipulis suis: Quum omnia fe- ceritis, dicite, Inutiles serui sumus. Cū enim hæc noxia bestia parat inuadere nos, tum, inquit, per hæc verba fores il- li occludite. Neque dixit: Quum omnia feceritis, inutiles estis; sed, nos dicite.

Heb. 10.

Timoris Do-
mini, & hu-
militatis fru-
ctus quātus
ille.

Gregor. in
tertiū Psal.
penitē. sub
initium, to-
mo 2.

Chrysofsto.
homil. 3. in
Matthæum
post mediū,
tom. 2.

Thesaurus
certus recte
factorum ob-
liuio.

Diuinitū vir-
tutum cur e-
uentulandæ
non sint le-
cūdum Gre-
gorium
Luc. 18.

Quæ Deo
in grata gra-
uarum actio

Idē hom. 3.
de verbis Is-
aię, Vidi
Dominum,
prope ini-
tium, tom.

1.

Isa. 6.

2. Paralip.

26.

4. Reg. 15.
Bonæ com-
plicitatē pes-
riculū quā
grande.

Inutiles sumus. Dic, ne metuas; non ex tuo iudicio feras sententiam. Nam si tu te ipsum dixeris inutilem, ego te ut utilem coronabo. Hactenus Chrysostomus. Cuius sana, & salutari doctrina admoniti utinam ad coronam æternæ promerendam magnâ humilitatis suppellectilem adferamus, & nihil nobis tribuentes soli Diuinæ clementiæ, atq; misericordiæ cõfidenter innitamur.

15
Dicitur parabola elegans allegoria B. Ambrosij. Ioan. 9.

Si quid verò allegoricum velis ex hac parabola desumere, intellige, vt B. Ambrosius philosophatur, nobis semper in agro Domini collaborandū, quādiu dies est, id est, quādiu hinc viuimus: at sine huius vitæ adueniente, non prius nos admittendos ad cœnam Domini in regno cœlorū, quā illi obtulerimus fructus laborum nostrorū vnde pascatur: prius enim ipse à nobis fide, & bonis operum fructibus pasci debet, quā ad gaudia æternæ suæ mensæ simus transituri: ad quam utinam contingat nos peruenire, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

TRACTATUS XXXI.

In parabolam illam: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum nõ timebat, & hominẽ non reuerbatur. Vidua autem quẽdam erat in ciuitate illa, & reliq. quã Lucas solus cõmemorat cap. 18

1
Hanc parabolam cur Dominus instituit.

DVLCHRA, atq; elegans est hæc parabola, nec obscuro est scopus quò tendat. Nam cum Dominus de tremendo suo aduentu verba fecisset, &

de instantibus tribulationibus, quæ erunt in illis diebus, Apostolos, & in eis fideles omnes ad instatiã, & perseverantiam deprecandi, qua imminenti mala effugere possint, hac similitudine adhortatur. Vnde præmittit Evangelista loco parabolæ: Dicebat autem ex parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere. Id est, ad eum finem, vt doceret semper esse orationibus incumbendum, & semper deprecandum. Nam Græca quædam sic vertunt: Dicebat autem etiam parabolam ad illud spectantem, quòd oportet semper orare, & non deficere animo, nec delassari ob dilationẽ rei petite: non enim deficere, est cessare ab oratione, Græcè enim est non *ἐπιμαρτυρῆσαι*, sed *ἐπιμαρτυρῆσαι*, quod est malis succumbere, & cedere labori. Vnde Paulus ad Ephesios monet: *Mὴ ἐπιμαρτυρῆσαι ὑμῶν τὸ πνεῦμα*, id est, non deficere animo in tribulationibus.

Quid est, se per orantem non debere deficere.

Ephesi. 3.

2
Cur semper nobis orandum sit.

Iob. 7.

I. Pet. 5.

Ad assiduũ precandi studium quæ nos inuident, ac moueant.

Qui sibi frequens orandi studium nõ putat, neq; se mēbrũ Ecclesię militatis agnoscit, quæ in cõtinuo contra spirituales hostes cõflictu versatur, in malignis, & perniciosus versatur ignoratiõ

tene

Quid sit semper orare, & non deficere. Euchar. o. 4. hinc hæretici cur sic disti.

Orandi difficultas vnde proficitur.

3
Secunda opinio.

Tertia opinio.

Quemadmodum vit qui dam sanguis oraret.

Quarta, ceteris omnibus congruetior.

tenebris. Quid sit autẽ semper orare, nõ satis exploratũ est: quidã enim Hæretici dicti Euchar., ab assiduitate orandi in Ecclesia, extiterunt, qui propter hæc Domini verba, *Oportet semper orare, & non deficere*, siue, vt Græcè significantiũs dicitur, & nunquam torpore, siue defatigari, dogma nouum inuexerunt in Ecclesiam, quo volebant nunquam esse ab orationis studio discedendũ, sed sine intermissione orandum, & nulli alteri rei vacandũ. Sed certè merito illi explosi sunt de Ecclesia. Orationis enim difficultas, quæ partim ex instabilitate mentis nostræ, quæ citò ex vno in aliud rapitur: partim ex capitis debilitate, & corporis infirmitate, atq; etiam ex tædio quod generat frequentatio actus; partim quòd vitæ humanæ necessitates tẽpus aliquod suo iure postulant; ac deniq; inuidus dæmon importunitate sua nos infestat, qua nos impedire à tãto exercitio conatur, sensum illum respuit, sic semper esse orandũ. Secus autem esset, si homo esset purus spiritus, vt Angelus, quia tunc illa non possunt esse impedimenta.

Deinde alij docent, dandam esse eleemosynã pauperibus, qui assidue pro nobis Deum deprecantur, vt illis oratibus pro nobis dici possimus semper precari. Sed certè pauperes semper orare nequeũt: & multi sunt qui diuitias non habent, vnde porrigant eleemosynam alijs, qui pro se orant, Tertio alij sentiunt, eos perpetuò orare, qui ex corde Deo dicunt, Domine, quicquid fecero, dixerò, cogitauerò, passus ve fuero; volo esse in gloriam tuam impensum, & relatum. Vt fertur quidã Sanctus Domino dixisse: Domino, inquit, *vita mea in trahendo spiritu, & emittendo, vel neutrum faciendo, sed quiescendo consistit*. Si ergo spiritum traxero, peto gratiæ tuæ donum, & misericordiam. Si emisero, me totum tibi dedere, atq; dicare constituto. Si verò quiescero, me totum tuæ sapientiæ, & prudentiæ gubernandum trado. Quarto docent alij eũ perpetuò orare, qui non desinit benefacere, sed semper bonis operibus incumbit. Sed certè non minus difficile est hominẽ

bonis operibus vacare, quàm precibus cõtinuis incubere: & deprecatio à bono opere distinguitur. Sed quãquam omnia hæc rectè dicta sint, videtur tamẽ alia esse mens Domini in his verbis, & Apostoli, dicentis, *Sine intermissione orate*: nimirũ quòd quãdo est aliqua gratia, aut mali liberatio, quod premit, præsens, aut imminet, & metur cruciat, impetranda, non satis est semel, aut bis orare, sed instanter & perseveranter, donec obtineas: quemadmodum docet exemplum viduæ, quæ gratiam extorsit à iudice. Docet etiam exemplum Ecclesię orantis pro Petro, à quo sancto opere nõ cessauit, donec eius liberationem obtinuit; ait enim Lucas: *Et Petrus quidẽ seruabatur in carcere. Oratio autẽ fiebat sine intermissione ad Deum pro eo*. Orandum ergo tandiu pro dono obtinendo, donec illud impetremus. Et hoc est semper orare, & non deficere. At vbi impetratum est, ne illum amittamus, pro eius cõseruatione est Deus iterum à nobis rogandus, & cũ Propheta dicendum: *Conserua me Domine, quoniam speraui in te*, & *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis*. Dicendum etiam est verè dici, illum semper orare, qui stans horis, & temporibus iuxta Ecclesię morem orat: & qui omnia quæcunq; facit, etiam ipsum edere, bibere, & dormire, non nisi præmissa oratione operatur. Et ita semper orare, est, frequenter orare. Quemadmodum dicere consueuimus de puero multũ edẽte: Hic puer semper edit, & nunquam ab edendo cessat: & de adolescente ad studia impẽse addicto dicere soliti sumus, Hic adolescens semper studet, & nunquã studium intermittit.

Quod verò quidam ex B. Augustino in quodã loco, vel alio Patre producant, Non desinit orare, qui non desinit benefacere: non significat, per bonorum operum affectionem seruari præceptum semper orandi; sed tantum bene operantem oranti æquare voluit. Atq; hoc in fauorem eorum, qui ob piãs, & necessarias occupatiõnes donum deprecandi non habent, vel orationi vacare nõ possunt, Quã

1. Thess. 5.

Act. 12.

Orandũ, quãdiu.

Psal. 15.
Psal. 67.

Semper etiam oret quis.

4
August.

Cũ dicitur, Non desinit orare, quĩno desinit benefacere: quem sensum habet.

quam

Thren. 3. Corda leuare, cum manibus ad Dominum iuxta prophetam, quid. B. Isido. Iob. 1. 2.

Matt. 6. Quo sensu Dominus dixerit, cum oramus, non multum debere nos loqui. Luc. 6. Infra. 22. Eccli. 7. Illud: Non iteres verbum in oratione tua, cum aliquid precandū precandū quomodo possit consistere.

Matt. 26. Non esse iterandum verbum in oratione, quo sensu dicatur.

Illud etiam: Brevis oratio penetrat caelos, quomodo intelligendū sit.

Iacob. 5. Aug. Epist. 59. quest. 3. initio. tom. 2. Precari, de precariū, quid Augustino.

quam labori manuum oratio non repugnet. Hinc quod Threnorum in libro dicitur: *Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in caelos*, quidā interpretantur, vt B. Isidorus; id est, Bono operi orationem comitem adiungamus, iuxta illud: *Bona est oratio cum ieiunio, & elemosyna magis quam thesauros auri recondere.*

Neq; his obstat verbum Domini: *Orantes autem, nolite multū loqui*, quia non vetat continuationem deprecationis, sed tantum ne precatōne arte oratoria confecta putemus nos posse Deo persuadere, aut placere. Nā Christus pernoctabat in oratione Dei: *et factus in agonia, prolixius orabat.* Deinde verbum Ecclesiastici, *Nō iteres verbum in oratione tua*, nō pugnat cum præcepto assidue orandi: quia Christus ter iterauit idem verbum, *Pater, si fieri potest, trāseat a me calix iste:* & Ecclesia Christi exemplo plures orationes iterare solet. Ergo dictum illud de non iterando verbum in oratione, intellige de ea, quæ fit coram hominibus, & non de oratione quæ fit coram Deo. Vnde illam sententiā præcedit: *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum:* & tunc immediate sequitur, *et non iteres verbum in oratione tua.* Quod si in oratione coram Deo sit sermo, sensus est, Oratio non est interrumpenda per contrarium actum, ita vt oporteat verbum iterare. Quod etiam dicitur: *Breuis oratio penetrat caelos*, non contradicit tot locis Scripturæ assiduitatem orationis commendantibus: sed significat, quod si breuis oratio caelos penetrat, multo magis assidua, & permanens: nam, vt dixit frater Domini, *Multum valet deprecatio iusti assidua.* Et vt notauit Augustinus ad Paulinum: *Precactione, & deprecationem, multi nostri idē putant, & hoc quotidiano vsu iam omnino preualuit: Qui autem distinctius Latine loquuti sunt, precactionibus utebatur in optandis bonis, deprecationibus vero in propulsandis malis. Precari enim, dicebant esse precando & bona optare. Imprecari mala, quod vulgō iam dicitur, & maledicere. Deprecari autem, mala precandū depellere. Sic ille. Et*

hæc de scopo parabolæ. Quæ in cortice difficultates suas habet. Primò in iudice iniquo, cui Deus nō potest assimilari. Deinde, quia iusti inducuntur clamare vindictā: quod alienum videtur à charitate Evangelica, & ab exemplo Christi in cruce pro peccatoribus exorantis, & B. Stephanus, qui positus genibus orauit pro lapidantibus. Tertio difficile videtur, quod iudex, ne amplius importuna esset vidua, exaudire decreuerit: & tamen postea subdit: *Ne in nouissimo veniens sugillet, siue vituperet me.* Nā primò faciebat ob importunitatē, dein de verò ob timorē, metūes, ne veniens in nouissimo, id est, postquā functus officio fuero, & obiti muneris rationem reddidero, sugillet me. Præterea in litera notandum est, maioris malitiæ argumentum esse homines non reuereri: multi enim Deum non timent, vt quem non videant, at quia hominum reuerentur aspectū, minus peccant. Quando autem hominum quis rationem non habet, impudentissimus est, & in omne malū propensus. Adhæc perpendendum, multos hodie tales iudices inueniri, qui nec Deum timent, nec homines reuerentur, etiam si maxime in sententijs dicant Deum præ oculis habendum: hominum etiam iudicia non formidant, modò suæ cupiditati faciant satis: quæ omne ius peruertit, & legibus nouos tribuit intellectus, & sprete legum maiestate, cuncta proprio iudicant arbitrio, vt iam non scriptis legibus, sed arbitrio hominum sit fiendendum. Hinc Plato Dialogo de legibus. *Interitum, inquit, paratum illi ciuitati video, in qua non lex magistratibus, sed legi magistratus præfunt. Salutem verò illi, ubi lex seruientibus magistratibus dominatur.* Et eius discipulus Aristoteles in Politicis: *Qui legem præesse iubent, videntur iubere Deum præesse, & leges: qui autem hominem iubet præesse, adiungit & bestiam. Libido quippe talis est, atq; obliquos agit etiam viros optimos, qui sunt in potestate: ex quo mens absq; appetitu lex est. Sic illi, vt intelligas, prudēs lēctor, quanto in errore versetur ista*

6. Præfens parabola quas patitur difficultates. Luc. 23. Act. 7.

Quam obcausam multi Deum nō timeant.

Qui hominē non reuerentur, qualis sit.

Cupiditatis vis quantā.

Plato Dialogo. 4. de legibus. paullo post mediū. Cui ciuitati interitū paratur, cui vero salus. Arist. libr. 3. Polit. c. 12. sub initio.

7. Viduarū officium.

Iudith. 9. & seq. Luc. 2.

I. Tim. 5. Viduæ cur sæpe clamantes nō audiat pud iudicem.

Daniel. 13. Isa. 1.

Vindicare de aduersario quid sit. Matt. 5.

Vidua vnde extorserit ab iniquo iudice vindictam de aduersario suo.

prouintia, siue Regnum, quod iudicum arbitrio, & non legibus gubernetur.

Postea additur de vidua clamante: *Vindica me de aduersario meo:* nam viduæ vt plurimū aliorū iniurijs sunt expositæ, & molestia magna affici solēt, eorumq; bona eripi, atq; famaper homines detractores laborare. Sed harum officium est, instanter Dominū deprecari, vt olim Iudith, & in Nouo Testamento Anna, filia Phanuel, suo exemplo nos docent: & Paulus iniustuens viduas, hortatur, *vt instent obsecrationibus, & orationibus nocte & die.* Refert etiam, quod ista diu clamans non exaudiebatur, quia fortè procuratorem aut aduocatum nō habebat, vel muneribus quæ offerre posset, aut pecunia quam daret, destituta erat: aut id fortè, quod requisita dare poterat, amando plus pudicitia, & honestatem, quam facultatem, denegabat: vt pudicitia speculum Sufanna fecit. Nam vt Isaias ait, *Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.* Nam iudicum fores non ita omnibus patent, vt deberēt: illis porrò non solent claudi, qui aliquid muneris offerunt: rectè vt Poëta dixerit: *Ipse licet venias Mustis comitatus, Homere, si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Clamabat hæc vidua: *Vindica me de aduersario meo.* Id est, defende me de eo, qui mecū coram te disceptat: qui hic, & alibi apud Matthæum dicitur *avridinos.* Hic non est aduersarius, hostis, aut inimicus, sed is, qui ex aduerso mecū litigat, quasi dicat: *Cum bonam habeam causam, opprimor opibus, & gratia aduersarij mei: vidua sum, & omni ope destituta: tu ergo pro tuo officio vindica ius meū contra aduersarij mei violentiam.* Fingitur hic iudex ad se ipsum rediisse, quia molestæ, & importunæ preces in causa fuerunt vt conscientiam suā exploraret. Et ita generatus est pudor, deinde etiam timor, quod vituperaretur in fine, nisi iustam vindictam, quam reddere exigebatur, non præstabat. Vt agnoscas genium iudi-

cum, & aliorum hominum, qui alijs præficiuntur, nō tam affectu iustitiæ, quam vituperationis metu, & hominum importunitate ad officium suū præstandū permoueri. Nutriūt enim iudices, & aduocati causas, & illas reddunt immortales, vt interim loculos litigantium exhauriant: quemadmodum etiam medici ex aliorū morbis protelatis interdū vitæ deprehenduntur. Sed quid nō persuadeat, & mortalia pectora facere cogat auri sacra fames? Importunitate ergo sua, siue precibus obtinuit hæc mulier quod volebat. Vnde & in Plutarchi Apophthegmatibus legimus interdū huic parabolæ non dissimilia contigisse. Nam fertur, anum quendam Philippū regem Macedonum appellasse vt causam eius cognosceret. Cūq; ille sæpe hac flagitatione interpellatus respondisset sibi non esse oriū, in clamauit anus: *Proinde ne Rex quidē esse velis. Philippus liberā vocē anus admiratus, præbuit aures.* Hoc & Adriano ab alijs tribuitur: nec vetat idē à pluribus vel dictum, vel factūuisse. Hæc satis sint de cortice.

In applicatione verò notandū est cum Augustino, Chrysofomo, & Theophylacto, atq; alijs, parabolam istam per similitudinem non posse concludere: certum est enim Deum non posse representari per hominem iniquum, qui omnis iustitiæ fons, & origo est: neq; quisquam est qui magis Deum reueatur, quā ipse Deus se ipsum: & qui maiorem curam, & sollicitudinem hominum gerat. Sed sensus germanus per dissimilitudinem colligendus est. Si enim apud iniquū iudicem vsq; ad desiderij implendi effectum tantum valuit viduæ deprecantis perseuerantia; quāto certiores esse debemus, apud Deum, iustitiæ, & misericordiæ fontem, preces nostras supplices cum fide, & perseuerantia porrectas valituras? Quanquam dico quoq; possit sub persona iudicis iniqui, nec Deum timentis, nec hominē reuerentis, Christum Dominum describi, quod plerunq; talem peccatores esse existiment, & credant. Dum enim non tam citò, vt volunt, pro sua

Iniqui iudices quales apud nos sint.

Virg. libr. 3. Aeneid.

Plutar.

Parabolæ applicatio, seu medulla, de iudice iniquo.

8. Aug. Serm. 36. de verb. Domini, tom. 10. Chryf. lib. 2. de precactione, circa med. to. 5. Theophyl. in Lucam.

Secunda allegoria. Hic iudex iniquus Deum non timens, nec hominē reuerens, quis nam sit.

libidine exaudiuntur, iniustitiæ notâ inurere illi non verentur, eumq; iniuste agere calûniantur. Et quia existimant peccatores Deum rationi subijci: & quam putant ipsi rationem, non vident à Deo seruari, illum Deum non timere criminantur. Et quia videtur illis rerum humanarum prouidentiam non habere, propterea putât homines non reuereri. Veruntamen certum est, Deum esse iudicem ad iniustitiam puniendum: & Deum nō timere, quia neminem habet superiorem: nec hominem reuereri, quia caret vitio acceptionis personarū. Vt in alia parabola significatum est in amico dicente, *Noli mihi molestus esse: iā ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: nō possum surgere, & dare tibi:* & in alia significatur per hominem austerū, qui tollit quod non ponit, & metit quod non seminavit, videlicet talis a seruo existimatus est: ita hîc per iudicem iniquitatis repræsentatur, quodd talis interdum ab homine habeatur.

Act. 10.
Luc. 11.

Infra. 19.

Vidua petēs vindictā de aduersario suo, iuxta spiritū quæ sit. Aduersarius eius quis.

Psal. 66.
Matt. 6.

August. to. 8.

Vidua autem hæc, Ecclesia Crtholica est, quæ graves iniurias, & molestias ab aduersario suo recipit, id est, diabolo, qui carnem, mundum, eiusq; omnia prospera, & aduersa contra eam excitat, eiusque charissimis filiis mortem inferre machinatur: unde cogitur per preces, & orationes confugere ad Deum, clamareq; vti pro sua bonitate & auxilio promisso velit succurrere, & à tantis malis liberare. Hinc frequenter inculcat illud verbum: *Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adiuuandum me festina: item, Et ne nos inducas in tentationem. sed libera nos à Malo,* siue à Maligno, & iterum, *Ab insidijs diaboli, libera nos Domine?* Iam audi verba Augustini in Psal. 65. prope finem: *Quantum diu ergo hic sumus, hoc rogemus Deum, vt non à nobis amoueat deprecationem nostram, & misericordiam suam: id est, vt perseueranter oremus, & perseueranter misereatur. Multi enim languescunt in orando, & in nouitate sue conuersionis feruenter orant, postea languidè, postea frigidè, postea negligenter, quasi securi sunt.* Hæc ille

Pulchrè autem Ecclesia typo viduæ describitur: nam legitimo eius spōso, cui desponsa erat, per mortē sublato, nēpe Domino Iesu Christo, tanquā vidua in luctu permanet: & illi vnicū perfugium superest deprecationis.

Possumt etiam hæc verba: *Vindica me de aduersario meo,* Ecclesiæ Catholicæ tribui, quæ ab immanissimo Turcarū Rege, tanquā ab aduersario suo capitalissimo, grauissimas indies molestias suscipit: & regnū suū, quod est Christi regnū, in arctissimas angustias indies redigi cernit: contra quæ vires postulādo, vt iniurias Dei vindicare possit, clamat, *Vindica me de aduersario meo.* Nec enim cōtra tantā potentiam consistere posset, nisi Diuina opesustentaretur. Et vt Iosue pugnatè, & Mose in mōte deprecante, vincebat Israël hostes Amalechitas; vbi verò manus relaxaret, vincebatur Israël: ad hūc modū certantibus Christianis contra Turcas, congruum, imò necessariū est, vt omnes Ecclesiæ pastores & Religiosi tanquā in status perfectionis mōte constituti, serio, & sedulò orationibus insistant, & eleuent puras manus ad Deū: alioquin si à lacrymis, & orationibus abstineāt, & nō clamēt ad Dominū, iusto Dei iudicio in manus illorū tradēdi sumus, tanquā in manus Amalechitarū. Ad hæc Ecclesia Catholica liberari desiderat ab aduersario heretico, quitanquā hostis domesticus radicē arboris inficit: id fidei puritatē, & vnus capitū in Ecclesia potestātē tollit. Hinc fit, vt mores omnes corrumpantur, & omnia pessum eāt, & omnis disciplina collabatur. Hæc enim bella, quæ ab intestinis, & domesticis hostibus patimur, tanto sunt periculosiora bellis à Turca hoste externo illatis; quanto animæ præstant corporibus, & quanto æterna bona, pro quibus dimicatur, præcellunt temporarijs.

Quæuis etiā Ecclesia suo pastore tanquā spōso (ad cuius tamē ecclesiæ expensas splendide viuit ille, & delicia tur) destituta, vidua est, & ouile siue pastores, lupis expositum: & nauis in medio mari magna tempestate iactata sine nauta. Proinde cogitur

Vidua Ecclesiam quam pulchre representat.

10
Tertia allegoria.

Exo. 17.

Aduersarius etiam quis.

11
Secundus sensus de vidua cupiente vindicari se ab aduersario suo.

clama-

Tertius sensus.
Theophyl.

Deus iudex timere quatenus dicatur.

Isidorus.
Alb. Mag. in Lucam.

Quid sugillare, & quæ proprie sugillantur.

I. Cor. 9.
Quid illud Apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo: August.

Bed. lib. 5. in Lucam.

clamare ad Deum omnis iniustitiæ vindicem, vt potestate sua cogat peccatorem apud ecclesiam suam reside- re, & filiorum procreationi atq; institutioni vacare. Postremò vidua est anima nostra, vt exponit Theophylactus, quæ deseruit primum virū diaboli; qui propterea redditus est eius aduersarius, & ob id in cunctis bonis operibus ei resistit, vt bellum ei continuū contra carnem, & mundum sit indictum. Sed huic viduæ ob continuas preces placatur, ac miseretur Deus, licet ad tempus differat: & hoc timens, ne in nouissimo, scilicet die veniens eum fugillet. Ita enim egit Deus nobiscum, vt omnem nobis amputet occasionē iustæ querelæ, quod inuocatus noluerit exaudire. Timor ergo ille iudicis in similitudinē fingitur, qui in Deo tamen non est, sed ita se gerit in exaudiendis precibus nostris, quasi timeret sugillari in nouissimo, si non exaudiret. Verbum sugillandi Latinum, non est quasi subgulare, deductum ex sugo & gula, vt ex Isidoro producit Albertus, quasi fugat sanguinem de gula mea, quod est proprium limiarū, sed est ex percussione carnem maculare, à sugēdo, quod succus, id est, liuor deducatur, & propriè ad genas, oculos, & frontem pertinet: quæ sugillata dicuntur, quando ex percussione liuida redduntur. Vt fieri solitum erat in pugillatu; nam qui superne sugillabant genis liuore notatis, infernè supplantabant impulso ad ruina aduersario. Græcè dicitur *ἰσχυρίζω*, quod est propriè sugillare faciem, vel corpus plagis siue pugnis contudere. Vnde Paulus hac voce vtitur, dum ait: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo:* id est, vt in pugillatu corpus reluctans laboribus, & molestijs domo, & subiugo. Quem locum Augustinus explicans, & vim verbi Græci exponens, alicubi vertit: *Liuidū reddo corpus meū.* Et deriuatur ab *ἰσχυρὸς* & *ὄψις*, id est, oculus, & facies: quia propriè est oculos vel faciem liuore, seu sanguinis nota maculare. At quia ad hanc significationem accedit, quod Beda hoc loco secutus Augustinum, assiduis

precibus hominis aures obtundere, ac tædio afficere, ac velut alapis inculsis molestiam exhibere. Metaphoricè autem sugillare, est vituperare aliquem, & accusare, ac maculam alicuius infamiae inurere. Vnde Hieronymus in Procemio Petateuchi, initio: *Qui me affecerunt, inquit, in septuaginta Interpretum sugillationem noua pro veteribus culere,* vbi sugillationem id est, vituperationem intelligit. Et ita videtur hîc accipiendum. ¶ Subiungit, *In nouissimo.* Id est, tadem, metuebat enim famæ suæ derogationem. In qua significatione non est ignota hæc vox bonis auctoribus. Quod si obijcias; si metuebat sugillationem, id est, vituperationem, & famæ læsionem hic iudex; quomodo verum est quod dixit, quod hominem nō reuereretur? Dicendum est, illum etsi nullo hominum pudore teneretur, metuisse ne delatus à ciuibus potestate priuaretur suā, non enim dicitur nō metuisse homines, sed non reueritum, hoc est, omnem oculorum verecundiam abiēcisse, cum quo esse poterat timor hominum: quia pudor, est rei inhonestæ: timor, vel metus, rei malæ. Nos igitur huius viduæ exēplo discamus ad Dominum clamare pro vindicta aduersarij nostri, id est, carnis, siue propriæ volūtatis, quæ causa est omnium malorum: nā si perstiterimus, citò concedet nobis vt faciamus vindictam, animam, & corpus hîc puniēdo, ne in æternum puniat.

Et subdit Dominus concludens parabolam: *Audite quid iudex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictā electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum.* Id est: Si victus precibus fuit iniquus iudex, qui nec causæ iustitiæ, nec personæ miseria flectebatur, ob solam improbitatem precum; multo magis ob similem constantiam iustissime piorum afflictorum in hoc seculo preces valebunt apud iustissimū, & clementissimū Deum? Verbum, patientiam habebit, Græcè est *μακροθυμῶν* id est, longanimis, vel patiens crit super illis. Cuius vocis meminit Eccli-

c. 37. tom. 5. Aug. lib. 2. q. Eua. c. 45. tom. 4. Sugillare, iuxta metaphorā quid sit. Hieron. to. 3. initio ferre. Sugillari in nouissimo, quid sit.

Quomodo sugillari metuit iniquus hic iudex, qui tamē hominem non reueretur.

Pudor, & timor quid differant.

Malorū omnium quæ causa.

12

Eccli. 35.

fasti-

fiaticus: *Et fortissimus*, ait, non habebit in illis patientiam? Est q; sensus; An non faciet vindictam, etiam cum patiens fuerit, & longanimis super illis, etiam cum ad tempus videtur despiciere, & negligere eorum iniurias? Quod sancti inducantur clamantes, exposcentesq; vindictam de aduersario, si de mundo, & dæmone, & carne intelligatur, dubium aliquod non habet: si verò de proximis nos offendentibus, dubium est, cum pro inimicis orandum esse Dominus docuerit, & nos dicamus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitori bus nostris.* Dicuntur autem sancti serui Dei orare iugiter vindictam, non quidem in particulari, sed in genere dicentes, *Adueniat regnum tuum*: in quo includitur destructio eorum, qui aduersantur regno Dei. Ecclesia etiam aperte orat: *Vt gentes paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dexterae tuae potentia coterantur.* Deinde licet orare, vt pœnis temporalibus hæc conterantur, quia pœnæ omnes præsentis seculi medicinales sunt, & ad emendationem vitæ eorum possunt vindictâ petere, iuxta illud: *Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum, Domine.*

Possumus quoq; simplicitet respondere, electos hæc precari vindictam sui, quia petunt sui liberationem ab iniquis impiorum persecutionibus: sicut vidua, quæ dixit: *Vindica me de aduersario meo*; non tam petijt ultionem aduersario suo inferri, quam se ab illius violentia liberari. Et ita potest accipi oratio sanctorum illâ precantiu: *Vsquequo Domine (sanctus, & verus) nõ iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra?* Vt significet nõ tam desiderium ultionis, quam liberationis ipsorum. Quandiū enim sanctorum interfectorum corpora non sunt suscitata; tandiū sanguis eorum non est vindicatus de his qui illum suderunt, quia ab eis conculcatur, & vita eorum, ac mors irridetur: cum verò declarabitur toti orbi, quod computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est; & in-

duta fuerint eorum corpora stola immortalitatis, & claritatis, tunc eorum sanguis erit vindicatus. Pro his verò qui insanabiles sunt, ultionem petunt iusti, ex zelo iustitiæ, & gloriæ sue. Sed Deus non tam citò vlciscitur, quam nos vellemus: quia vitur perditorum hominum malitia ad bonum Ecclesiæ suæ. Hinc dicitur in Apocalypsi, sanctos clamare, & dicere: *Vsquequo Domine (sanctus & verus) nõ iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum, &c.* Et data sunt illis singula stola albæ: & dictum est illis vt quiescerent, adhuc tempus modicum, donec cõpleantur conferui eorum. Et dicitur quod citò audiet, & faciet vindictâ, quod alibi dicitur tempus modicum, vt excludatur vera tarditas: quia satis citò fit, quod congruo tempore fit, & ordine: & satis celeriter punit, quia statim impios gratia sua priuat. Et hoc ipso mors celerrima est, quia breue est tẽpus humanæ vitæ; post mortem verò damnat ad supplicia genæ. Quanquã in hac vita multos non etiam punit, ne quis neget iudicium extremum, vel non credat. Et subiungit aliam appendicem parabolæ.

Veruntamen Filius hominis venies, putas inueniet fidem in terra? Hæc verba Augustinus lib. de verbis Domini edisserens, scribit: *Hoc autem Dominus adijcit, vt ostendat quod si fides deficit, oratio perit. Quis enim orat qui non credit? Ergo vt oremus, credamus. Et vt ipsi nõ deficiat fides qua oramus, oremus: fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem.* Sic illè. Quod verò ait: *Putas inueniet fidem, non tam dubitatis est, quam arguentis, vt ait Beda.* Nam & nos aliquando de rebus quas certas habemus, increpando dubitationis verbum apponimus. Dicit enim seruo suo dominus: *Considera, forsitan seruus tuus non sum? Affirmat igitur Dominus paucos fideles in suo aduentu ad iudiciũ glorioso inuentendos, ac propterea cum veniet in iudicium ad faciendâ vindictam electorum suorum, paucos deprecationi intentos futuros: nam orandi studium ex fide proficiscitur. Et si ergo hæc videantur ad diem iudicij*

De sanguine sanctorum effuso quando erit ultio sumpta, atq; vindicta.

Apocal. 6.

Ibidem.

Citò quid fieri censetur.

Cur Deus non semper hic punit delinquentes.

13 Quorsum id quod sequitur: Verum tamen Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra, secundum Augustinum. Aug. libr. de verb. Domini serm. 36. initio. tom. 10. Beda lib. 5. in Lucã. c. 37. tom. 5.

Orandi studium unde fit.

dicij

Quomodo sancti dicant de aduersario suo à Deo postulare vindictam. Primus sensus. Matt. 5. Infra. 6.

Ibidem.

Psal. 82.

Alter sensus.

Apoc. 6.

Sap. 5.

Matt. 24.

14. Expenditur sensus Augustini.

15 Altera sententia dilucidior.

Habac. 2.

Rom. 1.

Fidei vel humanae, vel diuinæ apud nos modò paucitas, vel raritas quanta sit. Cicer. lib. 1. De offic. prope initium.

dicij, eo quod charitas tunc multorum refrigescet, & abundabit iniquitas ob Antichristi sæuitiam, dolos, & signa, quibus homines dementabit.

Videtur tamen coacta hæc expositio. Quorsum enim sermone de orationis perseverantia habito ingerit mentionem fidei, nisi quod huius defectus sit causa quominus homines in malis huius vitæ positi perseverent in oratione, & non deficiant. Quia ergo dixerat, Deum citò facturum vindictam electorum suorum, vt ob id perseveranter peterent liberationem à malo; idè per aduersariuam particulam subiicit: *Veruntamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* significans paucos in fide perstituros vsq; ad illum aduentum, in quo perfecta fiat electorum vindicta, multis ob tribulationes, & liberationis dilationem deficientibus à fide, & orationis constantia.

Non tantum ergo significat defectum, ac paucitatem fidei in his qui viui reperientur in nouissimo die, sed etiam in hominibus cuiuslibet temporis. Et tamen sic loquitur, quasi tantum denotet fidei defectum in hominibus qui reperientur in terra in aduentu suo viui: propterea quod sic loquitur de aduentu suo, vt eum velit quouis tempore à fidelibus expectari, quasi ipsorum sit ipse vindex futurus. Cui sensui congruit sententia Habacuc: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet.* An verò nostra temporaria verbo Christi designata sint, alijs cogitandum relinquo: mihi sanè videtur, si non illa postrema tempora aduentus sui nostra in ætate implentur, quã proximè tamen ad illa accedere, & expressam formam, & typum illorum gerere nostra secula videntur. Nam siue fides hic accipiatur pro eo assensu, quem Deo, ac diuinis dogmatibus ab Ecclesia propositis præstare debemus, siue pro virtute humana, qua sibi inuicem homines credunt, & quæ fundamentum iustitiæ à Cicerone dicitur, rarissimâ, nostro seculo si-

dem inuenies. Nã, vt omittã Turcas, Iudæos, & Paganos Fidei expertes, quorum imperiũ nostro vitio latissimè prerogatum est, quid dicendum de his qui sibi videtur, & ab alijs existimantur, & vocantur Christianissimi? Inter quos tot disseminatæ sunt hæreses, tot impiæ opiniones, tot schismata, tot intestina, & plusquã ciuilia bella regnant, vt iam ferè tot sint fides, quot homines. Nam, vt pulchrè D. Hilarius ad Constantium Imperatorem scripsit: *Scribenda, inquit, atq; innouanda fidei exinde (nempe ab Arrio) vsus inoleuit. Qui postquam noua potius cœpit condere, quam accepta retinere, nec veterata defendit, nec innouata firmavit, & facta est fides temporum potius, quam Euangeliorum: dum & secundum annos scribitur, & secundum confessionem baptismi non tenetur. Periculosum nobis admodum atq; etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas esse, quot mores: & tot causas blasphemiarum pullulare, quot vitia sunt: dum aut ita fides scribitur, vt volumus, aut ita, vt volumus, intellicantur. Et cum secundum unum Deum, & unum Dominum, & unum Baptisma, etiam fides vna sit, excidimus ab ea fide, quæ sola est: & dum plures fiunt, ad id cœperunt esse, ne vlla sit. Hęc ille, eleganter, & graphicè depingens inconstantiam fidei, & variationem, quam nostri seculi Hæretici inuexerunt. Si autem de fide sit sermo, quam homo homini habet, vel seruat, profectò & illam nostro seculo perijisse, si diligenter perpendes, inuenies, vt quod Ethnicus quidam dixit, nobis mirificè conueniat, *viuitur ex raptò: nõ hospes ab hospite tutus:**

Non socer à genero: fratrum quoq; gratia rara est: Imminet exitio vir cõiugis, illa mariti. Quotus enim quisq; est, cui tu te fides, vel qui tibi fide reauisit? Quia enim neq; Deo fidimus, neq; fidem illi seruamus, ita & alij homines nec nobis fidem, vel seruam, vel habent, vt sic pari nobis reddatur. Quam obrem studium orationis colamus, & per illud nobis auctiorem reddi postulemus,

D. Hilari. Fidei catholice inconstantia sub Constantio Imperatore Constanti filio.

Ephes. 4.

Humanæ fidei defectus quantus inter homines. Ouid. libr. 1. Metam.

Vnde proficiscatur tantus fidei defectus.

Y vt

Luc. 12.

vt in tantis periculis, quæ nos vndiq; circumstant, & perturbant, consistere valeamus, inueniamurq; tanquam similes hominibus expectantibus reuertentē à nuptijs Iesum Christū Dominum nostrum, qui cum Patre, & Spiritu sancto æternam possidet gloriam. Amen.

TRACTATUS XXXII.

In illam parabolam: Duo homines ascēdebant in templū vt orarent: vnus Pharisæus, & alter Publicanus: & habetur Luc. 18.

13

Nauigantibus mare Tyrrenum versus Orientem plerunq; accidit, vt inter Scyllam, & Charybdim sit transeundum, vbi nisi rectum navigationis cursum experientia didicerint, facile naufragium faciunt; & vt Proverbium ait, *Decidit in Scyllam, cupiēs vitare Charybdim*

Proverbium Horatianū.

Ad portum æternæ vitæ contendentes scopuli duo vitantur sunt.

Horat. Quinam ad desperatorem soleant esse propēsi.

Gen. 4.

Ad hunc modum, qui per mūdi huius periculosum mare nauigātes, æternæ vitæ portū assequi cupiunt, diligēter sunt illis duo scopuli inter se contrarij declinandi, & cauendi. Alter est nimia de Deo diffidentia: ex qua oritur desperatio, & pusillus atq; abiectus animus. Alter est, nimia in se ipso confidentia, ex qua oritur superbia, tumor, & arrogantia. Cauendum autem ab vtroq; scopulo, quia vt qui dam Ethnicus dixit: *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.* Solent autem peccatores publici criminum suorum magnitudine, & enormitate deterriti, diffidentia laborare, & dicunt cum Caīm: *Maiores iniquitas mea, quam vt veniā merear.* Rur-

sus alij, qui iustitiā externam se colere profitētur, aliquid sibi tribuere, & iustitiæ laudem affectare solent, vt propterea sibi ipsis niti, & confidere videantur. Et tales erant apud Iudeos Pharisæi, ac pleriq; Iudæi, qui ignorantēs iustitiam Dei, vt Apostolus testatur, & suam quærentes constituerent, iustitiæ Dei non erant subiecti.

Dominus igitur omnium morborum spiritualium medicus, pulchra hac & eleganti parabola vtrumq; extremum declinandum esse docet: & humilitatis virtutem, quā orationes nostræ exaudiri promereantur, cum primis esse necessariam, & summo studio à nobis esse colendā ostendat; & superbiā, & de propria iustitia confidentiā vitandā erudiat. Hūc autē scopū & conclusio parabolæ quæ habet, *Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* & proemiū parabolæ manifestē ostendunt. Ait enim Lucas: *Dixit autē & ad quosdā qui in se confidebāt tanquā iusti, & aspernabantur ceteros, parabolā istā, dicens.* Hoc verbū nec est in Græcis, nec in plerisq; Latinis, & emendatis codicibus, nec videtur necessarium. Hæc sanē verba maiori cautione (ne scilicet nos imprudēter cōmittamus, cōtra quod Christus docuit) quā expositione indigēt. Rectē tanē dixit aduersus quosdam. Et prudētiæ fuit neminē in singulari notare: fugienda est enim fratris infamia. Hinc est quod in Euangelio neminē ex Pharisæis malis legamus proprio nomine a Christo notatū; bene autē interdū bonos, vt Nicodemū, Simonē Pharisæū, in cuius edibus Peccatrix remissionē peccatorū accepit, Simonē Leprosū, & alios, si qui fuerūt. Illud etiā, aduersus quosdā, insinuat, peccatores sibi nō esse notos, quatenus eorū malitiā, & delicta non probat: quibus dicitur: *Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis.* Ad hæc pulchrē illo verbo, singularitatis vitium, quo superbi isti in se ipsis confidentes laborabant, describit: tales enim quidā sunt seiuncti, & separati suo iudicio à reliquis, quasi criminosis, & peccatoribus. Ita enim Pharisæus iste di-

Pharisæorū superbia: Rom. 10.

2. Huius parabolæ argumentum.

Fratris infamia fugienda quonā Christi exemplo.

Ioan. 3.

Luc. 7.

Peccatores Deo quatenus ignoti.

Infra. 13.

Pharisæi in quare diuisi, separatiq; à reliquis hominibus.

cebat:

1. Tim. 1.

3

Psal. 145.

Hiere. 17. Hominis infidelitas, & inconstātia. Psal. 38.

Chrysof. tom. 5.

Cur homo à nullo facilius, frequenter miseriam, ac periculosius decipiatur, quā à se ipso.

Reg. 13. Infra. 24. Psal. 29.

Quid illud Davidis: ego dixi in abundantia mea, Non mouebo in æternum.

Quid item quod sequitur Dominus in voluntate tua præstiti

cebat: *Non sum sicut ceteri hominū, & quæ sequuntur.* Sunt autē alij diuites operibus bonis, & obediētia mādatorum Dei, qui tamē non sibi, sed Domino dant gloriā: neq; se ex sua natura ab alijs peccatoribus secernūt, sed se tales, etiā dum iusti sunt, vocare non erubescūt: inter quos Paulus peccatorū primū se asserere nō dubitauit. Loquitur ergo in quosdā, qui in oculis suis singulares sunt iustitiæ cultores, ambulantes in magnis, & mirabilibus super se.

Subdit, *Qui in se confidebāt tanquā iusti.* Si parum, aut potius nihil debet homo in alijs confidere, iuxta illud Davidis: *Nolite cōfidere in principibus, neq; in filijs hominū, in quibus non est salus: & Hieremias, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnē brachiū suū, & à Domino recedit cor eius,* quanto minus sibi ipsi fidere debet? Nā quid homine vanius, incōstantius, aut infelicius? Quā rectē dixit Propheta: *Verū tamē vniuersa vanitas, omnis homo viuens.* Et experientia teste, à nullo magis homo, neq; frequentius, neq; fortē periculosius decipitur, quā à se ipso. Hinc Chrysofomus librū inscripsit, *Quod nemo leditur nisi à se ipso:* quod nimirum ob propriā philautiam minus proprios defectus quā aliorū cognoscamus. Propterea David, qui vir erat secundū cor Dei, & in lōga illa, & periculosa persecutio ne Saulis nil detrimēti accepit, imō potius in illa auctæ fuerūt virtutes in eo: à se ipso autē deceptus euasit adulter, homicida, proditor: & dū plenus dierū populū enumerauit, superbus, & inanis etiā gloriæ cupidus. Quare agnoscens se ipsum rectē dixit in quodā Psalmo: *Ego dixi in abundantia mea (id est) dū affluerent consolationum spiritualium opes, & omnia pro voto succederent) Non mouebo in æternū (nempe à bono in malū, vel à Deo ad dæmonem.* Et hoc quia sequitur: *Dominus, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem (id est, gratiæ vim, qua in tus decoratur anima mea) dedisti stabilitatem, & firmitatem bene operandi, decori vero sanctæ conuersationis, qua iusti lucent vt luminaria in mun-*

do: præstitisti virtutem, qua cum aduersarijs colluctarer, & vincerem. Verū quia plus æquo incōsultē, & incautē tribuebam, cōfestim adfuit medicina tua curans superbiam meam: nam sequitur: *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus:* hoc est. Subtraxisti pium consolationis tuæ, & subsidij respectum, quod ego prior faciem meam à te auerterim, nec de te cogitauerim. *Auertisti faciem tuam à me,* iuxta illud: *Ad punctum, & in modo dico dereliqui te, &c.* Et factus sum conturbatus: dum videlicet sensus, & caro rationem pertraxit in adulterium, & homicidium. Et quemadmodum aqua mota, turbantur etiam immunditiæ, & quæ erant in fundo, eleuantur, & aquam turbidam, & minus portioni aptam reddunt: ita homo derelictus à Deo totus turbatur, & ratio vitiosis affectibus quasi caligine obtenebratur, & dicit malū bonū, & bonū malū. Propterea subiungit: *Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor,* pro gratia nimirum, & misericordia impetranda. Hinc Petrus plus in se quā par erat, cōfidens, subito id est, eadem nocte cecidit: quia *Perditio tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum.* Et Salomon: *Qui confidit in cogitationibus suis, impiè agit.*

Subdit, *quod confidebant in se ipsi tanquam iusti.* Græca habent, *confidebāt in se quod essent iusti:* id est, quasi essent ex se iusti, & perfecti, quibus nihil deesset, cum non essent reuera iusti: cum si quis confidere possit se esse iustum, nequaquam id in se debeat. Vt faciebat Paulus: ipse, inquit, *Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei: & alibi, Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.* Illi verō superbi in se ipsis confidebant. Vt enim *fides sine operibus mortua est, & ad salutem non sufficit, ita fides, & opera sine vera humilitate ad iustitiam satis non sunt.* Vt in alia parabola docuit: *Cum feceritis, inquit, omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus.* Nullus ergo coram Deo iustus est, aut illi acceptus sine humilitate: quia *Deus super-*

tisti decori meo virtutē. Philip. 2.

Quomodo etiam auertit Deus faciem suā à Davide, & factus est conturbatus.

Isa. 54.

Qualis homo derelictus à Deo. Isa. 5.

Osc. 13.

Prou. 12.

Rom. 8.

1. Cor. 13.

Iacob. 2.

Luc. 17.

Iaco. 4.

1. Pet. 5.

Sine humilitate Deo acceptus est nemo.

bis resistit, humilibus autem dat gratia.

Recte autem dixit Dominus, tanquam iusti: quia iustitia eorum falsa erat, & larua potius quaedam iustitiae; ideo reprobanda erat illorum confidentia. Et aspernantur ceteros. Qui enim se iustos existimant, facile in aliorum contemptum, & iudicia temeraria prolabantur. Ita describit, recte tamen, scribas & Phariseos. Graue autem peccatum est alienum seruum, & interna eius, quae non vides, diiudicare, & quos Deus tantifacit, contemnere: Videte, inquit Dominus, ne contemnatis unum ex his pusillis. Reprehenduntur etiam murmurantes de Deo, quod bona malis, & mala bonis dispenset. Et qui in accidentarijs his & externis, relictis his quae ad essentiam spectant, confidunt & gloriantur. Et haec de scopo.

Lam vero parabola cortice praetermisso, quod nihil ferè habeat annotatione dignum, ad principalem parabola sensum explicandum accedamus. Duo homines ascendebant in templum ut orarent: unus Pharisaeus, & alter publicanus. Proprius templi usus est, ut in illud deprecationis gratia nos cõferamus, nõ ad negotia, vel ad pöpe ostentatione, ad aspectus vel oblectos, & lasciuos, ut pleriq; faciunt, qui sub praetextu praedicationis, vel Missae sacrificij ad illud solent confluere. Nullum enim tam bonum opus est, nec locus tam sacer, aut tempus tam sanctum, quibus humanae metis malitia non possit abuti: ut Saul sub praetextu sacrificandi animu suu obedire recusantem contexit: & hic Pharisaeus sub colore orandi, & agendi gratias, tumorem, & superbia suam in templo proferebat. Et quanquam ad literam locus templi in monte Sio constructi altior esset, ut propterea dixerit, Ascenderunt ut orarent: vnde in fine dicitur, publicanus descendisse iustificatus in domum suam praeter illo: oratio tamen, ascensus quidam mentis ad Deum est: Qui enim Altissimo per orationem coniungitur, proculdubio a terrenis, & supra se ipsum elevatur. Unus Pharisaeus, &

alter publicanus. Quae magis imparia, atq; superbia, & humilitas, poenitentia, & philautia, timor, & confidentia? Pharisaeus, hoc est, qui habetur inter bonos optimus, Publicanus, videlicet inter malos possimus. Sed ut ait Optatus aduersus Donatistas: Meliora sunt peccata cum humilitate, quam innocentia cum superbia.

Pharisaeus stans, haec apud se orabat. Quia Publicanus infra dicitur a longe stetisse; intellige Pharisaeum prope altare, & corpore, & animo constituisse; ut ipso situ ostenderet confidentiam. Publicanus corpore stetit, animo vero curuato, & humiliato stabat: quia longè stabat, & oculis in terram defixis. Quod vero ex hoc loco colligit Caietanus, morem olim fuisse Iudeorum, ut stantes semper orarent, perpetuò verum non est. Nam Iesus orando procidit in faciem suam, ut Magi: & genibus flexis orauit Christus teste Luca, quemadmodum & Stephanus, & olim Salomon, Daniel, Ezras, & leprosus, & plures alij flexis genibus orarunt. Isaias etiam praedixit: Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, &c. Aliquando tamen stantes orabant, cum necdum Filius Dei humiliatus, & exinanitus ad nos venisset: verum vbi ille iam venit, praestat in templo hanc humiliationis formam in deprecando obseruare. Stabat ergo hic Pharisaeus, plus mente elatus quam corpore, & currit impius erecto collo contra Deum. Et cum cetera vitia Dei conspectum fugiant, sola superbia se illi opponit. Orabat (inquit) cum tamen nihil petierit. Quare vel precatio generaliter sumpta continet gratiarum actionem, & definitur esse colloquium mentis cum Deo: vel ironice dixit, Orabat, cum nihil petierit. Hinc Augustinus lib. de verbis Domini: Quid rogauerit Deum, inquit, quare in verbis eius nihil inuenies. Ascendit orare, noluit Deu rogare, sed se laudare. Hec ille. Et orabat apud se, id est, tacite in corde, sed a Deo cognito, sequè ut patronem amabat

Quae sint maxime imparia, & inaequalia.

Optatus lib. 2. con. Donatistas

7 Vbi stas oraret iste Pharisaeus.

Quod Iudei non tantum stantes, sed etiam genua pronolati orare consueuerant, contra Caietanum.

Matt. 26. Supra. 2. Luc. 22. Act. 7. 2. Par. 6. Dan. 9. 1. Esd. 9. Matt. 8. Isa. 60.

Proprii superbiae. Arrogas ille Pharisaeus quid oraret.

Aug. Serm. 36. de verb. Domini tom. 10.

Quis iustitia Pharisaei ca.

Ij qua grauer peccabant alienu seruum temere iudicantes. Matt. 18.

6 Praecipuus sensus parabole de Pharisaeo, & publicano.

Proprius templi usus.

1. Reg. 18.

Oratio quid sit.

Mag. Basil. Homil. 22. circa medium to. 1.

Effectus orationis.

8 Pharisæi superbia ex ipsius verbis vix posse constare.

Vrbici cuiusdam error in Christi sententia: Oportet semper orare, &c.

Aug. epist. 86. tom. 2. Secundum argum.

Astus daemnis. Greg. libr. 7. Regist. epistol. 66. vel capit. 126. & alibi tom. 2. Tertium argum.

Ambros. Serm. 10. in Psal. 118. in fine. to. 4.

Greg. hom. 7. in Ezechie. to. 2. Quartum argum.

Iob. 31. & seq.

Isa. 32.

2. Cor. 11. & seq.

Infra. 12. & seq.

& extollebat, & ad se ipsum peccatum superbiae redibat: ut docet Magnus Basilius. Cum enim preces eius debuissent ad caelum ascendere, inanis meritorum gloriatio cum deprimebat, & faciebat ut apud se esset ut fumus ascendens in tectum, & ibi reuerberatus retruditur in terra, & vento valido dispersus, astantium oculos excæcat; cum tamen deprecatio orantem extra se rapiat.

Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri; velut etiam hic publicanus. Difficile sanè est venari Pharisæi peccata, & qualia extiterint, explicare, cum eius verba & bona, & sancta videantur. In primis enim non peccauit, eo quod bis tantum in hebdomada ieiunaret, quasi esset quotidie ieiunandum, ut Vrbicus ille existimauit, quem B. Augustinus ad Casulanum presbyteru reprehendit. Deinde non peccauit, quasi opera quae se facere iactabat, essent mala; cum bona essent ex suo genere, & ieiunare, & dare decimas, & gratias agere, etli postea vanagloria ea corrumpere. Et saepe daemones finit opera bona, & multa homini perficere, quo magis postea de illis superbiens confundatur, ut testis est Gregorius. Rursus non delinquit quasi tribuendo sibi bona opera ex superbia, quae minime habebat, mentiretur: quia ut testatur Ambrosius in Psal. 118. & Gregorius in Ezechielem, verum erat illis operibus incubuisse. Quarto nec peccato est imputandum, quod enumerauerit omnia bona sua coram Deo: nam id interdum ad Dei gloriam illustrandam, & gratiarum actionem munerum datori impendendam, vel ad fratrum vtilitatem licitum est. Vnde & Iob, & Ezechiam, & Paulum idem fecisse legitur. Denique non peccauit gratias agendo Deo bonorum omnium auctori, cum gratiarum actio religionis sit opus, & pars orationis, & fructus humilitatis. Ergo gratias corde habere, siue verbis gratias agere Deo, non est per se malum: quod tunc fit, cum homo Diuina dona

Deo & non sibi tribuit. Secus autem est, quando ore tantum illa Deo tribuit: cuius rei signum est, cum quis gloriatur de bonis operibus in se, quasi non acceperit.

Iste tamen peccabat, quia bona sua, quae a Deo esse cognouerat, tanquam pro iustitia sua, & industria sibi donata existimabat; alias enim non gloriaretur. Ideo non ait: Non sum dono tuo, & gratia tua sicut ceteri homines, quemadmodum Paulus dicebat; Gratia Dei sum id quod sum; Sed, Non sum sicut ceteri, naturam suam, & semetipsum extollens. Nam vera gratiarum actioni locus non esset, vbi quis gratuita Dei dona, & Christi sanguine redempta tanquam naturalia, siue naturae suae debita existimaret: quemadmodum gratias agens de vase vere aureo accepto, quasi tantum esset argenteum, & non aureum, merito censeretur ingratus. Hinc rectè Theophylactus ait: Perniciosior est omnibus alijs superbia, quae abominatio apud Deum est, cum quis non Deo, sed sibi sua bona opera tribuit: quid hoc aliud, quam negare Deum est, & ei aduersari? Hoc igitur vitium, cui Dominus ita aduersatur, ut inimicus inimico, hac parabola medicari Dominus promittit. Et infra: Similia itaque sunt verba Pharisæi ab initio, grati hominis sermonibus. Gratias enim habeo tibi, inquit Deus, at cetera quanta referta sunt arrogantia? Non enim dixit; Fecisti me abstinere ab iniustitia, & a rapina; sed quomodo, Non sum. Sibi ipsi attribuit bonum opus, & suo robori. At alios iudicare quomodo est hominis scientis quod a Deo habeat quae habet? Omnino enim si credidisset quod per gratiam haberet aliena bona, non contempsisset alios, considerans quod & ipse æquè nudus esset, quantum ad suam virtutem attineat. Sic ille. Hic autem Pharisaeus videtur omnes superbiae species in se habuisse, de quibus B. Gregorius in libris Moraliu late disserit, & quae in hoc versu includuntur. Ex se, pro meritis, falso, plus omnibus, instant.

Quintu argum. & vitium. Quale opus sit gratiaru actio.

1. Cor. 4.

9

Superbus Pharisæus in quibus peccauerit.

Infra. 15.

Theophyl. in Lucam.

Perniciosior cur sit omnibus vitijs superbia Eccli. 13.

Qui quae habet, bona, ea se per gratiam habere agnoscit, & confitetur, non spernit ceteros.

Quod in superbo Pharisaeo omnes superbiae species liceat animaduerrere

Greg. libr. 27. Moral. c. 7. tom. 1.

Prima species superbia.

1. Cor. 4. Secunda. Rom. 11. Tertia.

Apocal. 3.

Iob. 9.

1. Tim. 1.

Gregorius lib. 6. epistola. 22. sic. ue. c. 186. ad Gregoriam cubiculariam Augustini. tom. 2.

Quid Gregorius ille Magnus mulieri cuidam respoderit petenti ut sibi reuelaret an sibi essent remissa peccata. Quarta & vltima superbię species.

Prou. 18.

19. Moralium. c. 17. to. 1. Idem libr.

Ex se putabat habere ille, cui dicebatur: Quid habes quod non accepisti? Pro meritis, qui quod accipit, suis meritis datū existimabat. Nā si gratia, ut ait Apostolus; iā nō ex operibus, alioquin gratia iā non est gratia. Opera enim, hoc est merita, gratię natura sua repugnant. Falsō, dicens se habere, quod nō habet, ut ille cui dictū est; Quia dicis, Quia diues sum, & locuple tatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus. Ita Phariseus pro iusto se habebat, cū nō esset: & licet esset, hoc ipsum ignorare debebat anima eius (iuxta illud: Etiā si simplex fueris, hoc ipsum ignorabit anima mea) & habere se pro peccatore ex natura sua: ut Paulus qui dicebat se inter peccatores primū esse. Nō expedit autē se nūc habere pro iusto, ne superbia de Dei donis oriatur, ut in Phariseo. Quare Gregorius Gregorię petenti ut sibi reuelaret an sibi remissa essent sua peccata, respondit: Rē & difficilē, & inutilē postulasti: difficilē quidem, quia ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat: inutilē vero, quia secunda peccatis tuis fieri nō debes, nisi cū in die vite tue vltimo plāgere eadē peccata minimē valebis. Plus omnibus, quia singularitatem affectabat, quasi nullus esset sibi par in sanctitate, in sapientia, vel eloquentia, in castitate, vel in alio quocunque dono. Non sum ego sicut ceteri homines. Superbia ergo fecerat eum gigantem, & ceteros homines Pygmęos, siue locustas. Et ita hic iactat se habere, vel ex meritis, vnde in se confidebat; vel falsō iactabat se habere veram sanctitatem, quia tamen reuera carebat, & super omnes alios se extollebat; cū tamen iustus prior sit accusator sui, & in oratione tanquam mendicus, plagas, & laceras, humilesque vestes ad excitandam sui commiserationem ostentare videtur. Hinc Gregorius libro Moralium, Phariseus, inquit, ciuitatem cordis sui insidiantibus hostibus per electionem aperuit, quam frustra per ieiunium, & elemosynas clausit. Incassum munita sunt cetera, cū locus vnus, de quo hosti patet aditus, mu-

nitus nō est. Hęc ille. Vsurpabat enim Phariseus sibi hoc verbo rem perfectis conuenientem, quibus ita conuenit sacrificium laudis, sicut imperfectis sacrificium spiritus contribulati. Erat enim hęc gratiarum actio cum fratrum iniurioso contemptu coniuncta; ut propterea Deo grata esse non posset. Hinc Bernardus super Cantica: Cernitis ne Phariseum agentem gratias, labijs quidem honorare Deum, cordis autem sententia se? Sic vsu quodam magis quam sensu, vel affectu personare in ore multorum gratiarum actionem aduertere est, in tantum ut homines quoque sceleratissimi, ad quęque flagitia, & facinora sua soleant gratias Deo agere, quod bene prospereque (ut quidem ipsi sapiunt) cesserit sibi in adimplentione peruersarum voluntatum suarum. Ita Bernardus. Peccauit etiam non nihil hic Phariseus in epumerandis vitijs, & virtutibus: nec enim omnia vitia complexus est. Non enim dixit; Non sum superbus, aut aliorum contemptor, aut proprię nitens prudentię, & iustitię: nec omnes virtutes recensuit, non enim cum ieiunio, & decimis addidit: Seruo humilitatem, & charitatem ad proximum. Sed hoc comparatum est, ut qui oculati, & perspicaces sumus in aliorum peccatis, etiam leuibus, inuestigandis, iidem in proprijs, & longē grauioribus cęcutiamus omnino, & caligine magna laboremus: ut quidā satyrę scriptor dixerit. Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum? Adhęc, etsi verbis gratias ageret, animo tamen, & mente tumebat, ab hominibus cupiens laudari, & de sua gratiarum actione melior reputari. Nam tales omnia opera sua faciebant, ut viderentur ab hominibus. Est autem inanis gloria virtutū tineas, teste Basilio, quę vel innascitur simul à principio cum bonis operibus, & tunc bona non sunt; interdum verò post opera bona, & bonis circumstantijs perfecta aduenit,

Perfectis quid congruar. Psal. 50. Cur Deo in gratia Pharisęi gratiarum actio. Bern. 13. super Cantica, prope initium.

Pharisęi aliud quoque vitium.

Improbatur natura humana cōditio.

Horat. lib. 1. serm. satyr. 3. Tertium peccatum Pharisęi. Matt. 6. c. 23. Basil. in cōstitutionibus monast. c. 1. circa med. to. 2. Inanis gloria, quid Basilio.

Quartū Pharisęi vitium August. e. pist. 86. circa initium, tom. 2.

Gregor. loco citato.

1. Machab. 6.

Elephantia à se caso succumbens ac moriens Eleazar, quorum typum gerat, teste Gregorio. Idem hom. 7. super Ezech. ante medium, tomo 2.

Ezech. 1. Quantum peccatum Pharisęi.

Matth. 5. Ecclesiastici 18.

Sextū & vltimum. Psal. 18.

Sanctorum virorū proprium quid. Dan. 9.

Ibidem.

& illa inficit ut tineas ligno superueniens. Efferebatur etiam super alios. Hinc Augustinus ad Casulanum in persona Urbici loquitur: Quomodo, inquit, non cū Phariseo damnabimur bis in Sabbato ieiunantes? tanquam Phariseus ideo damnetur, quia bis in Sabbato ieiunabat, & non quia super Publicanum se tumidus extollebat? Et Gregorius in Moralibus: Gratias rectē egit, sed peruerse se super Publicanum extulit. Ciuitatem cordis sui extollendo protulit, quam abstinendo, & largiēdo seruauit. Et paulō post: Vnde magnopere oportet & bona semper agere, & ab ipsis nos bonis operibus cautē in cogitatione custodire, ne si mentem eleuant, bona non sint, quę non auctori militāt, sed elatione. Eleazar namq; in pręlio elephantem feriens strauit, sed sub ipso quem extinxit, occubuit. Quos ergo iste significat, quem sua victoria oppressit, nisi eos qui vitia superant, sed sub ipsa quę subiiciunt, superbiendo succubunt? Quasi enim sub hoste, quem prosternit, moritur, qui de culpa quam superat, eleuatur? Hactenus Gregorius. Eadem ferē repetit homilia in Ezechielem super illud: Totum corpus oculis plenū in circuitu. Pręterea Phariseus nihil amplius petebat, quasi iam plenus esset, & ex se posset sine Deo omnia perficere pro bona voluntate. Ideo scriptum est: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Et rursus, Ne verearis vsq; ad mortem iustificari. Postremò non orabat ut cetera peccata, quę oculorum suorum aciem effugiebāt, quęq; ipse nesciebat, remitteret: de quibus dictū est: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Non imitabatur etiam sanctorum virorum perfectionem, qui aliorum peccata, ex charitate sua faciebant. Vnde Daniel, qui ad hunc gradum perfectionis peruectus erat, peccatorum personam induens, ait: Peccauimus, iniquitatem fecimus, impię egimus, & recessimus; & declinauimus à mandatis tuis, ac iudicijs. Non obediuimus seruis tuis Prophetis, &c. Et subdit: Quomq; adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israël, & reliq. ecce vir Ga-

riel, quem videram in visione à principio, & quę sequuntur. Idem facit Tobias senior, & Christus omnis perfectionis exemplum: Nam peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: & qui pro nobis factus est peccatum, hoc est, piacularis hostia, dicebat: Longē à salute mea verba delictorū meorum. Iustorum ergo perfectionis arcem tenētium proprium munus est aliorum peccata induere, & pro illis Dñm deprecari, ac satisfacere; ac proinde à peccatorib; nequaquā se ipsos discernere, cū tales se natura esse agnoscant, etiam si gratia Dei nō sint. Superbissimum ergo verbum fuit Pharisęi dicentis, Non sum sicut ceteri hominum. Quærit Augustinus, Quid est, ceteri homines, nisi omnes præter ipsum? Ego, inquit, iustus sum, ceteri peccatores. Idem docet Chrysostomus homilia De incōprehensibili Dei natura. Hinc malē quidam restringit verbum, ceteri homines, ad id quod sequitur, raptores, adulteri, id est, sicut ceteri raptores, &c. non enim ceteri omnes homines in illis trib; speciebus conclusi sunt. Adhęc, parabolā induxit aduersus quosdam qui in se confidebant, & aspernebantur ceteros. Ceteros ait absolute, & non ceteros, qui essent adulteri, & raptores. Neq; mirandum est, Phariseum tantum sibi tribuisse, & omnibus hominibus se prætulisse: quia videmus Lutherum dixisse se quintum Euangelistam, & Manichæum, se Christi Apostolum; & Montanum, Spiritum sanctum in se descendisse. In quos inuehitur Scriptura: Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia? Nec obstat quod subdidit, Et velut hic Publicanus: quia non ut à ceteris distinctū posuit, sed ut verbi gratia explicaret raptores, iniustum, & omni peccato coopertum. Nec etiā impedit, quod quisquam nostrum possit dicere, Nō sum sicut multi hæretici, & publicorū viarum grassatores, & prædatores, modò se id habere ex Dei gratia agnoscant & confiteantur, non autem à se ipsis: nam omnes tales sumus natura, nisi Deus sua gratia id in nobis impediatur.

Tob. 3.

1. Pet. 2. 2. Cor. 5. Cū dicitur ab Apostolo Christus factus peccatum, quid significet. Psal. 21.

IO Quid est dicere, Nō sum sicut ceteri homines. August. sermo. 36. de verb. Dñi, tom. 10. Chrysostom. hom. 5. de incomprehens. Dei natura, circa finem, tom. 5. Caietan. in Lucam. Lutherus, Manichæus, & Moranus se quales viderentur impudentissimi omnium mortalium. Iob. 12.

Quorsū id: Et velut hic Publicanus.

Pharisæi & raptores, & iniustum, & adulterum exiisse.

3. Reg. 3.

Isa. 42.

De alijs quid sentire debeamus per humilitatis virtutem.

1. Cor. 15.

1. Tim. 1. De nobis quid sentendum sit. Bonæ mentis iudiciū.

Iob 9. Quare Pharisæus recte de Publicano sentire debuerit.

Ioann. 11.

Psal. 76. Secunda ratio.

Ieiunare bis in Sabbato, quid. Theophyl.

Audi iam quales describat esse alios à se, etiam si non omnes. ¶ Raptores, per concupiscentiam oculorum. ¶ Iniusti, per superbiam vitæ, gloriam quæ Deo debentur, vsurpâtes. ¶ Adulteri, per concupiscentiam carnis. Et tamē ignorabat quia ipse erat verè raptor, opinionem sanctitatis furto surripies: quemadmodum meretrix illa impudens, cuius filius cum esset mortuus, filium alterius rapuit, & vt proprium vsurpauit. Iniustus etiam erat, quia alienum seruum sine cognitione, & discussione causæ iudicabat, atq; dānabat. Adulter verò, quia gloriam bonorum operum, quam sibi Dominus, vt propriam sponsam vendicauerat, & retinuerat, ipso dicente: *Gloriā meā alteri non dabo*, quasi alieni tori inuasor, vsurpabat. Ac subdit: *Vclut etiam hic Publicanus*. Non contentus ceteros traducere absentes, etiam in præsentem iniurius esse voluit, illum que aculeo linguæ suæ vulnerauit. Cum tamen regula certa sit, quod ad proximum attinet, vt certa bona eius, meliora: certa mala, minora: dubia bona, certa: dubia mala, nulla iudicemus. Secus in nobis, vbi contrario modo existimādum est: nam inter sanctos nos debemus reputare minimos cum Apostolo, & inter peccatores primos. Et in dubio si quid malè actum esset, bonarū mentium esset ibi culpam agnoscere, vbi culpa non esset: & de benefactis timere, & dicere cū Iob: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti*. Impudenter etiam iudicabat de Publicano, cum rectè de illo sentire deberet: præsertim cū ad deprecandam Diuinam misericordiā in templum venisset. Et cum duodecim sint horæ diei, & bonum Dominum habeamus, & potentem mutare nos, vt possit dici: *Nunc cœpi; hæc mutatio dexterae Excelsi*; erat etiam benè de illo cogitandi causa, eo quod longè esset, & verecundo vultu, & percutiendo pectus preces ad Deum funderet.

Subdit: *Ieiuno bis in Sabbato*. Id est, duobus diebus hebdomadæ, nimirum secunda, & quinta feria, vt testis est Theophylactus, numeratis ad-

Sabbatum præcipuum diem more Hebræorum, à quo tota denominatur hebdomada. Et gloriabatur de ieiunio; cum plus ieiunet dæmon, sed ex superbia. Et nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? &c. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegis dissolue colligationes impietatis, solve fasciculos deprimētes, dimitte eos qui cōfracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe, & quæ sequūtur. Parum est corpore ieiunare, & mente manducare, & deuorare carnes proximi. Et postquam se de prima parte iustitiæ laudauerat, id est, de mali declinatione, iam de secūda, quæ est facere bonum, gloriatur, subdens: *Decimas do omnium quæ possideo*. Decimas dicit in plurali: quia tres erant decimæ quas Iudæi pendebāt: vnam ministris templi, alterā in vsum venientium in templum, tertiam pauperibus, vt quidam volunt. Et ait, *decimas omnium*: quia Pharisæi etiā de minimis, vt de mentha, & anetho, & cymino decimas numerabant. Rursus ait, *Do*, Contra quod verbum Gregorius ait: *Gratuitum putas quod proximo impendis: velis autem, nolis, debitor es*. Sic ille. Non ergo do, sed reddo, quia ex iustitia aluntur ministri: & sua Pharisæus dabat Deo, se ipsum autem diabolo. Et ieiunia allegat cōtra adulteros; decimas, & eleemosynas cōtra rapinas, & iniustitias. ¶ Quod si obijcias, nihil mali fuisse, quod iste Pharisæus bona sua enumerauerit coram Deo: quemadmodum rex Ezechias fecisse videtur, qui annūtiata sibi morte per Isaiam, orauit ad Dominum, & dixit: *Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim*: quæ oratio non tantum reprehensa non est, sed à Domino commendata atq; exaudita. Paulus etiam in fine vitæ dicebat: *Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat*. Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. dicendum est, peccatum non esse de bonis suis meritis cogitare, modò vt dona Dei agnosca-

Pharisæi quàm inanis de ieiunio gloriatio. Isa. 58. Verum ieiunium quod fit

Iustitiæ partes duæ. Psal. 33. 1. Pet. 3. Triplicem decimam olim pendebant Iudæi.

Pharisæi etiam de quibus decimas pendebant. Matth. 23. Gregor.

Quid peccauit Pharisæus suas virtutes commemorando, quod & ipsum rex fecit Ezechias.

Isa. 38. 4. Reg. 20. 2. Paralip. 32.

2. Tim. 4.

De beneficiis suis ac meritis quatenus cogitandum.

tur,

August. in psal. 98. ante medium, & in psal. 102. aliquāto ante medium, tom. 8.

Planè aurea Augustini sententia. Bonorū operum iactabundis suorū quibus similes. De suis cogitare virtutibus, quibus liceat tantū, & quatenus.

Isa. 38. Grego. lib. 12. Moral. cap. 16. tom. 1. Alta quæ non sint.

2. Cor. 12.

Matth. 5.

August. tractat. 8. in primam Canonice. Ioā. sub initium, tom. 9.

2. Cor. 10.

tur, vt per illa iusti spem suā in Deum excitent, & pro illis auctori omnium bonorum gratias agant, & fixam cordi habeant illam planè auream Augustini doctrinā: *Dum coronat Deus merita tua, non coronat nisi dona sua*. Quare etsi imperfectis ostentare thesauros suos non expediat, ne illos amittant, nec recitare bona sua, quandiu in via sunt, & adhuc ad interiora se conuertere, & progressus maiores facere debeant, ne illis contingat quod gallinis, quæ mox vt oua pepererunt, clamore suo dominos excitant, qui oua edita illis auferant: perfectis tamen, & magnis viris licitum est non solum bona sua recogitare, sed etiam illa alijs pronuntiare, quādo suadet necessitas gloriæ Christi, vel ad id vrget pia utilitas proximi: modò illa dona Dei agnoscant, & per illa humilientur, & sine aliorum cōtemptu, qui tales non sunt, imò cum magna eorum commiseratione cogitentur. Hinc de Ezechie verbis, *Memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, &c.* pulchrè scribit Magnus Gregorius: *Alta non sunt, quæ humili corde proferruntur; quemadmodum hic Pharisæus elato corde dicebat: Gratias ago tibi, &c.* Hinc Paulus recitatis victorij suis, imò Christi per eum factis, subdit: *Factus sum insipiens: vos me coëgistis*, id est, vt gesta mea gloriosa enarrarem, quod videtur esse stultorum, vos mihi causam præbistis. Et in simili causa potest pastor bona merita sua ad Christi gloriam depromere, vt etiam in illis impleatur verbum Domini: *Sic luceat lux vestræ bonæ, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*. Et B. Augustin. dicebat: *Si times peccatores, non habebis imitatores*. Nec propterea periculum inest talibus, vel adulationis, vel inanis gloriæ: quia tedi magna accensa a vento non extinguitur, sed potius incenditur: secus parua candela, quæ mox extinguitur. Nec tales in se gloriantur, sed in Domino, iuxta illud: *Qui gloriatur, in Domino gloriatur*. Nec tales sunt iudices in propria causa, sed Deus, & proximus, cuius gratia, & utilitate ad populum seipso commendant. Propterea:

pulchrè docet Gregorius in libro Moralium: *More itaque viatorum; nequam debemus aspicere, quantum iam iter egimus, sed quantum superest vt peragamus; vt paulisper fiat præteritū, quod indefinenter, & timide adhuc attenditur futurum*. Amplius igitur debemus inspicere quæ bona necdum fecimus, quàm ea quæ nos iam fecisse gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium; vt plus ei intueri libeat quod sibi in se placet, quàm quod sibi in se displicet. Et infra: *Plerumq; hoc vitio tentantur etiam electi*. Plerumq; eorum cordi suggeritur, vt bona quæq; quæ fecerunt, ad animum reuocent, & securitatis iam lætitia exultent. Sed si verè electi sunt, ab eo in quo sibi placent, mentis oculos diuertunt, omnem in se de præactis bonis lætitiā deprimunt: & de his quæ se minus egisse intelligunt, tristitiā requirunt, indignos se estimant, & penè soli bona sua non vident, quæ in se videntur omnibus ad exemplum præbent. Et infra, tractans illa verba Apostoli: *Bonum certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruauit*, Intuendum, inquit, summopere est, quia eo illud tempore intulit, quò iam ex corpore discessurum se esse cognouit. Ibi quippè præmisit, dicens: *Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat*. Tunc ergo ad memoriā perfectionē reduxit operis, cum iam præuidit ad largitatis spatium minimè subesse tempus operationis. Sicut enim dum viuimus, debemus bona nostra à memoria repellere, ne extollat; ita ad memoriā iuste reuocamus, vt videlicet fiduciam præbeant, & desperatum timorem premant. Hæc ille. Atq; hac ratione dum Ezechie mors annūtiata fuit, bona opera ad memoriā reduxit: & Hilarion imminēte morte seipsum in fiducia Domini confirmabat: *Egredere, inquit, anima mea, egredere, quid times? Septuaginta annis inseruisti Christo, & adhuc times?* His haud dissimilia scribit Theophylactus hoc loco: *Verum, inquit, admirabitur quis, quomodo superbus cū pauca verba humilitatis pronūtiaverit, condemnatur; Iob autem, cum multa de se magnifica dicat, coronatur*. Quia

Grego. lib. 22. Moral. cap. 6. tom. 1.

1. Viatorum prudentia quæ nobis in patriâ cœlestem eunti bus imitanda.

Quo de vitio plerumq; tententur electi.

Cap. 7. initio.

2. Tim. 4. Ibidem.

Illud Apostoli: Bonum certamen certauit, & reliq; pulchrè expendit Gregorius.

Isa. 38. Qui sanctorum moribū di bene ante actæ vitæ meritis se se confirmauerint.

12. Theophyl.

Phari-

Quomodo superbi Pharisaeus pauca verba humilitatis pronuntians conuenitur; Iob autem magnificè de se loquens conuenitur?

Iob 31. & seq.

Chryso. hom. 5. de incomprehensibili Dei natura; longè à medio, tom. 1. Quam sit bonum nihil magnam de se opinari, egressa similitudine quadam ostendit Chryso. sollo. mus.

Peccati virtus quanta.

13

Publicanus cur longè staret; & quomodo. Isai. 1.

Phariseus quidem nullo cogente, stat talia nugans, & condemnans, alios nullo vsu urgente; Iob verò premētibus se amicis, & grauius incumbētibz quam calamitas ipsa, dicentibusq; quod propter peccata illa sit passus, compulsus est enumerare sua opera, idq; propter gloriam Dei; ne scilicet homines à recto virtutū cursu exciderent. Nam si comperissent homines, peccata fuisse quae fecerat Iob, & propter illa passum, cauissent ne eadem facerent, factiq; insuper fuissent ofores hospitum, & inhospitales, immisericordes, & iniustii. Hæc enim erant opera Iob. Sic ille egregiè conscripsit. Discamus igitur ex Pharisæi errore, quod si superbia fuga vitiorum, & virtutum choro comitata, damnare Pharisæum potuit; quid faciet coniuncta vitij, mendacijs, & virtutum fuga? Humilitas porrò sola, etiam si vitij sis plenus, seruare te potest: illam ergo amplectere. Audi Chryso. homilia De incomprehensibili Dei natura: Atq; vt planius intelligas, quam sit bonum nihil magnum de se opinari, finge animo bigam duplicem: quarum sub altera virtus iuncta sit cum superbia, sub altera peccatum cum humilitate. Vi debis enim bigam illam peccati virtutē facile anteire, palmamq; decursionis celerioris obtinere, non peccati perniciositate, sed coniugate humilitatis facultate. Contra, bigam alterā virtutis retardari, & vinci, non imbecillitate virtutis, sed superbia mole, ac pondere. Vt enim humilitas præ summa sua excellentia, peccati superat pondus, atq; in cœlū peruehit; sic superbia præ nimio suo pondere, ac intolerabili onere suæ molis præualeat, adeo vt etiam leuissimam illam, & supernā virtutem vincat, deorsumq; versus facile detrahat. Hactenus illud os plane aureum.

Sequitur: Publicanus à longè stans nolebat nec oculos ad cœlum leuare; sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitijs esto mihi peccatori. Quatuor narratur de isto Publicano. Primum, quod longè staret: stabat autem, cessando à peccando, iuxta illud: Quiescite agere, peruersæ. Frustra enim quis peccando peteret peccati veniam. Et longè stetit per humilitatē, agnosces

se per peccatum inisse in regionē longinquam. Deinde agnosces opera sua per se ipsa, & ex se longè à Dei maiestate stare, quia non sunt tantæ dignitatis, vt veniam promereantur: quemadmodum longe esset ab emenda domo pretij trium millium talentorum, qui tantū haberet in bonis tres drachmas, Tertio ex humilitate in ultimo cōiuij loco edebat: quemadmodum leprosi longè steterūt misericordiam postulantes, & exemplo Centurionis qui dixit, Domine, non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Et quia æstimauit se indignū Deo appropinquare, Deus illi per gratiam suam appropinquare voluit, vt pater qui occurrit filio ad se venienti.

Secundum est, quia nec oculos audebat ad cœlum leuare, nedum manus. Ex quo patet, quod Pharisæus & oculos, & manus leuauit: quod ostendit aduersatiua illa, Sed percutiebat pectus suum. Oculos ergo impudicos, & peccatis pollutos, in terram defixos habebat, inferno se dignum propter illa cogitans. Et significatur pudor, & erubescētia peccatoris coram Deo offenso: sicut peccatrix stabat retro, & vt adulterio deprehensa, præ dolore, & confusione oculos non audebat erigere in virum. Deinde significat, per peccatum se faciem Dei, & cœlestem gloriam amisisse, quemadmodū Absalon faciem patris sui. Et non eleuat oculos Publicanus; ne cor eius percutiatur tantorum bonorum quæ amisit, intuitu. Tertio significat se in familiam cœlestem peccasse, id est, in Angelos, quorum inspirationibus restitit: in sanctos, quorum preces defraudauit: in Deum ipsum, cuius obedientiam contempnit.

Quod si dicas, Publicanus fecisse cōtra doctrinam Patrum, quorum vnus dixit: Leuauit oculos meos in mōtes. Et iterum, Ad te leuauit oculos meos qui habitas in cœlis. Et bonus Iosaphat dixit: Cū ignoremus, quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te: respondendū est, pœnitentium pro remissione peccatorum supplicantium, propriū esse oculos ex pudore, & humilitate de-

Secunda ratio. Bonorū operū vilitas ex se ipsis.

Tertia ratio. Luc. 17.

Matth. 8.

Luc. 15.

14 Cur idē Publicanus nō audebat oculos ad cœlū leuare.

Supra 7.

Secunda ratio.

2. Reg. 14.

Tertia ratio.

15 Quorū exēplo sanctorū videatur Publicanus oculos leuare in cœlum debuisse. Psal. 120. 2. Paralip. 20. Pœnitentiū quid primum, quid verò iustorum.

primere:

Thren. 3.

Pectus suum Publicanus quare percuteret.

Ioël 2. Cor, sedes peccatorum omnium.

Matth. 15.

Simile.

In cōfessione quæ accusanda tantūmodo.

Dæmon quē solū vincit.

Hugo de S. Victore in Lucam.

16

Qualis hæc oratio Publicani: Deus propitijs esto mihi peccatori.

Matth. 6.

Eam precationem cur Dominus expressit.

primere: sicut iustorum est per spem Diuinæ misericordiæ illos eleuare, & cum Propheta dicere: *Leuamus corda nostra, cum manibus, ad Dominū in cœlos.* Quamquam simul possunt pœnitentes vtrumq; præstare, nimirum & oculos externos deprimere ob diuinæ altitudinis, & iustitiæ considerationem; & suæ vilitatis demeritum: & rursus interiores oculos per spem ad Deum misericordem erigere. Tertium opus Publicani erat, quod percutiebat pectus suum. Quo verbo innuitur cōtritio, & dolor cordis de admissis peccatis, iuxta illud: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Deinde innuitur cor sedes peccatorum omnium; ac propterea dignum plagis. Nam vt Dominus ait, *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, &c.* Et vt olla tunditur, vt inde exeant muscæ, ita & cor nostrū, vt inde prodeant cogitationes malæ, & dæmonia. Ad hæc in confessione solum cor, id est, voluntatem peruersam accusare debemus, non fortunā, non societatem, nō altra, non deniq; dæmonem ipsum, qui non vincit nisi volentem. Postremò cor percutit, vt quasi dormiēs à somnō excitetur. Et vt notat Hugo de S. Victore, in percussione est cor percussum, id est, cōtritio; & sonus, id est, confessio; & dolor, id est, satisfactio.

Quartum opus Publicani est breuis illa, & simplex oratio: *Deus propitijs esto mihi peccatori:* quæ quinque dictionibus constat, vt Iesus quinq; literis, qui & quinq; plagis nos redemit. Inerat fiducia Publicano de Dei erga se indulgentia; aliās enim nisi cōfilius fuisset, non orasset: nec tam paucis orasset, si non multū confusus fuisset de Dei benignitate. Non credidit se exaudiendum in multiloquio more Ethnicorum. *Deus propitijs esto mihi peccatori.* Oratio sanè verbis breuis, sed sensu, & efficacia magna. Quam Dominus ob id expressit; vt discam⁹ & nos modum preces nostras ad Deū fundendi; maximè cū à Domino parabola confingente sit excogitata, qua nihil aliud, quàm misericordiam reconciliationis petit. Nulla præten-

dit merita, nullas adfert excusationes in peccatis, sed se peccatorem liberè confitetur. Et primum Deum inuocat, spectatorem cordis sui, & propitiationem petit, per quam sibi appropinquare dignetur: vnde se longè esse cognoscebat. Et vulnera, & paupertatem ostendit medico, vocando se peccatorem: & agnoscit Diuinam misericordiam etiam sine sacrificijs posse placari. Et cū ait, *Mihi,* naturam nudā indicauit, quæ opus est manuū Dei. Et peccatori, ait, non peccanti: quia ex arte, & habitu peccauerat; & à conceptione & natiuitate parētum peccatum contraxerat.

Præter hæc quatuor, addit Chryso. stomus, Publicanum audiuisse verba Pharisæi, & se eius verbis contemptū, & maledicto affectum fuisse; tulisse tamen animo patienti, & ita probrum cōuertisse in laudem suam coronam, & commendationem: tanta est virtus patientiæ, & humilitatis, quæ signum fuit veræ suæ pœnitentiæ, & iustificationis. Sed vt quidam scripserunt, nō videtur hæc anotatio satis firma, quia non est verisimile Publicanum longè stantem audiuisse verba Pharisæi, qui iuxta aram precabatur. ¶ *Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suā ab illo: quia omnis qui se exultat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.* Quod ad Grammaticam attinet, aduerte, phrasim esse Hebræam, posituum poni pro comparatiuo. Et vt illic dicitur: *Speciosus forma, præ filijs hominum,* id est, speciosior cunctis hominibus; ita hic dicitur iustificatus ab illo, siue præ illo, siue plusquam ille: *Nam melior est peccator humilis, quam iustus superbus.* Non intelligas autem, Publicanum iustiorē Pharisæo; quasi hic iustus quoq; descenderit; quia est cōparatio impropria, quia scilicet iste non descendit iustus. Vel potius dicitur Publicanus iustior descendisse, quam Pharisæus, quia & Pharisæus aliam quam habebat, operum scilicet, iustitiam, quæ & coram hominibus est, & suo iudicio iustus habebatur: sed illā iustitiam vicit iustitia Publicani, vt quæ Dei esset iustitia, & coram Deo, cuius laus non ex hominibus, sed ex

Quid agnouerit coram Deo Publicanus, appellādo se peccatorem.

17 Chryso. hom. 15. in Acta Apost. hom. 5. De incōprehē. Dei nat. tom. 1. & homil. 3. de Dauide, & Saule, ibid. m. An Publicanus Pharisæum audierit deprecantem. Patientiæ, & humilitatis vis quanta. Sup. 14. Quid est ad literam: Descendit hic iustificatus in domum suā ab illo.

Psal. 44.

Eadem sententiā duplicē habet intelligentiam

Rom. 2.

Deo

Vnde hic Publicanus fuerit iustificatus.

De quotantum Pharisaeus reprehendatur, laudetur Publicanus.

Isa. 14. Exaltet se quis, & quomodo humiliabitur.

Humiliet se quis.

Idem vti exaltabitur.

Simile.

Deo est. Quo in sensu adhuc est impropria. Est autē hic iustificatus, non quia habuit bona opera, sed quia illis carens, humilitatem, & cordis contritionem habuit, & ex fide precatus est. Neq; hinc colligas, operari bona, bonum non esse: quia non reprehenditur de hoc Pharisaeus, sed de hoc tantum, quod iactaret opera sua; quasi Dei misericordia nō egeret. Neq; rursus laudantur peccata Publicani; sed quod non debent peccata etiam magna in desperationem quenquam adigere, & adimere nostram in Deo confidentiā. Et concludit: *Quia omnis qui se exultat, siue sit Angelus, siue iustus homo, siue peccator. Nam per superbiam Angelus primus euasit dāmon, omnis etiam iustus, qui se putat esse aliquid ex se ipso, vel quod habet, tribuit meritis suis, & nō gratiae Dei; vel qui sibi falsō ascribit iustitiam, & perfectionē quam nō habet; vel qui se plus omnibus recepisse existimat, dāmon quidē est. Tertio qui confidit in se ipso, & in operibus suis, hic inquam talis, Humiliabitur.* Et hic in vita, dū gratia Dei destituitur, & post mortem, dum ad perpetuam geennae humilitationem adiudicatur. *Et qui se humiliat, Euacuando se ipsum, vt in se tanquā in vas oleum Diuinā gratiae fundatur; & qui sibi ipsi non fidit; vel qui deniq; nihil ex se esse existimat, nihil meritis suis tribuit, non iactat iustitiā, quam non habet, vel per eam, quam habet, alijs non se praefert: hic, inquam, qui sic se humiliat, Exaltabitur.* Hic per gratiam apud Deū, deinde in alia vita per gloriam. Melius enim est iustificari à Deo, damnante nos toto mundo; quā iustificari à toto mundo, solo Deo nos condemnate. Quē admodum in causa aliqua praestatus est sententiam iudicis pro nobis habere, etiamsi omnes alij iniquā causam nos fouere existimēt, quā quod omnes pro nobis sentiant, & parti nostrae faueant, dummodò iudex contra nos decernat: cuius iudicium quia ex maiori lumine, & causae discussione procedit, praestare ceteris; & prauale re merito existimatur.

Iā audi egregia Chrysofomi verba

homilia De verbis Isaia: Vidi Dominum, &c. Vis, inquit, tibi dicam, quantum bonum sit modestia, & quantum malum arrogātia? Peccator iustum superauit, Publicanus Pharisaeum, & verba factis suere superiora. Quomodo verba? Publicanus dicit: Deus propitius esto mihi peccatori. Pharisaeus dicit, Non sum sicut ceteri homines: rapax, auarus, sed quid? Ieiuno bis in Sabbato, decimas de facultatibus meis. Pharisaeus opera iustitiae praestabat, Publicanus verba dicebat modestiae, & verba plus potuerunt quam facta: tantusq; thesaurus cum contumelia reijcitur, & tanta inopia in diuitias commutata est. Venerunt duae naues habentes onus, ambae portū ingressae sunt, sed Publicanus pulchre in portum appulit: Pharisaeus autem naufragium perpeffus est; vt disceres quantum malū sit animi tumor. Haecenus insignis modestiae cultor Chrysofomus.

Et haecenus literalem sensum parabolae exposuimus, quem facile est ad Iudaeum superbum de proprijs operibus, & obedientia legis tumentē quasi Pharisaeum, & ad Gentilem humilem quasi Publicanum, nihil de se, vel de sua iustitia confidentem, per allegoriam, quae interdum in parabolis inuenitur, applicare. Nam ille derelictus est in sua superbia, hic autem illi in iustificatione prepositus. Iuxta mores etiam extendi potest ad Ecclesiasticum, siue religiosum, & ad simplicē laicum in illis representatos, & facilis est, & commoda applicatio.

Iam ad huius parabolae fructum magis percipiendum assignandae sunt in materia superbiae, & humilitatis certae aliquot regulae omni acceptione dignae, & in primis ad salutem necessariae, non tantum religiosi, & qui perfectioris iustitiae statum profitentur, sed etiam fidelibus omnibus, & communem praceptorum viam constantibus.

Sit ergo prima regula: Laudabile est, atque adeo vtile in operibus suis bonis quae Dei gratia homo perfecit, non confidere: nam si peccator esset & immunda opera haberet, nulla esset ratio nisi timendi, non autem confidendi. Si autē quis sit iustus, perfectus,

Chrysofomus. hom. 4. De verbis Isaiae: Vidi Dominum, &c. paullo ante medium, tomo 1. Isa. 6. Quatum bonum sit modestia, & quantum malum arrogantia.

Qualis nauis Pharisaeus, qualis vero Publicanus Chrysofomus.

19

Quid Pharisaeus, quid vero Publicanus significent. In parabolis nonnunquam inueniri allegorias.

Ad quos etiam possit haec parabola accommodari.

Humilitas cuius fidelis, maxime perfectus, in primis vtilis, ac necessariae regulae sunt.

20

Regula prima.

Homo iustus, siue perfectus in sua iustitia, siue cur minimē debeat.

Secunda ratio. Isa. 64.

Prover. 20 Matth. 6.

1. Ioann. 1.

Tertia ratio. Iob. 4.

Ecclesiastici 27.

Rom. 11. 1. Cor. 10.

Apocal. 3.

Isa. 14. Gen. 3.

2. Reg. 11. & 24.

Matth. 26. Quarta ratio.

Psal. 74. Luc. 16.

2. Cor. 10. 1. Corin. 4.

vel sanctus, fidendum etiam non est. Primo, quia iustitiae nostrae incertae sunt, & ignotae, siue per certitudinem euidentiae, siue per assensum fidei Catholicae. Stultum porro videtur ei rei certō fidere, quā certō te habere nescias. Deinde nō sunt purae, & integre, sed admixtae multis maculis, & quasi panus menstruatae vniuersae iustitiae nostrae: Et, *Quis potest dicere, Mundū est cor meum, purus sum à peccato?* Et quis non debet dicere, *Dimitte nobis debita nostra?* Et si dixerimus quoniam peccatū nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Tertio, iustitia nostra stabilis non est, dū viuimus; potest enim amitti, si in Angelis suis Deus reperit prauitatem. Vnde Sapientēs rectē monet: *Si nō in timore Dñi tenueris te instāter, citō subuertetur domus tua.* Et Apostolus: *Tu fide stas: noli altum sapere, sed time: & alio loco, Qui se existimat stare, videat ne cadat: & Dominus in Apocalypsi: Tene quod habes, vt nemo accipiat coronā tuā. Cū ergo iustitia nostra periculo perditionis exposita sit, nemo potest illi, sine timore niti: & quantum accedit timoris, tantū decedit confidentiae. Memores debemus esse Angelorum, & primorū parentū, qui ex tanto dignitatis fastigio ceciderūt: debemus etiam meminisse Davidis, & B. Petri, qui in magna flagitia, à Deo destituti, collapsi sunt. Quarto, quia nostra iustitia nōdū est examinata, & à vero iudice probata, qui ait: *Cū accepero tēpus, ego iustitias iudicabo.* Tū multa, quae hominibus alta sunt, abominabilia erunt apud Deū: & quae nobis videntur argentū, & aurū, erunt scoria, & lutum. Propterea ait Apostolus. *Non qui se ipsum commēdat, ille probatus est; sed quem Deus commēdat.* Et alio in loco: *Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano dic; sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est.* Itaq; nolite ante tempus iudicare; quoad usq; veniat Dominus, qui illuminabit absconditā tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tūc laus erit vnicuiq; à Deo. Vides Paulū aliorum, & proprium etiam iudicium cō-*

temnere de se ipso, & tunc tantum futuram cuiq; laudem, cum commēdatus, & probatus fuerit à Deo. Sed huic regulae non prauidicat quod ad Dei laudem interdum bona nostra merita detegamus; vt fecit Mater Dñi, dicens: *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius; vel ad populi vtilitatem, vt Paulus fecit, qui enarratis suis laudibus dicebat, Factus sum insipiens: vos me coegistis, vel cū in aliquam incidimus tribulationem, vel cū morte imminere ad erigendam spem nostram in memoriā reducimus benefacta nostra, vt exemplo Ezechiae, & Pauli cōprobauimus. Et si autē minimē expedit honestis nostris actionibus niti ob dictas causas: tamē hoc ipsa bona opera efficiūt, vt quo plura sunt, & maiora, eo maiorem de Deo, & bonitate, & misericordia eius confidentiam in nobis operetur: ita vt in illis tanquam de Dei donis liceat secundariō considerare: sicut in fide, & Sacramētis ad sanctificationem nostram institutis, & in alijs seruatorum Dei precibus, & sacrificijs, sicut & in Sanctorum, qui cum Christo regnant, meritis, ac patrocinijs.*

Secunda regula sit de gratiarum actione: Non solum licet gratias agere Deo, sed etiam ad illas indefinenter praestandas lege Dei tenemur. Est enim census, qui Domino nostro, & cōditori perpetuō pēdendus est: modō gratias nō tantum voce, sed etiā corde agamus, ne de nobis dicatur: *Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longe est à me:* existimādo nos ex nobis nihil boni habere, vel ex meritis proprijs, sed ex gratia Dei, neq; de ipsa gratia, aut bonis meritis; aut deniq; de ipsa gratiarum actione vllam gloriationis, aut inflationis laudem affectando; aut illa dona inaniter iactādo, & occultorum delictorum remissionem suppliciter postulando, neq; in corde nostro, aut sermone cuiquā nos praefendo; & acceptorum donorum conseruationem à Deo ambiendo, cū nos instar adolescentioris prodigi ad illa dissipādum, & perdendum apti, & procliuēs simus. Vbi quicquam horum nostrae gratiarum

21. Quibus tantum in rebus nobis cōcessum sit propria merita recensere. Luc. 1.

2. Cor. 12.

2. Tim. 4. Isa. 38.

22. Regula secunda humilitatis. Cēsūm Deus à nobis quē requirat.

Isa. 29. Matth. 15. Perfecta gratiarum actio in quo consistat.

Luc. 15.

actioni defuerit, vitiosa profecto fuerit, aut saltem imperfecta.

23 Regula tertiana humilitatis. Vsurpet Dei iudiciū quis

Psal. 61.

Philantia proprium quid.

B. August. lib. 50. homiliarū, homil. 23. circa med. tom. 10. Homo, si de sit rector, a quo factus est homo. Sic ille. Matth. 7. Ecclesiastici 32.

24 Regula quarta humilitatis.

25 Regula quinta. 1. Cor. 4. Nemo in propria causa bonus iudex.

Tertia regula sit de iudicio aliorū: Nemo debet alium peccatorem iam deploratum iudicare, vel illi se conferre, quia vsurpat Dei iudicium, & ignota iudicat: & nemo est bonus iudex in propria causa. Nam mendaces filij hominum in stateris: vt ait David: & alia quidem statera nostra flagitia, alia verò aliena delicta ponderamus. Nam grauisima quæq; scelera nostra amor ille quo nos ipsos diligimus, leuia, & venialia facit; aliena verò vel leuissima, odium, aut liuor, quo ad illorum auctores affecti sumus, ingētia, & vix expiatione, vel remissione digna reddere solet. Nec est quod non peccās in fletu in peccantem: quia, vt rectè dixit B. Augustinus, Nullū est peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere alter. Propterea rectè dicitur est a Domino: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite cōdemnare, & non cōdemnabimini. Omnes igitur comparationes ad excusanda delicta nostra diligenter, & sedulo vitemus, quia vt dicitur in Ecclesiastico; Peccator homo vitabit correptionē, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem.

Quarta regula sit de iudicio bonorum, vel malorum operū, quæ proximis operatur: nam certa proximi bona, maiora debes æstimare in oculis tuis; certa autem mala, minora. Dubia bona pro certis habere debes, dubia verò mala non debes illorum auctori certè adscribere, sed eo loco illum habere, ac si nihil mali operatus sit. Contra verò de nobis, si nos ex charitate diligimus, sentire debemus: nostra enim certa mala, maiora ducere debemus; certa verò bona nostra, minora: dubia mala, vera; dubia bona, pro nullis habere expedit; vt ita humilitatem colamus, & seruemus.

Quinta regula sit de iudicio sui ipsius. Nemo enim se debet certè iudicare bonum propter opera quæ facit, quia hoc iudicium est Dei solius, vt ait Apostolus, & nemo est bonus iudex in propria causa. Et licet magna sit gloria testimoniū cōscientiæ: quia

tamen multa latet occulta; propterea rectè dicebat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Propterea iustus quisq; se pro iniusto, & peccatore habere potest: tūm quia talis est natura sua: vnde Paulus se peccatorum primum vocat: tūm quia latere potest aliquod occultum, vel alienū delictum, de quo sit orandum; Ab oculis meis munda me; & ab alienis parte seruo tuo. Qui autē offenderit in vno, factus est omnium reus. Iustus etiam quisq; multa peccat per omissionem, eo quod ex talento credito non tantum lucrum reportet. Ob quā rationem instruit in alia parabola suos dicens, Cūm fecerint omnia quæ præcepta sunt illis, serui inutiles sumus: quod debemus facere, fecimus. Deus igitur, vt amplius esurias, & sitias iustitiam, & vt in timore Domini perseueres, & per humilitatis virtutem augearis, voluit vt iustus quisq; pro peccatore se gerat. Quod pulchrè expressit Iob illis verbis: Si iustificare me volueris, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tēdebit me vitæ meæ. Hoc est, vt eleganter exponit B. Gregorius, Si iustitia, & simplicitate præditus fuero, geram me ad similitudinem ignorantis meā iustitiam, & pro peccatore me habebo, nihil propterea tribuens mihi. Qui loquendi tropus etiam apud Ethnicos ignotus non fuit. Dicitur enim apud Comicū: Tu pol si sapias, quod scis, nescias, neque de Eunuchis, neque de vitio virginis. Id est, si sapiens fueris, meo consilio, quod scis, profiteberis te nescire, & geres te quasi ignores Eunuchum, & vitium virginis.

Sexta regula sit, de assensu nostro, & operatione cū Deo. Vult Deus, ita omnia quæ possumus ex parte nostra, præstari, ac si solis, & proprijs viribus nostris omnia essent peragenda: vult præterea nos agnoscere, nihil nos posse sine ipsius gratia, & ita omnia illi esse adscribēda, ac si ipse solus in nobis operaretur. Quā regulam vt exemplo aliquo illustremus, finge nauē aliquā a nobis fabricatā, & omnibus neces-

2. Cor. 1. 1. Cor. 4. Iustus pro iniusto ac peccatore cur se gerere debeat. 1. Tim. 1. Psal. 18.

Idco. 2.

Matth. 25.

Luc. 17.

Matth. 5.

Iob. 9. Illud Iob; Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, quid significet.

B. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 17. tom. 1.

Teren. in Andria.

26

Regula sexta humilitatis.

Ioann. 15.

Eadē triplici illustratur exemplo.

Primum exemplum de nau.

Secundum exemplum. Iudic. 7.

Tertium exemplum.

Ioſue 6.

27 Regula septima humilitatis.

farijs ad nauigationem munitā, & instruat; adde etiam, illā iam mercibus, & nautis, & cōmeatu præparatā, & in procinctu esse ad soluendum ē portu: profecto illa sine vento nauigabit nūquam, & sine aura stante ad portum optatū minimè perueniet. Vides hīc omnia homines præparasse, præter vētūm, quem solus Dñs mittit, & qui nauim reuera ducit in portum. Accipe iam & alia Scripturarū exempla. Præcepit Dñs Gedeoni congregare exercitum: ex illo eiecit timidos omnes, & qui eo anno vxores duxissent, aut vineam plantassent, aut domum nouā edificassent iuxta legis præscriptum: rursus ex fortibus tantum trecentos viros, qui manu aquam hauriebāt, ceteris omnibus dimissis delegit, qui manibus tenentes lagenam cū facibus, & altera manu tubam personantes, hostes aggressi sunt, quibus victoriam Dñs contulit: nam omnia illa parum ad pugnam faciebant, nisi Dominus immisisset timorem in castra Madianitarū. Rursus præcepit Dñs ad euertendam ciuitatem Iericho, vt exercitus armatus septies ciuitatem circumdaret, sacerdotibus tubam sonantibus, quasi ipsi essent pugnaturi, & victoriam assecuturi: cum tamen voluntate Domini muri Hiericho corruerint, & victoriam populo suo tribuerit Deus. Ad hunc ergo modum nos in assequēda iustificationis gratia, siue in obseruantia Diuinæ legis, siue in magna aliqua tribulatione superanda, siue in vitæ eterna comparanda, siue in officio, & ministerio vocationis cuiusq; præstando ita nos ipsos gerere debemus, ac si omnia nobis efficienda essent, & nostris viribus præstanda: rursus ita quæcūq; fecimus, aut ex nobis præstitimus, respicere debemus, ac si nihil ad illa deseruirent, nihilq; ex se essent: sed tantum ad Diuinæ gratiæ auxiliū, Deiq; spiritum est animus erigendus, ac si ille solus pro sua bona voluntate omnia sit in nobis operatus, & quæcūq; volumus, concesserit.

Septima, & postrema regula sit, de quibusdam se ipsos interdum laudantibus, aut virtutes suas proferentibus: non esse omnes continuo vituperandos, aut damnandos. Quidam enim sunt, qui bona merita sua tanquā Dei dona agnoscētes, illa ad Dei laudem, aut ad proximorum salutē, aut ad spem nostram in Deum erigendam deprimunt: quod a vitio non tantum est alienum, sed etiam summa cum gratiarum actionis, & humilitatis virtute cōiunctum: & ita egregiè dixit Gregorius: In auribus Dei superba non sunt, quæ humili corde proferuntur. Hinc Bernardus in Cantica: Nec enim illa, inquit; gratiarum actio (si bene recolis Euangeliū) gratiorem eum (scilicet Pharisæū) fecit. Quare? Quia quicquid in ore deuotum sonuerit, cordis non sufficit excusare tumorem apud eū, qui alta à longe cognoscit. Infra: Magna, & rara virtus profectō est, vt magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus, tuam te solum latere sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Fidelis re vera famulus es, si de multa gloria domini tui, et si non exeunte ex te, tamē trāseunte per te, nil tuis manibus adherere contingat. Tunc iuxta Prophetam proijcis auaritiā ex calumnia, & excutis manus tuas ab omni munere. Idē libro De gradib. humilitatis, loquens de Pharisæo: Dum in se, ait, singulariter exultat, in alijs arroganter insultat. Dauid autem aliter. Ait enim: Omnis homo mendax. Neminem excipit, ne quem decipiat, sciens, quia omnes peccauerūt, & omnes egent gloria Dei. Pharisæus se solum decipit, quem solum excipit, dū ceteros damnat. Propheta se non excipit à communi miseria; ne excipiat a misericordia. Pharisæus exsufflat misericordiam, dum dissimulat miseriam. Hactenus Bernardus. Has igitur regulas si bene intellectas diligenter obseruemus, non dubito in via Dei magnos nos progressus facturos, & magnam nos tūm in præsentī, tūm in futura vita exaltationem apud Deū iustum remuneratōre consecuturos, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

Grego. lib. 12. Moral. cap. 16. tom. 1. Bernar. sermo. 13. super Cantica. initio. Psal. 137. Magna, & rara virtus quæ teste Bernardo.

Isa. 33. Projicere auaritiā & calumniā, & excutere manus suas ab omni munere, iuxta Prophetā quid. Idem Bernard. Psal. 115. Rom. 3.

TRACTATUS XXIII.

In parabolam vineæ, & operariorum ad eam colendam sub mercede denarij conductorum: & habetur tātū apud Matthæum cap. 20.

SIMILE est regnum cælorum homini patri familiæ, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autē facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam, etc.

Nō semel in superioribus diximus, parabolas ex tribus capitibus difficultatem habere. Primò quidē ex scopo, qui nō satis interdū cōiectari potest. Deinde ex cortice ipsius similitudinis, quæ nō satis nobis nota est, aut, et si notā sit, nō satis apprehenditur quò tendat. Postremò ex ipso sensu spirituali, & interno, & potissimum à Spiritu sancto intento, quem multi non satis assequi valent: quia similitudines corporum & cōparationes non possunt præcisè rerum spiritualium proprietates representare: & si in parte aliqua seruiunt, in multis tamen sunt dissimiles: nam vt verba minus perfecte res representant in illo verborum idiomate, sed deficiunt in multis: ita res sensibiles in hoc rerum idiomate spiritualia ad plenum explicare nequeunt.

Scopus igitur præsentis parabole ex verbis postremis 19. capituli Matthæi venandus est. Cū enim dixisset dominus Apostolos sessuros tanquam iudices in duodecim sedibus, iudicātes secum duodecim tribus Israël (vbi illos præferbat Patribus, & Prophetis) & centuplum accepturos eos, qui patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut domum, vel fra-

tres, aut sorores, aut agros propter suum nomen reliquissent, cogitari poterat, quòd qui plus reliqueret, plus acciperet, & ita melior esset cōditio diuitum quàm pauperum, de quorum numero Petrus cū Apostolis erat. Proinde vt huic occurrat intelligentiæ, subiungit, quòd multi nouissimi in hac vitā, quòd ad facultates, & honores attinet, erunt primi in alia. Nota verbum, Multi, non omnes: non enim omnes operarij suo vitio existunt, contrā verò, multi primi in honoribus, & bonis temporalibus nouissimi erant in futura vitā: quia Deus non pensat quantum censum, sed ex quanto affectu quisq; propter eum sua relinquat.

Quāquam alij probabili existiment, non esse huius loci, & parabole scopum talem; sed tantummodo multos tempore nouissimos, dignitate gratiæ & præmij primos futuros: & contrā multos, vocatione primos, futuros postremos. Quam cōclusionem proponit; & per parabola explicat dicens cū coniunctione causam reddente, quæ in Græco textu habetur Ite, & in quibusdam etiam emendatis codicibus Latinis dicitur: Simile enim est regnum cælorū. Et rursus concludit: Sic erunt nouissimi, primi, & primi, nouissimi.

Est igitur scopus aperta quædam comparatio ministrorum Noui Testamenti ad ministros Veteris, in qua veteris illius legis ministris hocce ministros nouæ præfert, iuxta illud Pauli: Si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israël in faciem Moysi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Rursus, Qui idoneos nos fecit ministros Noui Testamenti, non litera, sed spiritus: & Dominus, Beati oculi qui vident quæ vos videtis: dico enim vobis, quòd multi Propheta, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt. Et quòd hic sit sermo de ministris Noui Testamenti, constat ex voce operariorum, de qua

more dicitur

multos tempore

Deus quid expendat in donis sibi oblati.

3 Alter sensus congruentior.

3x3 dicitur

dicitur

4

2. Cor. 3. Exod. 34.

2. Cor. 3. Luc. 10.

Domi-

Ibidem, & Matth. 10.

1. Cor. 3.

Vinea quæ mysticè.

Luc. 1.

Coloss. 1.

5 Quorundam interpretatio minus appositā. Luc. 13. Matth. 8.

Generalibus in dictis plures sæpe sensus Dominus cōplecti solebat. Matth. 9.

Infra 19.

Dominus in Euangelio: Dignus est operarius mercede sua. Et Paulus, Dei enim sumus adiutores, siue, vt Græca vox habet, cooperarij, & Ioannes in tertia sua Canonica Epistola: Vt cooperatores simus veritatis. Idem etiam patet ex distinctione operariorum ad vineam, quæ domus Israël est, siue Ecclesia, missorum. Et refert hoc magnopere cognoscere, non solum propter ministros, vt proposito tanto premio, & honore pro tam modico, & exiguo labore alacriter laborare adnitantur, sed etiam propter ipsam plebem: quia quæ est proportio ministrorum ad ministros, eadem est plebis ad plebem. Nam plebs Christiana debet esse suo modo perfecta, ad quod Ioannes missus est, nimirum vt pararet Domino plebem perfectam: & Apostolus ad Colossenses, Vt exhibeamus omnem hominē perfectum in Christo Iesu.

Quod igitur quidam asserunt, ob id quòd illa sententia: Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi: & sunt primi qui erant nouissimi, qua Dominus apud Lucam vtitur ad significandum Gentes in regno cælorum præferendas Iudeis, & tunc contrā qui erant primi, id est, filios regni, expellendos de regno: quia ibi ad literā est sermo de Gētibus, & Iudeis; ac proinde idē significari hoc loco: nō satis euincit. Quia nouum non est in Euangelio, neq; insolitum, Dominum generales quasdam sententias ad diuersos scopos applicuisse: non tamen propterea idem hīc dicere voluit, quòd publicani, & meretrices debeāt præcedere Scribas, & Phariseos in regno Dei, Ethnici Iudeos, pauperes & abiecti diuites & honoratos. Nam hæc ipsa in intelligentia cū parabola conuenire nō videtur, in qua nouissimos docet æquandos primis, & primos nouissimis in vltima retributione: sed quòd prius diximus, verè parabole intelligentiæ est magis consentaneum. Et eodē in sensu accipitur illa propositio parabole: Multi autē erūt primi, nouissimi: & nouissimi primi. Intelligēda est enim in epiparabola, quando concludit: Sic erūt nouissimi, primi, & primi nouissi-

mi. Non negabo tamē, præter sensum literalem, & principalē, posse optimè hanc parabolā accipere sensum allegoricum, & mysticum de populo Gētili, & Iudeorū, eo modo, quo sepe admonuim⁹ in parabolis delitescere quādoq; pulchras allegorias, quæ cū ipsa litera mirificè quadrare deprehenduntur, & talis est illa hoc loco. Hęc satis sint de scopo.

Quod ad corticē attinet, ponitur quidā pater familiās colēdi vineā suā studiosus, hora conuenienti ad laborandū, hoc est, primo mane conduxisse aliquot operarios, qui prima hora cœperunt laborare, & alios, qui ab hora tertia, qui dicuntur stātes in foro otiosi, quia, iuxta morē, tales in loco publico se exhibent, vt ad labores cōducantur ab his, qui eorū opera indigēt. Vt autē declararet liberalitatem suā, voluit alijs etiam horis, id est, sexta, nona, & vndecima alios operarios mittere in vineam. Sed quoniam hæc liberalitas nota nō fuisset primis operarijs, si ab illis cœpisset soluere, quia accepto suo denario statim discessissent, fingitur à nouissimis cœpisse pactā pecuniā pendere: ex quo alij occasione murmurādi acceperūt, vidētes se, qui tota die laborauerant, nihilo plus eis accepisse. Sed pater familiās illos iuste reprehēdit, suāq; iustitiā erga illos obseruatam ostendit, dū ait: Nonne ex denario cōuenisti mecū? Tolle quod tuum est, & vade. Rursus liberalitatem erga nouissimos cōmēdas, ait: Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Et ita primi, sunt nouissimi: & contrā nouissimi, primi.

In huius parabole cortice præmittendum est, diem non tantum apud Romanos, sed etiā apud Iudeos duo decim horas habuisse, siue dies essent longi, siue breues, siue æquales. Vnde & alibi dixit Dominus: Nōne duodecim sunt horæ diei? Et ita qui vndecima hora vocati sunt, per vnam tantum horam laborauerunt. Erant autē quatuor præcipuæ diei partes, & totidē noctis: ideo hīc fit mentio primæ, tertiæ, sextæ, & nonæ, de quibus in

6 Parabolæ operariorum sensus historicus.

7 Dies olim apud Romanos, & etiam Iudeos quot horis costabat. Ioann. 11.

pasionis Dominicæ mysterio fit mé-
tio. Nox quoque quatuor habebat vi-
gilias, de quibus Marc. 13. *Vigilate er-
go (nescitis enim quando Dominus do-
mus veniat, serò, an media nocte, an gal-
li cantu, an mane.)*

8

Quod verò ait, *Ex denario diurno*,
Græcè dicitur, *ἡ ἀναρχία τῆς ἡμέρας*, &
supplenda est præpositio *κατὰ*, id est,
denario secundum diem: quod rectè
Latinus interpretes vertit, ex denario
diurno. Vt enim annuam mercedem
vocamus, quæ pro totius anni labore
persoluitur; ita denarius diurnus, qui
pro vnius diei opera ex pacto pendit-
tur. Dicitur est autem denarius, quòd
decem asses æreos valeret, & hæc mo-
neta respondet nostro Iulio, vel Ca-
roleno: & decem denarij conficiunt
monetæ ducatum.

Annua mer-
ces quæ, &
denarius
diurnus:

Denarius
quare sic di-
ctus.

9

Eralmi mi-
nus cōmoda
translatio re-
ijcitur in il-
lud: Conuen-
tione autem
facta, &c.
Psal. 18.
Psal. 117.
Ioan. 8.
Infra 9.
1. Thess. 5.

Quod dicitur: *Conuentione autem
facta cum operarijs ex denario diurno*,
Erasmus malè translulit: Conuentione
autem facta cum operarijs in singulos
dies ex denario, misit eos: quia mutat
diem in dies; & mysticū sensum cor-
rumpit: est enim hic dies, de quo Da-
uid; *Dies diei eructat verbum*; Et, *Hæc
dies quam fecit Dominus*; Et ipse Do-
minus, *Abrahæ exultauit ut videret diē
meum*; & *vidit, & gauisus est*; Et, *Me o-
portet operari opera eius qui misit me,
donec dies est*. Et Apostolus ad Thes-
salonicenses, *Omnes vos filij estis lucis,
& filij diei*, illius scilicet, in qua voca-
ti sunt operarij ad excolendam vineam
Domini. Diei igitur vni multis horis
distinctæ comparat hæc parabola to-
tum vitæ nostræ cursum. Et æternæ
vitæ præmium in denario adumbratū
docet vnius diei labori respondere,
iuxta illud: *Id enim quod in presenti est
momentaneum, & leue tribulationis no-
stræ supra modum in sublimitate eter-
num gloriæ pondus operatur in nobis*.

2. Corin. 4

Qualis vita
hominis,
qualisve sit
humana pro-
speritas, re-
ste Prophe-
ta.

Quemadmodum etiam Propheta vi-
tam hominis, vel secunda rerū huma-
narū euenta vni diei mane & vespere
constanti assimilat, psalm. 89. *Τὸ πρωῖ
ὠσεὶ χλοὴν περιέδοι: τὸ πρωῖ ἀνθίσαι, καὶ τα-
ρῖδοι, ἑσπέρως ἀποπίσαι: σκληρυνθεὶν, καὶ ζυ-
ραυθεὶν*. Hoc est. *Mane velut herba vi-
rens proueniat, vel exurgat: mane
floreat & transeat, vel euanescat, vespere-*

*re languescat, vel decidat, induret, &
arescat*. A principio enim homo pro-
ficat, & perficitur ad modum herbæ
florentis, quæ postquā mane floruit,
ad vespeream deficit, & vigorem per-
dit: quia homo postquam floruerit, &
adeptus fuerit iustam, in vitæ medio
perfectionem, efficitur aridus, & se-
nio contabescens.

Quod ait, *Primo mane*, Erasmus ver-
tit, primo statim diluculo: Græca ha-
bent, *ἡμα πρωῖ*, & significat simul, vnā
protinus, statimve, & eodē tēpore: &
πρωῖ Græcis dicitur quicquid internal-
li temporis post galli cantum vsq; ad
solis exortum. Et ita significat, patrē
familiās summo mane egressum ad cō-
ducendas operas, vel operarios. Et ge-
minatū *πρωῖ πρωῖ* denotat celeriter ve-
lociter, iuxta illud; *Adiuuabit eā Deus
mane diluculo, vel celeriter velociter*.
Quod dicitur: *Cum venissent qui circa
duodecim horam venerant, acceperunt
singulos denarios*, Græca habent; acce-
perūt singuli denarium, *ἕλασον ἀνὰ δέκα
πέντε*, id est, æqua portione denariū: nā
illa præpositio *ἀνὰ*, inter alia significat
proportionem, vnde & analogia deri-
uatur. Vt medici nostri tēporis quo-
ties in cōficiendis pharmacis anā di-
citare solent, æquam portionem mi-
scendorum simplicium accipiendam
intelligi volunt. Et vtitur Lucas. c. 9.
in hoc significatu, *Κατακλιθεὶς ἀντὶς κλη-
σῖας ἀνὰ πέντηκοντα*: id est, *Facite eos dis-
cubere singulo discubitu per quinquagenos*. Et Apocalyp. 21. *Et duodecim
portæ, duodecim margaritæ sunt: Ἀνὰ τὴν
ἑκάστην τῶν πυλῶνων ἓν ἑξ ἑνὸς μαργαρίτης*: Et *sin-
gula portæ ex singulis margaritis*. Et
Ioā. 2. *Ἀνὰ μετρητὰς δύο τρεῖς χάρδσαι ἰδίαι*:
id est, *hydriæ capiētes singulæ binas,
vel ternas metretas æquali mensura*.
Ita hoc loco accipitur *ἀνὰ δηνάριον*, id
est, *singuli denarium, & quisq; portio-
nem æqualem præmij cum altero*.

Ex hoc autem cortice parabolæ me-
delam aliquā spiritualem elicere pos-
sumus; quemadmodum ex corticibus
plantarum ad corporum nostrorum
salubritatē medicinale aliquod phar-
macum erere consueuimus. Cortex
enim ligni Scripturæ sacræ, sicut &
folia sunt ad sanitatem Gentium, vt ait

IO
Erasmus.
Πρωῖ Græ-
cis quid.

Psal. 45.

Avē Græcis
quid.

Anā dictita-
re medicis
hodie quid
sit.

II
Ex cortice
huius para-
bolæ de ope-
rarijs condu-
ctis documē-
ta spiritalia
quæ nā pos-
simus elice-
re.

Ioan-

Apoc. 22.
Primum do-
cumentum.

Arist. libr.
i. œconom.
cap. 6.

Romani Im-
perij mon-
strum Helio-
gabalus, quæ
eius insignis
erastultitia,
diem in no-
ctem, noctē
rursus verte-
bat in diem.
Aeli Lam-
prid.
Seneca lib.
22. Epist.
24. initio.

Virgil. lib.
1. Georg.

Principes te-
nebrarū qui
rectē dicantur

12
Secundum
docum.
Eccli. 33.

Orij perni-
cies.
Otiosus quis

Otiosi. Epi-
scopi quina.

Ioannes in Apocalypsi. Primum era-
go ex cortice vtili diluculo surgendi
exemplum eruimus; quod sanitati
corporis, & studijs philosophiæ, &
curis rei domesticæ, teste etiam Ari-
stotele in libro œconomico, valde
conducit. Vnde mirandum est, olim
quosdā magnos Principes extitisse;
hodieq; habere imitatores, qui natu-
ræ ordinem inuertentes, diē in noctē,
& noctem in diem, eo quo poterant
modo commutarunt: vt Heliogaba-
lus, horrendum Romani imperij mō-
strum, teste Aelio Lampridio facie-
bat, qui per totum diem somno, cra-
pula, & voluptatibus obscenis va-
cans, appetente nocte saluari vole-
bat, & negotia, tum publica, tum priua-
ta vsq; ad aurorā tractabat. Tales exti-
tisse quosdam suo tempore, Seneca
conqueritur; falsè illos irridens, quòd
vt Sol dum nobis accumbit, alijs, qui
Antipodes dicuntur, diem facit: ita,
quasi essent ex illis, qui sub pedibus
nostris sunt, volebant tunc negotia-
ri. In quos detorquebat carmen il-
lud Virgilianum de Sole:
*Nosq; vbi primus equis Oriens afflauit
anhelis,*

illis fera rubens ostēdit lumina vesper.
Sed pulchrè quidam magnus vir hos
qui tenebris hisce delectantur, voca-
bat Principes tenebrarum.

Docemur deinde, otium reprehen-
sibile esse: *Quid hic, inquit, statis, vel
stetistis tota die otiosè*; & Sapiens ait;
Multam malitiam docuit otiositas. In-
de enim desideria mala, egestas, latro-
cinia, rapinæ, spectacula, detractiones,
lusus, scortationes, omnia deniq; pec-
cata ortum habent: Rectè proinde di-
ctum est à quodā: *Impossibile est sem-
per nihil agentem bene agere*. Est au-
tem otiosus, quisquis ab eo quod de-
bet præstare, semotus, aliena, & quæ
ad se minimè spectat, curat. Ideò otio-
si sunt Episcopi, qui relicto grege
suo, ad quem pascendum, & præsen-
tia sua consolandū lege naturali, & ec-
clesiastica tenentur, in aulis Principū
volūt consenescere, profana & secula-
ria negotia sedulò tractantes. Et cum
iustis possit dici: *Quid hic statis tota die
otiosè*; non possunt respondere, *Quia*

*nemo nos conduxit, cūm à Deo ad vi-
neam suam colendam conducti sint;*
& vt ille dixit, *Præstat otiosum esse,*
quàm nihil agere (quòd Plinius epist.
9. ex Attilio eruditissimo; & facetis-
simo viro citat) id est; quàm res nul-
lius momenti, & friuolas tractare: vt
qui totum diem forficibus assumptis,
chartæ pro libidine sciendæ vaca-
ret, res nullius momenti ageret, & de-
terior esset otiosus. Ad hunc modum
Episcopi, qui ingenio, & prudentia va-
lent, & dimisso grege implicat se se-
cularibus Regum negotijs, omisso eo
quod à Principe Regum omnium ac-
ceperunt, profectò deteriores sunt,
quàm si otio indulgerent: Nam etsi
tales aliquid sibi efficere videantur,
quod Reipublicæ sit conducibile, in-
telligant tamen quod dixit Bernar-
dus; *Ingratum esse Spiritui sancto quic-
quid ei obtulerint, neglecto eo ad quod
tenentur*.

Tertiò instruiur, nos esse natos
ad laborem, & ad operandum, vt do-
cet Adam in paradiso positus, vt ope-
raretur terram, & maximè vacandum
est honesto, & iusto labori, vt agricul-
turæ, piscaturæ, pascendis gregibus;
& armentis, & similibus artibus, quas
naturā ad necessitatē docuit. Hinc
olim antiqui Patres, & Hebræi, & Gé-
tiles, præsertim Romani, etsi magni
essent in administranda, tum in bello
tum in pace Republica, non dedigna-
bantur tamē terram colere: vnde qui-
dam ex aratro vocati sunt ad Dictatu-
ram: quemadmodum Saul quærens
asinas patris sui perditas, & David de
gregibus ouium, & de post fœtantes
assumpti sunt ad regnum. Modò au-
tem illicitas, & periculosas artes ma-
gna pars hominum sequitur: omnes
enim aut mercaturæ, aut militiæ, aut
aduocationi, aut vitæ aulicæ, aut deni-
q; mutuadi arti sub fœnore, aut num-
mulariorū industriæ, quæ cū summo
otio cōiunctæ sunt, & lucrū magnū
pariūt, incumbūt. Nihil dicam de his,
qui vt molliùs, & delicatius sine labo-
re viuant, Ecclesiastica munera, aut vi-
tam Religiosam consecantur, quorū
multi sub prætextu pietatis aucupiū
faciunt venandi maiores dignitates;

Id: Præstat
otiosum esse,
quàm nihil
agere, quid
significet.

Plin. Nouo
comen.

Qui nihil a-
gant otiosi.

2. Tim. 2.

Bernar.
Ingrata quæ
Spiritui san-
cto oblatio,
teste Bernar-
do.

Gen. 3.
Tertium do-
cumentum.

Artibus qui-
bus maxime
vacandū sit.

1. Reg. 9.
Infra. 10.
Psal. 77. &
2. Reg. 16.
Christianis
hominibus
indignæ ar-
tes, & studia.
Quantū do-
cumentum.

& ad excelsos Ecclesie gradus ascendi, & suos ex Christi patrimonio ditandi.

14 Quartum documentum.

Quarto instrumur, mercenarij, & famulis mercedem pactam solvere: qua in re grauissimè hodie peccatur à multis, qui vel nõ reddunt quod pepigerunt, vel ex parte defraudant, vel in longum differunt solutionem, vel deniq; , nisi magistratus sententia cogantur, non soluant. Cùm tamen dixerit Spiritus sanctus; Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane, & Iacobus; Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat; & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

Leuit. 19.

Iacob. 5.

15 Quintum documentum.

Quinto docemur, non solum nos omnibus iustos exhibere, id est, reddentes vniciq; quod suum est: quod omni tempore præceptum fuit; sed etiam bonos, id est, munificos, & liberales ad proximos nos ostendere. Nã supererogare etiã supra quàm debeas, id proprium Noui Testamenti, quod vnica prædicat charitatem, & misericordiam, quæ non debitum; aut meritum, sed gratiam, & liberalitatem respicit. Nam ita Deus nobiscum agit, non respiciendo ad merita nostra, sed ad bonitatis, & liberalitatis suæ magnitudinem, tum in condonandis peccatis, tum in remunerandis bonis operibus supra condignum, & meritum: cuius exemplo nos excitati, iniurias nobis illatas libenter condonare debemus, & omni nos petenti propter Christum facillè tribuere, etiam si illi minimè promeriti sint: Christus tamè in illis dignus est, qui à nobis omnia impetret. Et hæcenus de præludijs huius mensæ.

Quid proprium Noui Testamenti.

Diuinæ beneficentiæ magnitudo.

16

Parabolæ operariorum spiritualis intelligentia.

Iam ad medullam huius parabolæ accedamus. In qua declarandum quis sit pater familiæ, quæ vinea, qui operarij, & quæ conductio. Quæ sint illæ quinque vocationes distinctis horis factæ, & cur cum primis pepigerit sub certa mercede denarij. Cur vocatis tertia, sexta, & nona horis tantum promissit in genere: Quodcumq; iustum fuerit, dabo vobis. Cur vocatis iuxta vndecimam horam, nihil promissit iuxta

Latinã literam, etiam si in Græcis codicibus habeatur idem quod in alijs tribus. Et cur primi non reprehenduntur de otio, neq; alij, sed postremi tantum. Quis procurator vineæ, quæ sit merces denarij, quæ sit deniq; murmuratio, & quomodo sedata sit. Primo igitur pater familiæ, Deus Pater est, qui Ecclesiam suam à se creatam non tantum vt Dominus, & Rex, sed etiam vt pater familiæ, magna diligentia, & prouidentia curat. Insigni naq; iustitia, & misericordia erga eam vultur: nosq; vt domesticos, & ciues tractat, iuxta illud: Iam non estis hospites, & aduenæ; sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei. Est autem ingens gloria tali deseruire Patri familiæ: qui ne minem decipere, sed omnes ample, & supra meritum remunerare consuevit. Vineam verò aliud nihil est, quàm ordinata series vitium ad producendum fructum vuae, & vinum inde conficiendum: à quo, tanquam à fine vltimo, vinea dicitur. Et ita vinea dat quod edatur, & quod bibatur. Talis est Ecclesia Dei, quæ tanquam castrorum acies ordinata est: in qua peculiariter quis vnus filius Ecclesie vitis est, ad producendum fructum boni operis ordinatus. Sed principio quidem fructum edit acris vuae, postea verò ob habitus bonos comparatos, & gratiæ subsidium perfectum fructum vuae maturæ: deinde verò conficitur vinum dulce: ad hunc modum fidelis quisq; fructum profert imperfectum, & cum carnis repugnantia, & quasi cum dolore parturiens. Deinde vbi profecerit, & gratiam auctiorem acceperit, fructum maturum cum spiritus dulcedine producit. Postremo qui rectè Domino fructificat, dignus est, qui vt vua conculetur in torculari, vt vinum efficiat amoris patientis, siue patientiæ amatis, quo Deus potatur, & inebriatur.

Pater familiæ quis ille.

Ephes. 2.

Vinea quid sit, vnde dicitur, quid si gnet.

Cant. 6.

In vite, qui nã aptè designantur.

Eorum fructus dulcis. In quam vineam missi operarij à patrefamiliæ.

16 Gen. 4.

Gregor. Homil. 19. in Euang. initio, tom. 2.

Et si autem per vineam tota possit ad literam Ecclesia intelligi, à primo Abel vsq; ad vltimum electum, vt Magnus exponit Gregorius: videtur tamen proprius hoc loco accipienda Ecclesia, quæ cœpit in Abraham. Cui rei Prophetæ videtur cœcinere: ait enim

Altesensus, congruentior. Psal. 79.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

Isa. 5.

David de populo educto ex Aegypto: vineam de Aegypto transtulisti: et cecisti gentes, & plantasti eam. Et Isaias: Vineam Domini exercituum, domus Israël est: & vir Iuda; germen eius delectabile. Scripturæ etiam radicem Ecclesie principium, siue stipitem Abraham faciunt, vnde & Christus filius Abraham dicitur in Genealogia Matthæi: & semini Abraham apud Paulum. Isaias autem: Attendite, inquit, ad præteritum: excisi estis, & ad cæternam laciunde præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos: & Zacharias: Instruendum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis; & B. Virgo: Sic loquutus est ad patres nostros; Abraham; & feminæ eius, in se cubat: & Paulus deniq; ait: Quid dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum: & infra: Vt sit pater circumcissionis, & credentium per præputium. Nam etsi ante Abraham, electi, & fideles fuerint, & consequenter ecclesia Dei: tamen non erant ita deducti ad vnum ouile per externa sacramenta, & ordinem sacerdotij, & vnus capituli obedientiam; vt post Abraham esse cœperunt, sed erant tanquam vites dispersæ, antequam à Noë, qui primus vineam plantauit, in ordinem redigerentur. Est enim vinea, vt diximus, nihil aliud, quàm ordinata series vitium, iuxta illud Poëtæ: Insere nunc Melibæe pyros, pone ordinem vites.

Ecclesia ante Abraham cum illa quæ post eum fuit comparatio.

Gen. 9.

Virg. I. E. clog.

Et vt oves antequam assumerentur ab Abel, & efficerent vnum ouile, erant quidem prius, sed sparsæ, & sub nullius pastoris cura, & vt homines antequam ciuitates conderentur, in omni loco erant, sed non sub certæ alicuius regimine ciuitatis. Ab Abraham ergo cœpit Ecclesia magis esse distincta, quæ prius laxior, & sine signo erat externo: & cœpit esse quasi vinea quædam, & quasi ouile quodam, & quasi ciuitas.

Tertio quinq; egressus patrisfamilis, & vocationes etiam externæ enumerantur, quæ de quadringentesimo in quadringentesimum annum computari possunt. Et si enim Deus omni tempore ad se confugientem, & po-

nitentiam ingemiscentem recipiat, iuxta illud: Impius si egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & c. omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: tamè certis temporibus publicè & externè per pastores, Prophetas, Apostolos, Martyres, Doctores, Religiosos, & reformatores vocare consuevit. Quia ita comparatum est, vt humana omnia primò quidem ferueant, deinde tepescant, & postremo algeant. Propterea ad Diuinam prouidentiam semper spectauit, vt operarios quosdam eximios, & singulares vineæ suæ colendæ cultores, & vinitores destinaret. Diluculum ergo, siue prima hora, tempus illud Abraham fuit, cui vt primò operario vineæ dictum est: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Rursus: Ego sum, & ponam pactum meum tecum, erisq; pater multarum gentium. Vt autem melius operaretur, dictum illi fuit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Et sub hora prima sunt Isaac, Iacob, Ioseph: & duodecim Patriarchæ computandi hora tertia. Nempe post quadringentos annos ab Abraham fuit tempus Moysi, sub quo ipse, & Aarõ, & Iosue, & septuaginta Seniores, & Sacerdotes, & Leuitæ, & alij prophetales in vineam missi sunt, & factum est pactum expressum de terra primitiis, & de decimis, & primitijs, & oblationibus; occultè verò de bonis spiritualibus æternis tanquam de denario, de quo apertius Moyse dictum: Ego ostendam omne bonum tibi. Hora sexta fuit post totidem alios annos tempus Davidis, cui dictum est: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: erantq; tunc greges Prophetarum: renouatus est diuinus cultus, constructum templum per filium eius Salomonem, quanquam ipse materiam templo necessariam preparauerit. Et ante hoc tempus, id est, ante Samuellem, erat sermo Domini rarus. Hora nona ab eo tempore computanda post alios penè quadringentos annos, tempore scilicet circa migrationem Babylonis: & tunc missi sunt multi

nes operariorum externæ. Ezech. 18.

Dei erga ecclesiam suam mira semper prouidentia.

Per primam horam quid sit accipiendum. Gen. 1. Infra. 17. Rom. 4. Gen. 12.

Act. 7. Sub horam primam qui fuerint. Horæ tertia qui uenerint.

Exo. 33. Hora sexta quæ fuerit. Psal. 134.

3. Reg. 6. 1. Pal. 29. & seq.

Quæ autem hora nona.

operarij in vineam, vt Hieremias, Ezechiel, Daniel, Zacharias, Aggæus, Malachias, Esdras, Nehemias, Zorobabel, Iesus Iosedech filius: tunc reedificatum templum, & cultus renouatus, vineaque magis culta: tunc denique dictum est: *Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator quem vos queritis, & Angelus Testamenti quem vos vultis.*

Hora vndecima fuit circa tempus aduentus Christi: tunc enim operarij erant otiosi, quod reprehendens Dominus, dicebat: *Va vobis scribæ, & pharisei hypocritæ; qui clauditis regnum cælorum ante homines. Vos enim non intrastis, nec introeuntes finitis intrare.* Ex dictis constare potest, quæ sit conductio sub mercede denarij, & qui sunt operarij. Sunt enim operarij, ministri, siue rectores ecclesiarum, siue illi, qui præficiuntur Rebus publicis, siue ciuitatibus gubernandis: nam de his omnibus intelligi possunt verba Domini: *Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam;* & *Dignus est operarius mercede sua.* Vtinam intelligat Episcopus, Magistratus, Rex, Sacerdos, & Religiosus, quid est esse operarium in vinea Domini, & quorsum accipiat tam pingue stipendium, & quid propriè significet nomen Episcopi, id est, operantis, & alijs operantibus præfecti, de quo Apostolus ait: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Vtinam intelligat, operarium esse propter vineam, non vineam propter operarium. Vtinam intelligat vineam non esse suam, sed suæ curæ commendam, vt de ea quasi locata rationem reddere meditetur. Conductio autè, est inuitatio ad laborandum tota die, hoc est, per totâ vitam sub spe remunerationis vitæ æternæ. Sed hæc ratio mercedis vitæ æternæ non tollit iustificationem gratuitam: ait enim hoc loco B. Hilarius: *Merces quidem ex domino nulla est, quia debetur ex opere: sed gratuitam Deus omnibus ex fidei iustificatione donauit.* Hæc ille, significans gratis donari, sine merito, vnde tendamus ad meritum.

Obijcies: Licet ergo operari propter meritum: at hoc mercenarij, & illi berale est, præsertim cū operari sine gratia Dei non sit operari: cum gratia verò qui operatur, non solet respicere ad meritum. Sed dicendū est, id maxime licere, vt exempla Sanctorū testantur. Petrus enim dixit: *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis?* & de Moyse testatur Apostolus, quod respiciebat ad remunerationem, & David inclinabat cor suū ad faciendas iustificationes in æternū propter retributionem: & Paulus, *Bonum, inquit, certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* Et Christus reprehēdit Iudæos, qui gloriam ab inuicem, & non illam quæ a solo Deo est, quærent. Est præterea fides his verbis ab Apostolo descripta, *Substantia rerum sperandarum.* Fides ergo præmium æternum quod speramus, respicit. Externus quidam vates recte dixit: *Quis enim virtutem amplectitur ipsam, Præmia si tollas?*

Ad hæc, si sanctum est, & licitum ob præterita, & hactenus recepta beneficia Deū colere, eiusq; seruitutē amplecti; quidni multo magis idē liceat ob futura, & quæ maioris ponderis, & momenti sunt munera?

Mercenarius igitur reprehensibilis ille tantum est, qui ad lucra tantū tēporaria spectat, & de quo Dominus: *Receperunt mercedem suam.* Et quod dictū est Epuloni: *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua.* Qui autem mercedem æternam, & ipso operante digniorem respicit, vilis mercenarius non est: nam eiusmodi præmium tale est, vt sua natura inuitet paruulos, & incipientes ad exeundum ex mystica peccati Aegypto sustentat proficientes, vt per hunc modum tanquam per desertum quoddam trāseant; perfectos consolatur, qui non curant ob id perdere facultates suas, scientes quod maiora bona eos manent. Diligenda ergo gloria æterna est propter nos, sed ita, vt nos, & omnia propter Deum diligamus, qui tandem tota est merces nostra,

20
 Quod licet propter meritum operari exemplo sanctorum.
 Matt. 19.
 Heb. 11.
 Psal. 118.
 2. Tim. 4.
 Ioann. 5.
 Heb. 11.
 Fidei obiectum.
 Iuuenal. sat. 10.
 21
 Vilis mercenarius quis.
 Matt. 6.
 Luc. 16.
 Vita æterna nobis quatenus diligenda sit.

1. Esd. 9.
 Malac. 3.
 19
 Quæ fuerit hora vndecima.
 Matt. 23.
 Quos miserit paterfamilias operarios in vineam suam.
 Matt. 9.
 Luc. 10.
 Ibidem.
 Matt. 10.
 Nomen Episcopi quid sit.
 1. Tim. 3.
 Conductio Operarij quid.
 Hilar. Can. 20. in Mat. theum.

Gen. 15.
 Apoc. 2. 2.
 22
 Operarij in vinea conductorum tria genera.
 Secundum.
 Heb. 6.
 Quibus merces amplior operarijs debetur.
 23
 Cur secundum vocatis dictum sit: Quod iustum fuerit, dabo vobis.

secundum illud: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Et iterum: *Ecce venio cito: & merces mecum est.*

Superest vt declarem, quare vocatis prima hora, certum mercedis præmium promiserit, alijs verò vocatis: hora tertia, sexta, & nona, in genere tantum promisit quod iustum est, postremis verò nihil? Sed non est ignorandum, varia esse hominum genera, & quosdam quidem tanquam paruulos non nisi sub certa mercede pacta ad operandum excitari: quales in genere fuerunt patres in lege Naturæ degentes. Alij verò sunt proficientes, quibus satis est in genere certò statuere, Deum esse iustum remuneratorem: apud quæ nullum vt opus iniquum remanet impunitum, ita & nullum bonum opus absque remuneratione: de quo Paulus: *Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius.* Postremo alij sunt viri perfecti, qui nihil paucisci volentes, Diuinæ tantum bonitati, & clementiæ confidunt: & isti digni fuerunt maius præmium accipere. Quemadmodum in domo Principum qui familiariter in cubiculo Principis seruiunt, nullum certum habent stipendium, quemadmodum muliones, & coqui; sed toti pendunt ex voluntate, & magnificentia domini: tales sunt viri Noui Testamenti, qui magnitudine charitatis Dei, & multitudine beneficiorum Christi obruti, oculum claudunt ad quodcunque præmium, siue æternum, siue temporale: ita vt si demus (quod tamen fieri nequit) nullum futurum præmium, non propterea & maxima operari ipsi recusarent, & extrema queq; pati propter Christum haud formidarent.

Secundum aliquos, secundò vocatis dictum fuit, *Quod iustum fuerit, dabo vobis:* quia Gentes non ex vilo debito, cum nullam promissionem acceperint, sed ex mera magnificentia, & gratia misericordiam, & vitæ æternæ hereditatem cōsequuti sunt. Quod verò primi non dicantur otiosi, se-

cundi verò, tertij, & quarti otiosi qui dem dicuntur, sed de otio non reprehendantur, quemadmodum qui postrema hora vocantur, rationem suam habet, significatur enim, quod omnis homo ex se otiosus est ad operandum sine Diuina gratia, quemadmodum scriba sine penna & charta scribere nequit. Per vocationem autem quisq; fit operarius. Et prima hora vocationi obicem non ponentes, negotiosi dicuntur, nec de otio reprehenduntur: hora verò tertia, sexta, & nona vocati, otiosi sunt ante vocationem, sed de otio minime vituperantur, quia ante vocationem operari non poterant. Postremis verò dicitur: *Quid hic statis (vel stetitis; est enim ista præteriti temporis) tota die otiosi?* Et responderunt, *Quia nemo nos conduxit:* quia non successione sanguinis, vt Leuitæ olim, & sacerdotes in lege ad munera ecclesiastica assumpti sunt, & quia Apostoli ex se inepti erant ad tanta munera, & nihil minus quàm de se ipsis cogitabant: *Quia ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Quanquam Cyrillus in Genesim verba hæc; *Nemo nos conduxit,* referat ad Gentes, quæ ante Saluatoris aduentum in Dei cognitionem vocatæ non erant.

Iam dicendū de procuratore vineæ, qui distribuit mercedem operarijs. Hic autè, Christus homo est, cui dicitur, *Voca operarios:* quia per tubam, & Archangelū dicit: *Surgite mortui, & venite ad iudiciū.* Et hic verè procurator est, fidelis tamè, & prudens: Fidelis quidè, in tuendo honore Domini, & defendēdis bonis Patris sui, id est, vineæ, siue Ecclesiæ; prudēs verò, in recuperando, & conseruando, propter quod meruit iudiciū facere, quia Filius hominis est. Hic ergo dicitur reddere denariū: quia reddet unicuiq; secundum opera sua. Merces verò promissa, vita æterna est, pulchrè in denario representata: quia merces obseruatię Decalogi redditur. Hic autem numerus homines beatos faciens, potest dici ipse Christus, quatenus Deus est, quia imago Dei inuisibilis; superscriptio verò literarū significat, quod in

Quare primi operarij non dicantur otiosi, bene autem secundi, tertij, & quarti.
 Postremis quare sit dictum: Quid hic statis tota die otiosi.
 1. Cor. 1.
 Cyril. lib. 3.
 24
 Procurator vineæ quis, & qualis ille sit.
 1. Thess. 4.
 Ioan. 5.
 Ioan. 5.
 Matt. 16.
 Cur reddere mercedem dicatur.
 Vita æterna in denario quæ apte representatur.
 Colof. 1.

Infra. 2. eo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi. Ideo se in praemium promittebat his, qui eius humanitatem nouerant, dicens, *Qui diligit me, diligitur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum: & Ecce venio cito: & merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua; & Ego sum via, & veritas, & vita.* Rotunditas huius denarii est eternitas. Et dicitur vnus denarius, quia omnes eundem Christum vident: sed quidam maiori intellectu perspicacia & gustu, quidam minori: ita vt in eadem beatitudine multi gradus existant. Quemadmodum si eundem librum multi vario & diuerso ingenio praediti legerent, eiusdem libri esset lectio: sed varia, & diuersa pro ingenio & captu vnus cuiusque esset intelligentia, aliter enim intelligeret Grammaticus, aliter Rhetor, aliter Philosophus, aliter Theologus: & quisque in illo colligeret quae ad disciplinam quam proficere spectant. Ita etiam vnus & idem Sol est, sed vario, & diuerso modo a stellis participatur, ita vt stella a stella differat in claritate. Atque sic impletur verbum Domini: *In domo Patris mei mansiones multae sunt.* Et quod alibi dicitur: *Tu esto super decem ciuitates: & tu super quinq;*: ad hunc modum idem est Christus varie participatus: in via quidem, pro varia fidei, & charitatis capacitate; in caelo vero pro varia portione luminis gloriae: idem tamen beatitudinis obiectum, siue eadem est Dei visio, sed pro cuiusque captu, seu pro diuersa gloriae luminis portione, quod respondet proportioni charitatis, siue gratiae. Et ita argumentum Ioaniniani, quo vnum & eundem gloriae gradum putabat omnibus dari, & non esse maiorem virginitatis remunerationem, quam nuptiarum, aperte per se ipsum ruit. Et quia in aeterna vita ab arctissima charitate beati inuicem colligantur; hinc fit, vt quod vnus est, & vnus possidet, omnium aliorum sit, propter eximium amorem quo se inuicem complectuntur: ita vt quisque non tantum quod suum est, & sibi datur, sed etiam omnia, quae alij obtinent in illis, quos equae ac se ipsum diligit;

possideat. Et haec est etiam rotunditas denarii: qui diurnus propterea dicitur, quia pro labore vitae cuiusque, quae vni diei comparatur, redditur. Est enim Pueritia humida vt aurora: Tertia, in qua crescit calor, Iuuentus: Meridies clara, feruens, & stans, Virilis, & inatura aetas: Vesperum vero, Senectas declinans. Est etiam in die gratiae in vinea laborandum, si mercedem volumus accipere, de quo ait Dominus: *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit vespere, quando nemo potest operari.* Anticipatio soluendi mercedem a nouissimis incipiendo (ex quo apparuit gratia, & detecta est murmuratio) significat maiorem, & magis intentum gloriae gradum: cuius differentia in denario non designabatur, imò eadem gloria insinuabatur.

Sed dices, Quomodo primum remunerati, qui vltimo vocati sunt? Respondet: Ministris Noui Testamenti prius detectus est in via. Christus, qui est denarius: *Beati, inquit, oculi qui vident, quae vos videtis.* Hoc agnouit Ireneus libro aduersus haereses: *Et propter hoc, inquit, a nouissimis cepit dare mercedem, quoniam in nouissimis temporibus manifestatus Dominus omnibus semetipsum representauit.* Haec ille. In hoc etiam isti sunt primi, quia primitias Spiritus acceperunt, & vt Apostolus dixit, *Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi;* id est, ad celsiorem resurrectionis gradum, quam Patres veteris Testamenti. Hinc dixit Dominus: *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno caelorum, maior est illo;* id est, Minister quilibet Noui Testamenti ob potestatem conficiendi Eucharistiam, & absoluendi a peccatis, maior est Ioanne Baptista.

Quod autem viri Noui Testamenti minus laborerent, quod attinet ad substantiam operum, intellige hoc illis contingere ob vitam breuiorem, & minorem curam temporalium bonorum; ob ceremoniarum legis iugi importabilis ablationem; ob maiorem gratiam, & copiosorem consolationem; ob efficaciora, & magis nos per-

Denarius quare diurnus appellatur.

Ioan. 9. Quid anticipatio mercedis soluetur de a nouissimis incipiendo designet.

25 Quare, qui vltimo vocati sunt, prius mercedem accipere.

Luc. 10. Ireneus lib. 4. c. 4. sub finem.

Rom. 8.

1. Thess. 4. Quid est illud Apostoli: Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi.

Matt. 11. Explicatur illud Christi: Qui minor est in regno caelorum, maior est Ioanne Baptista.

26 Operari ieuagere in quo minus laborauerint.

Act. 15.

permoventia Christi Domini, & Virginis Matris exempla, quibus labor vineae amabilis, & dulcis redditur; ob doctrinam Euangelicam clariorem; ob gloriam caelestem iam apertam, nam tunc expectabant in limbo; & magis ministri Noui Testamenti fructificauerunt; ob opposita vero est pondus patrum, qui dicebant: *Qui portauimus pondus diei, & aestus:* quia prolixius viuebant, minorem gratiam consequebantur, & temporalibus magis vacabant, & magno legis onere premebantur, nec habebant ianuam caeli apertam, sed post mortem opus erat eos diutius expectare, vt Christum, & denarium acciperent. Et interim etiam orationibus laborabant, populum iuuando, vnde de Hieremia dicitur: *Hic est, inquit, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta Ciuitate, Hieremias Propheta Dei.*

Hoc loco, vt puto, obijcies, quomodo data eadem mercede inaequaliter laborantibus, iustitia seruetur? cum scriptum sit: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, &c: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi; vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum; &c, qui parce seminat, parce & metet: & qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Respondendum est, praemium non respondere operum substantiae, sed gratiae Dei, quae operibus, siue laboribus coniuncta fuit: quae quo maior est, vel cum minori, vel pari labore, maius praemium habet. Idem enim ieiunium in Christo, & in sancto aliquo, & in peccatore equaliter crucians, & affligens corpus; si Deo offeratur, variam remunerationem habebit: nam oblatum a peccatore valebit, vt eum ad gratiam suscipiendam disponat: oblatum a sancto, vitam aeternam promerebitur: a Christo vero Domino oblatum, infinitum meritum habet, ob personam infinitam Deo gratiosam. Idem etiam seruitium impensum a seruo, & ab amico, & a filio pro maiori amore exhibentium, diuersum habet praemium apud homines: quem-

admodum annulus aureus drachmam vnam auri pendens cum adamante valoris mille drachmarum, plus valet quam annulus pendens decem auri drachmas cum smaragdorum drachmarum. Et duo annuli aurei eiusdem ponderis, gemmis tamen differentis dignitatis, ac diuersi pretij exornati vario modo estimantur, ita opera minus laboriosa cum maiori gratia exhibitae maiori praemio afficiuntur, quam magis laboriosa cum minori gratia. Rursus opera equaliter laboriosa, sed non ab equali gratia producta, variam remunerationem habent: posita tamen paritate gratiae Dei in duobus, certe qui eorum plus laborauerit, & plus operatus fuerit, ampliori remunerationis fructu dignus existet. Et in hoc sensu intelligitur illud: *Reddet unicuique secundum opera sua.* Ita Gregorius Nazianzenus Oratione in secundum Pascha hanc difficultatem expedire videtur, dicens: *Ex qua die, atque hora ad fidem quisque accessit, ab eadem quoque ipsi operam nauare necesse est.* Deinde tametsi, quantum ad laboris modum, plus contulerint qui priores ingressi sunt: non tamen quantum ad animi, liberique voluntatis modum, ex coque efficitur, vt equali huic mercedis distributioni aequitas sua constet, nimirum animi voluntate cum labore compensata. Sic Gregorius, vocans animi voluntatem, diuinam gratiam, quae hilaritatem, & alacritatem in laborante efficit, & per quam fit, vt minus laborans alteri magis laboranti in praemio coequari valeat.

Rursus dubitabis, quomodo laboranti, siue operanti datur vita aeterna; cum Apostolus dicat: *Gratia Dei, vita aeterna?* Sed hoc facile soluitur, quia opus, & labor ex gratia Dei proficiscitur: vnde Apostolus cum dixisset: *Abundantius illis omnibus laboraui, vt intelligeres illum laborem gratiae Diuinae esse fructum;* protinus subiunxit: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et in alio loco: *Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius: & Salomon,*

Tertium exemplum.

Quartum exemplum, vnius scilicet operis cum inaequali pretio, & valore.

Matt. 16. Greg. Naz.

28 Cum gratia Dei, fit vita aeterna, teste Apostolo; quomodo laboranti siue operanti datur vita aeterna.

Rom. 6. *1. Cor. 15.* *Heb. 6.*

Veteris Testamenti patres illi Noui curam plura laborauerunt

2. Mac. 15.

27 Quomodo iure inaequaliter laborantes, pariter mercedem recipiant.

1. Cor. 3. *2. Cor. 5.*

Infra. 12.

Primum exemplum huius aequitatis, & iuris.

Secundum exemplum.

Sap. 9.

Mitte illam (scilicet sedium tuarum alsitricem sapientiam) de caelis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit; & mecum laboret, ut sciam, quid acceptum sit apud te.

29

Si Deus supra condignum remunerat, cur primo loco vocatos secundum iustitiam remun-nerat?

2. Cor. 4.

Tertio obijcies; Quomodo verum est quod Deus supra condignum remunerat, si primo loco vocatos secundum puram iustitiam remunerat? dixit enim illis: Tolle quod tuum est, & vade. Dicendum est, mercedem a Deo pactam, siue promissam supra omne meritum, & dignitatem operis sitam esse. Quod Paulus non ignoravit, cum dixit: Id quod in presenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate eternum gloriae pondus operatur in nobis. Nam ut Rex cursu certantibus praemium supra omne meritum, & cursus laborem pro sua liberalitate proponit: ita Deus, qui opulentus est, & magnificentissimus, praemium super omnium operum dignitatem sua magnificentia proponere voluit, ut cum remunerat, verè dici possit quod supra condignum est praemium, & quod coronat nos in misericordia, & miserationibus.

Simile.

Psal. 102.

30

Operariorum murmuratio qualis de aequalitate de inaequalis laboris, & operis. Chryostomi solutio. Chryf. Ho. 65. in Mat. tom. 2.

Iam dicendum de murmuratione. Quae certè in caelo esse non potest, ubi nec oculus est invidus, aut malus: nec illinc potest ullus discedere, ut possit dici, Tolle quod tuum est, & vade. Proinde Chryostomus docet, hanc partem simpliciter non posse applicari, sed propositam propter responsum quod sequitur: Amice, non facio tibi iniuriam, nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequa est, quia ego bonus sum? Ut enim capulum in gladio non scindit, sed seruit, ut acies gladii scindat: ita parabola, etsi non scindat per hanc partem murmurationis, seruit tamen ut rescindat per responsum murmurationi datum. Sed sanè ut diximus in parabala filii prodigi, potest & haec murmuratio applicari, non quod tunc vlla reuera futura sit murmuratio, sed ut nos modò tales cogitationes interdum nos infe-

Simile.

Altera. Luc. 15. & seq.

stantes, & de Diuinis iudicijs temere iudicantes à nobis repellamus, & discamus omnia ex Dei gratia procedere: nec alios minus nobis laborantes contemnamus, quia fortè maiori cum gratia pauca operantes, maiorem, & honorabiliorem locum in vita aeterna sortientur. In gloria verò talis murmuratio fingitur: quia natura nostra gratia Dei, & gloria destituta, in similia murmurationis verba prorumperet, si sensum, aut prudentiam humanam, aut inferiorem rationis portionem consuleret.

Quod ergo dicitur: Tolle quod tuum est, & vade, sensus est: Remoue te ab hac opinione, quia non te vocavi ut iudicem mearum actionum, sed ut vineae meae operariu. Vnde Theophylactus pulchrè ait: Non inuidet autem sancti his, qui ex aequo accipiunt charitatem: sed hoc ostendit hic, quod tanta, & tanta sunt bona quae dantur iustis, ut & inuidiam excitare possint. Hæc ille.

Conclusio verò huius parabolæ duplex est. Prima: Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Altera est: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Prima ergo conclusio, & præcipue intèta à Domino, per nouissimos intelligit ministros Noui Testamèti vltimò vocatos: qui primi effecti sunt dignitate gratiæ, & præmio vitæ aeternæ: ut in publicis supplicationibus contingit, ubi quo quisque posteriori locum possidet, eo nobiliorem, & digniorem gradum habet. Rursus primi tempore, ut illi Patres, qui ad Vetus Testamètum spectant, nouissimi sunt in honore, & præmio: & ita Petrus, & Apostoli præcedent Patres Veteris Testamèti. Nam illorum nomine interrogauerat Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis?

Quod ergo dicitur: Multi erunt primi, nouissimi, & nouissimi, primi: non videtur intelligendum respectu ætatis, ut Chryostomus accipit, quia videlicet multi iuuenes, & adolescentes vineent in præmio senioris: quia hoc potius morale est, quam literale: nullam enim de ea re

31

Quo sensu dictum sit: Tolle quod tuum est, & vade. Theophyl. in Matt.

32

Duplex huius parabolæ conclusio.

Nouissimi qui.

Primi qui sint.

Matt. 19.

33

Ibidem. Illud: Multi erunt primi, & nouissimi, primi: quem sensum habeat. Chrysof. loco dicto.

Secundus sensus.

Theophyl. in Matt. c. 19.

Qui Iudæi cum Gentibus nouissima hora vocati sint.

Nouissimi qui secundum aliquos, non tamen apostolice simè.

Caiet. in c. 19. Matt.

34

Tertius sensus ceteris congruentior.

Ioan. 2.

Quid illud: Sic erunt.

35

Quid sit ad literam: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Rom. 1.

Petrus quæstionem mouerat. Rursus quod Theophylactus interpretatur per nouissimos, Gentiles, & per primos Iudæos: etsi ex parte verum sit, quia Gentiles vltima hora vocati sunt, non tamen soli, sed etiam multi Iudæi, qui primi ministri Ecclesiæ Christi extiterunt, & Apostoli, septuaginta discipuli, & quam plurimi alij, qui ad Christum conuersi sunt. Profecit Gentiles, qui illos sunt tempore consecuti, in gloria, vel in gratia non solum superiores non sunt, sed neque pares quidem existunt. Qui verò per nouissimos, homines dignitate, & fortunæ bonis inferiores intelligunt, ut Caietanus, ita ut sit sensus: Nouissimi multi in mundi bonis, & honoribus, sicut primi in dignitate, & præmio, non tamen congruit litera: quia Petrus non videtur de ea re quæstionem mouisse, an pauperes huius mundi præcedant eos, qui hic opulenti, & diuites extiterunt, in præmio vitæ aeternæ. Neque verum est in vniuersum, eos, qui pauciora propter Christum reliquerunt, præcedere in præmio eos, qui amplioribus facultatibus se propter Dominum spoliarunt.

Propterea verus sensus illorum verborum parabolæ: Multi erunt primi, nouissimi, & nouissimi, primi, de tempore quod quisque vocatus est, locum habet: nam postrema hora (de qua dixit Ioannes, Filioli, nouissima hora est) vocati Apostoli, & primitiui ad celsiorem gloriæ, & gratiæ gradum assumpti sunt. Et expende verbum, Sic erunt. Id est, hac ratione, & hoc modo ex bonitate, & munificentia Dei postremò vocati, & minus laborantes, cum maiori tamen gratia, & charitate, maiori præmio afficiuntur: & primò vocati, & plus laborantes cum minori charitate minori præmio remunerantur.

Secunda verò conclusio multos terere solet: sed hoc loco, meo iudicio, potius omnes consolatur: aitenim: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Vbi illud primò notandum, vocati, & electi, non esse participia, sed nomina: Græcè enim, κατὰ, & ἐκλεκτοὶ habe-

tur: quemadmodum Paulus, cum ait, Vocatus Apostolus, per nomè dicitur, non per participiū, id est, vocatione Apostolus, ut intelligamus, istos vocatione, & electione Dei peculiari, & non proprijs viribus, aut se ipsos vltro ingerentes ad regnum peruenisse. Et cum tam electi, quam vocati denariū beatitudinis accipiant, & omnes in caelestem gloriā recipiantur, non est quod quinquā perterrefaciat hæc sententia. Multi enim sunt vocati. Id est, omnes operarij ad vineam vocati sunt colenda: Pauci verò electi: quia pauci sunt habentes prerogatiuas, & priuilegia ministro-rum Noui Testamèti. Et hæc tenus parabola sensum germanum, & literæ congruū expediuius.

Extendendo autem parabolam ad mores, quiuis nostrum operarius est vineæ suæ, & vineæ proximi: quia mandauit unicuique, de proximo suo. Quisq; ergo det operam, ut quod in se est, id cum proximo faciat, ne possit dicere: Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodini: & Nūquid custos fratris mei sum ego? Essentia animæ, est vinea plantata in terra huius corporis: cuius facultates, ordinatæ sunt vites: cuius vinum, sunt opera charitatis. Vites alligandæ sunt palo Crucis, cuius pedem foueam facimus, dum mortem inlitare, & foueam sepulture cognoscimus. Seruanda est hæc vinea ab apro exterminatore de silua, id est, à vitio obscenæ voluptatis, quod omnia bona à nobis exterminat. Seruanda quoque est à singulari fero, id est, à vitio superbie, quæ singularem hominem facit, à vulpe astutæ adulationis, à lupo voracitatis, à cane detractionis. Rogandus Dominus, ut mittat pluuiam doctrinæ suæ, & calorem charitatis suæ, & stercora, hoc est, memoriā mortis, & passionis Filij sui, & sanctorum Martyrum suorum. Retirescit anima tanquam vinea per flores, & folia, id est, per sancta desideria, & sermonem ædificantem, producit lacrymas compunctionis, emittit odorem bonum virtutis, iuxta illud: Vineæ florentes dederunt odorem suum; edit maturas vuas bonorum operum, ne Christi detes eas manducantis obstupescant.

Cur pauci electi ex vocatis.

Hæc parabola ad mores accommodatur.

36

Eccli. 17.

Cant. 1.

Gen. 4.

Vinea nostra quæ nascitur.

Psal. 79.

Hæc vinea quomodo custodienda.

Eadem vti reflorescat, & fructificet.

Cant. 2.

37
Quibus ho-
ris vinea ea-
dem cutque
colenda.
Iob. 7.

Luc. 23.
Chry. Hom.
65. in Mat.
theu. Hier.
in Mat. to.
9. Aug. to.
2. in Domi-
nica. 19.
post Pent.
tom. 10.
Ori. tract.
10. in Mat.
tom. 2.
Hilar. Can.
20. in Mat.
Greg. Hom.
19. in Eua.
tom. 2.

38
Podus diei,
& æstus qui
portent.
Ultima hora
vocati qui
sint.

Sap. 4.

Esto ergo bonus operarius huius vineæ, quia *Militia est vita hominis super terram; & sicut dies mercenarij, dies eius.* Nitatur quisque, siue mane pueritiæ sit vocatus, siue hora tertia iuuentutis, vineam suam colere: quia teneræ plantæ facillè diriguntur, & culturam accipiunt; siue sexta hora sit stantis virilis ætatis, siue nona senectutis frigentis, siue deniq; vn decima hora decrepitæ ætatis, siue in extremo vite spiritu, vt Iatro in Cruce, quia etiam in senectâ licet respiscere, & regnum cœlorum assequi. Ita enim horas interpretantur Chrysostomus, & Hieronymus, & Augustinus, vt distribuunt illas in hominis ætates: sed nos ex Origenis, Hilarij, Gregorijq; sententia, de distributionibus seculi superius magis ad litteram exposuimus.

Podus diei & æstus portant, qui à pueritia vsque ad senectam Deo in seruiuerunt: quia tales cum affectibus, & cupiditatibus suis certarunt. Vltima hora vocati, illi sunt, qui Christum, siue in inuentute, siue in senectute agnouerunt: paucis tamen diebus, aut mensibus, aut annis ad beatitudinis regnum peruenerunt. Maxime ergo damnanda est oscitantia, & socordia nostra, si cum tot modis patefacta nobis sit Diuina bonitas, salutis nostræ sitientissima, & omni hora pateat ad salutem & regnum eius aditus, nostra tamen incuria, & negligentia illud amittamus. Qui ergo parum hæcenus laborauit in vinea Domini, aut temporis angustijs impeditus laborare non potuit, multa tamen in animo suo proponat, & multa pro gloria Christi præstare desideret: nam voluntas pro facto ple-runque à Deo acceptatur, vt ita non tam pro his quæ fecerit, sed & pro his etiam quæ facere disposuerat, remunerationem accipiat, & impleatur in eo illud verbum, *Consummatus in breui expleuit tempora multa,* præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto omnis cultus deferatur in perpetuas æternitates: Amen.

TRACTATUS XXXIII.

In illam parabolam: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti: & habetur apud Lucam tantum. Cap. 19.

Refert Lucas Euangelista, Dominum ex Galilea per ciuitatem Hiericho transitum fecisse, vbi publicanorum principem Zachæum conuertit: & continuo subiungit: *Hæc illis audientibus adiiciens, dixit parabolam, eoque quod esset prope Hierusalem, & quia existimarent quod cõfestim regnum Dei manifestaretur.* Quibus verbis aperte declarauit subiunctæ parabolæ scõpũ. Iudæi enim omnes quæcunq; Prophetæ de Christi regno, & salute per eum danda vaticinantur, vt est illud Isaie: *Super solum David, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia à modo, & vsq; in sempiternum.* Et Hieremias: *Ecce, inquit, dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël ambulabit confidenter: & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* Omnia hæc, & similia Iudæi nequaquam de salute spirituali hominũ accipiebãt, sed, vt erãt rudes, & carnales, ad externam quandam pompam, & laruam referebãt: quemadmodum etiã verba ipsius Domini, quæ de spirituali animarum salute proferebat, etiam illud: *Venit enim Filius hominis querere, & saluum facere quod perierat, ad eundem sensum capiebant, & putabant eum de recuperandis op-*

Luc. 19.

Hæc parabola in quem scopum tendat.

Isa. 9.

Hier. 23.

Luc. 19.

pidis

Infra. 24.

2.
Rudis, & stultus de regno Christi Iudæorum opinio, eamque Christus vt illis eximere conetur proposita similitudine.

Quando cœperit regnũ Christi.
Matt. 21.
Infra. 27.

Infra. 28.
Regni aliorum hominũ, & regni Christi diuersa conditio.

3

pidis, & castris loqui, & de libertate, in quam asserendi erant, à iugo Romanorum: ita vt etiã discipuli post resurrectionem dicerent, *Nos autẽ sperabamus, quia ipse esset redempturus Israël.* Cũ igitur Dominus frequentè in ore haberet de regno suo sermonem, & illud breui apparitum ostenderet, putabant, quod in ascensu illo in Hierusalem, & in illa tanquam regia sede, & ciuitate Dei, illud esset occupaturus, & auspiciurus. Cũ igitur Dominus hanc sententiam illorum mentibus insidere agnosceret; voluit illos commonefacere, regnum suum spirituale esse, & rem aliter casuram, atque ipsi putabant: non enim in vicina Hierusalem, sed in longinqua regione regnum sibi accepturum, Iudæos regnum ipsius detrectaturos, & Apostolos, aliosq; Doctores ministros suos tẽpore quo ipse abesset, spiritualiter regnatos, & negotiatione consentaneam regno exercitatos, donec redeat, & fidelibus ministris sui regni cõfortium tribuat; rebelles verò, & incredulos seruos meritis pœnis plectat; docet & à morte sua, & resurrectione sui initium regni sumendum: ita vt in cordibus hominum per fidem, & charitatem regnum obtineat suum. Idèd in ascensu illo voluit sibi tanquam Regi Messie acclamari, & in cruce pendens voluit titulum Regium, & suscitatus à mortuis dixit; *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Hominum quidem regna solum dũ viuunt, regibus assignantur, quibus defunctis regale eorum nomen amittitur. Secus verò euenit Domino Iesu, qui à morte, & resurrectione sua (quod certè insolitum, & admirandũ est) regnũ cepit. Et hoc est quod præsentis parabola demonstrare nititur, cuius tẽpus & locũ Lucas diligenter præscripsit, & Dominus illã publicè coram omnibus dixit; vt post Christi resurrectione huius doctrinæ memores, Apostolis prædicantibus regnum Christi facile crederent, atque amplecterentur.

Et si autem regnum hoc vsq; ad secundum Domini aduentum palam

non manifestetur, ita vt omnes etiam inimici eius illud videant: interim tamen satis reuelatur omnibus oculos fidei habentibus. Nam vbique ostenditur gens Christiana, & Ecclesia, quæ Christum Dominum colit; sacerdotes, Episcopi, & summus Christi Vicarius in terra, & reliqua ad ordinem & hierarchiam huiusce regni spiritualis spectantia.

Completa verò parabola, adiungit Euangelista: *Et his dictis, præcedebat ascendens Hierosolymam.* Vt quasi hæc parabola fuerit in eum finem dicta; vt præmuniret eos, ne se de regno temporali, & terreno quicquam loquutum existimarent, neq; turbarentur, vel de puerorum laudibus, quasi regnum eius esset puerile, & contemptibile. Declarat etiam hæc parabola, Iudæos pertinaciter incredulos quale reportaturi sint præmium pro contempto Messia sibi ipsis promisso, & misso, sed minimè agnito, vel suscepto: per occasionem autem de seruis bonæ, vel malæ fidei, qualem sint mercedem relaturi, explicat. Et hæc nus de scopo.

Quod ad corticem parabolæ attinet, illud est prænotandum, hanc & illam de talentis parabolam in quàm plurimis videri non solum simillimam, sed eandem profus: reuera tamen distinctæ sunt. Primum in tempore: quia hæc à Domino dicta est in die Palmarum, antequam conscenderet a sellum; illa verò de talentis pridie ante Dominum ad mortem comprehensum, vt habet Mattheus. Secundo, hæc est parabola minarum, illa verò talentorum: constat autem, talentum quinquaginta minas cõplecti, vt ex litera Hebræa Exodi colligitur: quæ libet verò mina Latine dicta est, Græce *μνα*, Hebraicè *מנא* vocatur, centum drachmas continet, vt docet Plinius: quæ continet duodecim uncias cum semisse. Cũ enim drachma octaua pars sit uncie, sicut octo drachmæ unciam faciunt, ita duodecies octo drachmæ, hoc est, nonaginta sex duodecim uncias, quæ veram libram Romanam reddunt, efficiunt; sed ob numeri perfectionem

Regnũ Christi spirituale quomodo innotescat.

4
Quid Christus doceat in hac parabola.

Alterũ documentum.
Deut. 18.

5
Hanc inter, & illam talentorum parabolam multum esse discrimen.

Ibidem.
Secundũ discrimen.

Exo. 38.
Talentũ, Mina, Drachma in quo differant.
Plin. libr. cap. vlt.

Iose. libr. 14. Antiq. cap. 13. initio. Ezech. 45.

Tertium discrimen. Matt. 25. Quartum.

Quintum.

Sextum, ac potestatem discrimen.

6

Civis regionis illius (vt dicitur in parabola) ad quem miserunt legationem dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Euge quid.

addebantur quatuor drachmæ, ita vt centum drachmæ dicerentur libra, & mina Attica, de qua hactenus locuti sumus. Nam mina Hebræa valet amplius, nempe duas libras cum semisse, teste Iosepho, & conuenit cum eo quod dicitur apud Ezechielem: *Viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli, minam faciunt.* Qui numerus efficit sexaginta siclos; at siclus cum sit dimidium vnciæ, sicli sexaginta faciunt vncias, quæ sunt duæ libræ, & semis. Et ita Hebræa mina non solum est dupla ad Atticam, sed & ultra excedit eam in quinque vncijs: mina autem excedit libram Romanam in quatuor drachmis. Tertio differt in numero seruorum: quia ibi tantum trium fit mentio, hic vero seruorum decem. Quarto ibi talenta non ex æquo distribuuntur, sed vni dantur quinque, duo alteri, alteri vnum, & denique vniciq; secundum propriam virtutem; hic vero cuiq; seruorum datur vna mina, quæ Græcè dicitur *μνᾶ*, Latine vero mina dicitur: Græcam vero vocem retinuit Latinus interpres. Præterea serui, qui talenta acceperunt, duplicatum fructum edidere: vt qui quinque accepit, lucratus sit alia quinque, qui duo, alia duo, & hic ex vna & eadem mina à diuersis accepta, vnus lucratus est decem minas, alter vero quinque: quia varius est negotiationis aduentus, & eos qui æqualem impendunt laborem, non semper idem consequitur commodum. Is postremò qui abscondit talentum, in fossa dicitur illud abscondisse, eo quòd magna esset pecuniæ quantitas; hic vero dicitur abscondisse in sudario: quia cum sit mina sexagesima pars talenti, poterat facillè in sudario abscondi; haud ita talentum.

Cum dicitur missa à ciuibus legatio, intellige, ad ipsum Regem absentem, cuius regnum superbè sola voluntate recusabant, ac proinde ne curaret venire ad eos, à quibus erant profectus. *Euge*, vox Græca est ab *eu*, & *yu*, id est, bene. Estque alibi lætantis vox, vt illud indicat: *Non dicant in cordibus suis, Euge, Euge ani-*

mæ nostræ, id est, Non dicant cum pro voto successerit quod volebant: Bene bene sanè est animæ nostræ. Et ita dicitur: *Auertantur statim erubescentes; qui dicunt mihi Euge, euge:* id est, qui videntes flagella, & aduersitates quibus premor, lætantur. Hoc loco non tam est lætantis, quàm laudantis, & commendantis vox.

Tollere vbi nihil quis posuit, & metere vbi non seminavit, speciem habet prouerbij: & significat, aliena quæ nostri iuris non sunt, vt propria sibi vsurpare. Postremò quod habet: *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris utique exegissem illud?* Id est: si negotia periculosiora aggredi timebas, cur saltem faciliora, & certiora non tentasti? Et vulgari modo loquitur, quia lucrum vsurarum olim apud multas gentes licitum, & iustum habebatur, & saltem Iudæo licebat dare ad vsuram exttaneo, vel Gentili. Atque ex decem seruis tres tantum examinavit, & de lucro facto rationem poposcit, de septem vero quia fortè dissipauerant minas, & in profanos & impios vsus conuerterant, nihil dicitur: quia si tam seuerè est punitus, qui minam seruauit, & absconditam integram retulit domino, quas minas, & tormenta promeretur, qui domini pecunia abusus est?

Sed iam medullam, siue sensum precipuum huius similitudinis explicemus: *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti.* Christus Dominus homo verus est, & quidam homo, quia solus inter homines Deus. Verè quidam, quoniã illo nihil maius notum, & illo rursus nihil ignotius. Opera enim eius ad miranda eum omnibus faciunt manifestum: at vnio illa hypostatïca, qua duæ sibi inuicem naturæ copulantur, ignotissima est, & incomprehensa. Est etiam nobilis, siue claro genere natus, id enim est *ἀγεννητος*: quia vnigenitus est à Patre Deo, & primo genitus ex matre virgine, ac ex domo regia Davidis descendens. Quòd si Philosophus dixit: *Nobilitas*

Psal. 34.

Psal. 69. Psal. 39.

7

Tollere quod quis non posuerit, & metere vbi non seminauerit, quid significet.

Quid ite illud: Quare non dedisti pecuniam meam ad vsuram, & reliqua.

Deut. 23.

De decem seruis cur tantum tres domini no rationem reddiderunt creditæ sibi pecuniæ.

8

Homo nobilis quidam, quis ille, qui abiit in regionem longinquam.

Eius nobilitatis iustitia. Luc. 2.

est

Nobilitas quid secundum Philosophum. Aristo. lib. 2. Rhetor. ad Theode. cap. 15. Coloff. 2. Apocal. 22. Ista. 11.

Rom. 5.

In qua nam abiit regionem longinquam homo nobilis quidam. Luc. 15. Supra 8.

Infra 13.

Matth. 25. Luc. 17.

Supra 15. Ad quam in minor filius contendit, quæ sit regio longinqua.

Quòd hic homo nobilis dicitur abiisse, quid denotet. Ioann. 10.

est maiorum claritas: profectò Christus nobilissimus sit oportet, quia infinitis diuinæ sapientiæ, potentiæ & bonitatis thesauros ab æterno possidet. Nobilis quoq; vt non tantum potesteros, sed etiam progenitores suos nobilitare potuerit; vt propterea genus David dicitur. Nobilis demum, si nobilitas vnica est, atque inclyta virtus: quia in eo supremo quodam modo, & planè heroico atque diuino, non vnus vel alterius virtutis decus, sed vnuerfus omnium virtutum chorus & comitatus nullo vnquam vitio corruptarum, aut vllò remissionis gradu imminutarum extiterit. Vt vel illud dilucidum fiat, quod Apostolus ad Romanos docet, multo potentior fuisse Christi virtutem & obedientiam ad mundum seruandū, quàm Adæ delictum, & prauaricatione ad perdendum. Hic ergo nobilis abiisse traditur in regionem longinquam. Hæc regio longinqua alia est ab ea regione longinqua, in quam abiit filius hominis prodigus: vt vel hinc colligere liceat, vnā & eandem vocem in diuersis parabolis diuersa habere significata. Quemadmodum superius annotauimus, volucres cæli in prima parabola seminantis in quatuor partes terræ significare dæmones: in parabola verò sinapis, denotare Angelos siue viros spirituales fide sua super terram hæc omnia volitantes. Sicut etiam seruus inutilis aliter accipitur apud Matthæum, & aliter in alia parabola apud Lucam. Ad hunc modum regio longinqua in parabola prodigi, in qua filius fingitur ex ædibus paternis discessisse, meritò dicitur peccatū, quod distantissimum est à Deo; hic verò cum Dominus Iesus fingitur ex hac regione mortali profectus in regionem longinquam, cogimur explicare cœlestem beatitudinem, in qua immortalitate, & beata vita omnes perfruuntur, atq; illa est distantissima regio ab hac rerum conditione mortalium. Et dicendo abiisse, innuitur quòd sponte per viam vnuerse carnis, & per pontem crucis à se, & pro se, proq; suis fabricatum vltro se receperit. Dixerat enim: *Potestatem habeo ponendi animam meam;*

& potestatem habeo iterum sumendi eam?

Dicitur autem abiisse vt acciperet sibi regnum. Finis enim mortis Christi fuit Dei gloria, & mundi salus, vt in hominibus suo sanguine seruatis per fidem regnaret. Vnde primò in resurrectione dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra: in ascensione possessionem regni accepit, dictūq; est illi: Sede à dextris meis, Et, Dominare in medio inimicorum tuorum.* Ex quo postquam suscitatus est, partem regni ascendens tulit secum, quando captiuam duxit captiuitatem: regni verò partem reliquam, quam in terra habebat, Apostolorum fidei, & curæ commisit gubernandam, cum dixit: *Euntes in mundum vnuersum, prædicate Euangelium omni creature: præcipuè autem vni Petro, cui totum ouile Christi creditum est.*

Præterea addit: *Accipere sibi regnū, & reuerti.* Non ait, comparare, vel acquirere: quia ipse suapte natura natus est Rex Iudæorum, & Rex mundi: quanquam nouo titulo mortis suæ, & obedientiæ illud consequi voluerit. Ita enim dixit: *Oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriam suam: vt cum multiplici iure regnū sibi debeat, possit vnum illorum aliquod nobis communicare, quo & nos aliquid iuris in id regnum habeamus.* Aitq; *accipere*, scilicet regni possessionem; *sibi*, non alteri, aut procuratorio nomine, sed sibi ipsi, qui in cælo per se ipsū, & in Ecclesia per pastores & vicarios suos, & in cordibus hominum per fidem, spem, & charitatem cum Spiritu sancto datam regnat; per Euagelicam doctrinam etiam, salutariaq; Sacramenta regni sui iura exercet. Ita autem sibi ipsi regnum comparauit, vt possit illud in membra transferre, & in filios suos deriuare: ita enim dictū est: *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnū Filij dilectionis suæ, & postremò suis diciturus est: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Sic enim parentes comparant sibi regna, vt ea in filios suos transferant.

Sunt qui interpretantur, Christum

9 Idem cur dicitur abiisse vt acciperet sibi regnum

Matth. ult.

Psal. 109. Ibidem.

Psal. 67. & Ephef. 4.

Marc. ult.

Ioann. 21.

10

Ille homo nobilis cur accipit sibi regnum, nō comparat.

Matth. 2.

Philipp. 2.

Luc. 24.

Quare sibi, & non alijs regnum accipit.

Qua ratione Christus regnum suum, id est, Ecclesiam, administrat.

Pro quibus etiam sibi regnū accipit homo ille nobilis. Colossen. 1. Matth. 25.

11

Domi-

Altera sententia de regno Christi accepto in regione longinqua. Quando regnemus nos, & quado in nobis Christus.

Dominum per mortem regnum in Gētibus per Apostolos ad p̄dicandum emissos accepisse: illi enim verè erant in regione longinqua peccati, & idolatrie, & in densissimis ignorationis tenebris versabantur. Quæ sanè exp̄positio mihi videtur non inepta: modo intelligamus regnare nos non posse, nisi mundo, carne, & omnibus affectibus nostris emortuis: quemadmodum nec Christus regnavit nisi post mortem suam: neq; ille regnat in nobis, nisi peccato, & dæmoni mortuis, ipsi verò Christo, gratiæq; eius viuētibus.

12 Quis reditus hominis nobilis euntis in regionem longinquam, & regnū accipientis.

Subdit: *Et reuertit.* Quanquam dici possit quod pluries reuertatur Dominus modo spirituali ad diuersos effectus Sacramentorum, & ad ministros in Ecclesia constituendos: hinc tamen de ultimo, & sensibili reditu suo, qui erit in secūdo aduentu, in quo omnes inimici eius interficiuntur, & nouissimus hostis eius, id est, mors ipsa, destructur, sermo fit. Reuertetur autem in pompa, & specie regali innumeris Angelorum turmis constipatus, & vt ait Scriptura, in sede maiestatis suæ.

1. Cor. 15. Qualis erit reditus. Matth. 25.

13 Dona nobis sua cur Deus tribuat.

Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos, *Negotia mini dum venio.* Inspice finem donorum Christi. Vt enim arbores nō plātantur vt otiosæ maneant, sed vt fructum vberimum proferant; ad hunc modum nobis Dei dona communicantur, vt maiores indices progressus, tum in nobis ipsis, tum in alijs faciamus. Cū enim Deus ab initio suam cuiq; perfectionem tribuerit, quam, natura duce, nisi impediatur, assequitur; soli homini datum est, vt per liberum arbitriū seipsum perficiat. Et ita scriptum est: *Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.* Et qui credit, dicat, *Adauge nobis fidē.* Secundò indicat hic locus, totum tēpus vitæ præsēntis, quod vsque ad secundum Christi aduentum protenditur, atq; cuiq; nostrum in morte clauditur; tēpus esse negotiationis, & meriti, siue augmenti. Moneta ergo merendi per integrum vitæ nostræ spatium currit. Mira est verò nostra oscitantia, qui cū omnia temporalia, &

Proprium hominis quid.

Apocal. 22

Luc. 17.

Quid tēpus vitæ nostræ Diuina nobis munere concessum.

carnalia augere nouerimus, & multiplicare, sola dona spiritualia sepulta tenemus; cū tamen tempus negotiandi sit breuissimum simul, & incertissimum.

14

Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes, *Nolumus hunc regnare super nos.* Hæc cū dicta fuerint à Domino, prophetica fuerunt, iam verò per rei euētum facta sunt historica. Porrò Iudæi sub eādē lege viuētes, & in vno, eodēq; communicantes templo, ab eodemq; patre Iacob descendentes, meritò ciues siue fratres secundum carnem, & secundum legem dicuntur. Cæterum traduntur illum odisse vsq; ad mortē ipsam, vnde scriptum est: *Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrē meum.* Et odij causa fuit, quod vellēt temporalem, & potentem Messiam, non pauperem, & spiritualem. Deinde quia omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius, atque vt dici asolet,

Iudæi Christi ciues, & fratres quare dicantur.

Iudæi cur Christum odissent.

Ioann. 15.

Supra 3.

Terent. in Andria.

1. Cor. 1.

15

Obsequium amicos, veritas odij parit. Accedit maioris odij cumulus, quod post mortem eius p̄dicatur à Iudæis interfectus: ex quo insaniebāt Iudæi, & erat illis crux scandalum.

Miserunt porrò legationem post illum, & ad illum dicentes, *Nolumus hunc regnare super nos?* Quæ quidem legatio fuit nihil aliud, quam persecutio Christianæ fidei, & discipulorum qui Christum profitebantur, non verbis modò cōtumeliosis, verum etiam factis impijs, & nefarijs, & scriptis ad Iudæos per vniuersum orbem dispersos literis, vt doctrinæ tunc insurgētī se opponerent, & acriter contradicerent, vt docet Hieronymus in Isaiam. Qua quidem legatione non solum regnum Christi non est imminutum, imò etiam auctum, & locupletatum: ea enim est Christianæ fidei natura, vt quo magis examinata sit, ac discussa, tanto maiores veritatis splendores emiserit: & quo magis sc̄uitum est in professores Christiani nominis, eo auctior, atq; amplior illorum numerus sit redditus: quemadmodū filij Israël quo magis affligebantur à Pharaone,

Iudæi quando miserint legationem post illū hominem dicētes, Nolumus hunc regnare super nos

Hieronym. in Isai. lib. 5. commēt. in cap. 22. tomo 5. Fidei Christianæ conditio.

Exod. 1.

Iudæi quando dixerūt: Nolumus hunc regnare super nos. Ioann. 19. Ibidem.

Psal. 2. Act. 4. Principum Iudæorum in Christum malignitas.

Mina quid. Supra 1.

2. Cor. 5.

16 Qualis hic sermo: Vt sciret quātum quisque negotiatus esset. Ioann. 2. Hebr. 4.

Matth. 24.

17 Quid seruorū vocatio, quibus minę conceditæ.

eo ampliùs augebātur semper, & multiplicabantur. Vox fuit Iudæorum, *Nolumus hunc regnare super nos.* cū dixerunt, *Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Et, *Noli scribere, Rex Iudæorū;* hoc est, *Nolumus hunc habere in Messiam, quia non quadrat nobis, nec consonat: cū ipsi tanquam muri, & parietes regulæ quadrare, & consonare deberent.* Dicebant etiam operibus ipsis: *Dirumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis iugum ipsorum:* vnde & silentium Apostolis imponebant. Expende etiam illud, *Nolumus:* quod non ratione, sed voluntate præuē affecta Christum, & doctrinā eius primates Iudæorum persequerentur. *Et factū est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam; vt sciret quantum quisq; negotiatus esset.* Quam hoc loco vocat pecuniam, & inferiùs, Syriacum Euāgelium vocat argentum: erat enim mina moneræ argenteæ pondus certū. De hoc reditu Domini Iesu dixit Angelus in Actis: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Rursus Paulus hunc reditū ad exigendam rationē interpretatus est, cū inquit: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi; vt referat vniquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.* Quod verò ait: *Vt sciret quantum quisq; negotiatus esset,* more humano locutus est. Nec enim Christum nostra opera latere poterunt, cū ipse sciat, vt Euangelista ait, quid sit in homine; & omnia sint nuda, & aperta oculis eius. Vt sciret ergo, tropus est, id est, vt scire faceret, & manifestum alijs redderet, quid quisq; superlucratuſ esset. Quod iussit vocari seruos, missionem Angelorum designat ad congregandum electos à quatuor vētis ad iudicium. *Veni autem primus, dicēs, Domine, mina tua decē mnas acquisiuit.* Et ait illi, *Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.* Priùs Dominus seruos fideliter negotiātes remunerat, quàm

punit impios, & rebelles. Expende diligenter, quàm humili voce vtatur: *Mina, inquit, tua decē mnas acquisiuit:* lucri omnem accessionem minæ, id est, gratiæ Dei tribuens, & nihil sibi; contrā verò Dominus omniā tribuit nobis, nihil sibi, cū ait: *Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis.* In parabola etiam talentorum dixit primus; *Domine, quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratuſ sum:* vt intelligas, lucrum quod accessit, tum ex nobis, tum ex gratia Dei proficisci. Id quod Paulus egregiè exp̄presit, cū dixit: *Gratia Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua nō fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Quibus in verbis Apostolus cū omnia primū tribuisset Diuinæ gratiæ, deinde omnia tribuisset sibi, postremò vtrumq; dictum colligens, coniunctioni gratiæ cum libero arbitrio ascripsit.

Illud cognoscendū, etiam vnam, eandemq; minam; siue vnum eūdēq; gradum gratiæ in altero operari decē minarum augmentum, in altero verò quinq; quod ex parte gratiæ solū nō procedit, sed ex maiori, vel minori conatu voluntatis liberæ, qui etiam procedit ab ipsa gratia. Posita enim paritate gratiæ, magis laborans, maiori præmio afficitur, secundum illud: *Vniquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Ita enim loqui consueuimus, drachmam vnam auri in manu vnus valere duplum, at in manu alterius vix pro simplici.

Tertius minam acceptam reposuit in sudario. Septem verò alij, qui minas suas habuere, in iudicium nō veniūt. In quibus repræsētantur illi, qui minis abusi sunt, illasq; vitio suo amiserunt: quos Deus alloquio non dignatur suo. Est ergo multiformis munus Dei fructus, & longè varios effectus pro industria & labore operantium vna & eadem gratia edit.

Iam vide quanto applausu Dominus excepit bonum negotiatorem: *Euge, inquit, bone serue, quia in modico fuisti fidelis.* Hæc autem laus, & commēdatio Dñi, omnibus omnium

Explicatur hæc sententia boni, & fidelis serui: Dñe, mina tua decem mnas acquisiuit.

Matth. 25.

1. Cor. 15.

18 Vna mina, cui vni decem, alteri quinq; minarum operetur augmentum.

1. Cor. 3.

Septem serui alij qui minas acceperunt absque lucro domini sui, quos referant.

19 Boni serui, & negotiatores quàm honorifice excipiāt à domino suo.

Regum diuitijs, voluptatibus, & honoribus præferenda, & pro ea omnes iniuriæ, dedecora paupertatis, & mortis acerbissima supplicia quoq; perferenda sunt: quemadmodum Martyrū exempla testantur. ¶ *Et alter venit, dicens, Domine, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait, Et tu esto super quinq; ciuitates. Dubium non est per hanc similitudinē dominatus in pauciores, pluresve ciuitates, explicari nobis diuersa regni cælorū præmia, mansionesq; cæli varias, si hæc quasi dicta intelligantur in extremo iudicij die. Si autē hæc dicuntur in morte iusti, in qua suum cuiq; est iudiciū peculiare, posunt per hanc elegantem intelligi diuersa Sanctorum charismata, qui plus vni loq, quàm alteri, tanquam diuitutelares, & peculiare aduocati opitulantur atq; patrocinantur. Idq; cū ratione cōiunctum videtur: quia illis locis, dum viuere, patrocinium suū præstiterunt, vel pro illorum incolis sanguinem profuderunt suum, vel deniq; eorum corpora magna cum ueneratione in illis locis asseruantur. Hinc Romanorum singulis aduocatus Petrus est, Florentinorum Ioānes Baptista, Iacobus Hispanorum, Gallorum Dionysius, Venetorum Marcus, Gennensium Georgius, Mediolanensium Ambrosius, Neapolitanorum Ianuarius martyr. Præsentia Sancti etiam certis quibusdam, & priuatis gratijs atque beneficijs conferendis: & vnus quidem oculorū infirmitati, alter pesti, & aëris corruptioni, & alij alijs morbis, & languoribus. Neq; est in his quicquam superstitionis, si rectē intelligatur: nam vt vnus & idem animus per diuersa corporis membra tā diuersas functiones exercet, ita vnus & idem Christi spiritus per varios Sanctos tanquam membra sua, varia charismatum beneficia confert, vt Paulus in epistola ad Romanos ratiocinatur. Lege quæso Theodoriti librū VII. de Martyribus, qui de his egregiē philosophatur.*

Et alter venit, dicens, Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod nō posuisti, & metis quod

non seminasti. Hic eorum typum gerit, qui nusquam non Deo obstrepūt, perpetuoq; conqueruntur, quasi Dei donis destituti sint, obijcentes, in cura animarum pastorali, verbi diuini prædicatione, audientia confessionū, & huiusmodi, quæ ad lucra spiritualia exercentur, multa occurrere pericula perdendi animas, multos exantlandos labores, & idcirco tutius ducunt nō exercere has negotiationes, quàm manifesto periculo se exponere, dicuntq; tales in corde suo: Deus plerumq; requirit fidem ab hominibus, quam eis non dedit: exigit bonorum operum fructum, cū bonam voluntatem non dederit, sed vel ab æterno reprobauerit, vel ex tempore indurauerit corda eorum: cū tamē cessatores sint, neq; faciant quod leuissimè facere possent. Et ita duplici nomine semetipfos reos agunt: tū quod nihil boni operantur, tū quod etiam impietatis suæ auctorem volūt facere Deum; cū tamen ipsi nos perditionis nostræ simus causa. Vnde Paulus: *Contemplantes, inquit, ne quis desit gratiæ Dei: & iterum, Adiuuantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiamur.*

Porro, quod abscondit minam in sudario, in quo inuoluta est facies Lazari mortui, Dñiq; denotat eū, qui donum Dei mortuū, & sepultū tenet, vt Theophylactus exponit, nō euoluēs, neq; lucrum faciens. Vnde dici solet: Pecunia mortua, frumētum mortuū,

Qui seruus acceptam unā reposuit in sudario, quorum typum gerat.

Reatus illorum duplex.

Heb. 12. 2. Corin. 6

1. Timot. 4.

Puilli, & abiectionis animi, scrupulis, & tirationibus de Diuina puidencia quibus frequenter angatur, & crucietur.

Ioann. 11. Mina in sudario repositio quid denotet. Theophyl.

Quid per domum in plures, paucioresve ciuitates nobis Dominus inuenerit. Primus sensus. Alter sensus

Christiani orbis singulorum locorum proprii veluti dij tutelares.

Eorundem varia in suos cultores beneficia, ac proprie quasi functiones.

1. Cor. 12. & seq. Rom. 12. Theodorit. tom. 2.

Exod. 16. Ecclesiastici 20. & 41

2. Hic sermo qualis sit: De ore tuo te iudico, serue nequā; quid significet.

Quorsū id: Quare nō de diuiti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris utique exegissem illam. Altera interpretatio per elegans. B. Hieronymus in epist. 1. tom. 1. in initio.

Tertius sensus eiusdem. Idē in Matth. c. 25, tom. 9.

2. Tim. 2.

dum in horreo est, non excrecit: māna seruatum in alterum diem, computrescebat: & Sapiens, *Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in vtriusq;.* Et vanē se se talis excusat: imō ipsa excusatio magis eū damnat, quia respondet Dominus:

De ore tuo te iudico, serue nequam: sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod nō seminavi. Prouerbialis est sermo iste, quo significatur magna in exigendo feueritas. Videlicet timor Dei, quem prætexunt pigri, & consideratio Diuinæ feueritatis, debebat esse illis potius incitamentum ad sedulū studioseq; operandum, quàm ad cessandum ab opere. ¶ *Et quare, inquit, nō dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris utique, exegissem illam?* Quod Dominus committit pecuniā suam nummularijs, & cum vsura eam accipere voluit, nihil aliud significat, nisi quod in lucrum semper intendere debemus, vt ad Dei gloriam, & proximorum salutem quæ accepimus cōuertamus. Ergo si nō ad actiones magni periculi, saltem ad eas, quæ minores erant, debebat pecuniam acceptā exponere, vt veniens Dominus cum scēnore acciperet. Hieronymus tamē in epistola ad Heliodorū, aliam præclaram proponit intelligentiam: *Vt inquit, illi, qui acceptum talentum in sudario ligans, cæteris lucra facientibus, id tantum quod acceperat, reseruauit: illic indignantis Domini clamore ferietur: Serue nequam, quare nō dedisti mihi pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exegissem eam?* Id est, *Deposuisse ad altare, quod ferre nō poteras. Dum enim tu ignauus negotiator denarium tenes, alterius locum, qui pecuniam duplicare poterat, occupasti.* Hæc ille, etsi idem in Matthæum exponat, Dominum illis verbis velle, vt Euangelij prædicatione, & sermo diuinus cōmendetur fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere, sicut Timotheo præcipit Apostolus, vel cunctis fidelibus, qui possunt duplicare pecuniam, & cum vsuris reddere, cū quod sermone didicerunt, opere complent. Tres hæc expositio-

nes parabolicæ sunt, & accommodæ ad hunc locum expediendum.

Porro cū vsura accipiet Dominus commissam minam, quando in nouissimo die ex donis quæ contulit fidelibus, cumulos meritorum, & animarum multarum millia quasi lucta recipiet. Qua de re pulchrè Gregorius philosophatur: *Ponamus ante oculos nostros illum tantæ distractionis diem, quo iudex veniet, & rationem cum seruis suis, quibus talenta credidit, ponet: Ecce in maiestate terribili, inter Angelorum, atq; Archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine, electorū omnium, & reprobatorū multitudo deducetur, & vnusquisq; quid sit operatus ostendetur. Ibi Petrus cum Iudæa conuersa, quam post se traxit, apparebit. Ibi Paulus conuersum, vt ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas post se Achæiam, ibi Ioānes Asiam, Thomas Indiam, in conspectum sui iudicis conuersam ducet. Ibi omnes Dominici gregis arietes, cū animarum lucris apparebunt, qui sanctis suis prædicationibus Deo post se subditum gregem trahunt. Cum igitur tot pastores cum gregibus suis ante æterni Pastoris oculos venerint, nos miseriquid dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negotium vacui redimus, qui pastorum nomen habuimus, & oues quas ex nutrimento nostro debeamus ostendere, non habemus? Hæc ille, quæ ad excitandos Episcopos, & animarum pastores adducere volui, vt intelligat, quanto cum timore, & sollicitudine in commissio sibi grege pascendo versari debeant, de quo tam stricta reddenda est ratio pastorum omnium Principi Christo: in qua reddenda ipse Gregorius, tantus in Ecclesia Dei Pontifex, & timebat, & contremiscebat.*

Et astantibus dixit, *Auferite ab illo mnas, & date illi qui decem mnas habet: Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Illa duo verba, & abundabit, nō sunt in Græcis, nec in Latinis emendatis quibusdam, sicut nec in Syriaco Euangelio, nec Mar. 4. nec Luc. 8. & idē videntur assumpta ex Matth. 13.*

22 Credita seruo unā cū vsura dominus exiger quando. Gregor. homil. 17. in Euangelia sub finem; tom. 2.

Petrus, Paulus, Andreas, Thomas, reliqui; Apostoli quas acceperunt a Domino, vt reddent cum vsura.

Cur a pigro seruo minā auferri do- minus iusse- rit, & dari de cē minas ha- bentī.

1. Timot. 3.

Luc. 16.

24

Inimici dñi qui nolue- rint eum re- gnare super se; a quo, & ante quē mā- datur inter- fici.

Quo genere mortis affi- ciedi, & qua re.

Matth. 27.

& 25. & huc inuecta, nec lædunt fen- sum. In vltionem porrò peccati iubet Dominus auferri minā à seruo pigro, & iubet dari seruo fideli habenti de- cem minas; ad significandum, quod sæpe in hac vita contingit. Frequēter enim is, qui gratiam quam accepit, in otio consumit, ea priuatur: & is, qui acceptis gratijs bene vtitur, augeri si- bi sua dona meretur. Vt enim Apo- stolus ex bonis diaconis iubet ordi- nari presbyteros, ex presbyteris bo- nis pmoueri Episcopos, & ex eis qui meliores sunt, ad celsiora ecclesiarum loca prouehendi sunt. Et quod dixi de gradibus Ecclesiasticis, idē meritò non solum in regularibus, sed in pro- fanis, & secularibus ministerijs obser- uandum est. Maioribus enim semper dignus est, qui minoribus bene vti- tur: & qui fidelis est in exiguis, & in magnis fidelis erit. In futura quoque retributione, ex impiorum, & pigrorū seruorum cōdemnatione, bonorum, & fidelium gloria augebitur: quoniā hoc illis ad singulare gaudium deputabitur, quod tanta dignatione se vi- derint peruenisse ad gloriam æternā, vbi suos conseruos vidēt æternis sup- plicijs addictos.

Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Hæc propriè ad Iudæos spectant, qui impietatis emeritas pœnas, partim quidē de- derunt, quando Hierusalem, & tem- plum sub Tito Imperatore euerfa fue- re, partim etiam in iudicio dabūt, vbi & præmia iustis, & pœnas negligenti- bus, & minam ad mensam non ponentibus redditurus est. Veruntamen acrius adhuc puniet Iudæos, quod Christi nomen persecuti sunt. Et il- los coram se iugulari mandat, vt ver- bum Græcum significat, quod ad ma- iorem eorum confusionem, & sum- mam Christi gloriam spectat, & im- pletur verbum populi: Sanguis eius su- per nos, & super filios nostros. Qui em noluerunt inimicitias interficere, id est, peccata per pœnitentiā in Christi sanguine pro eis fuso, digni sunt, vt ignominiose eorum fūdatur sanguis. Sequitur in textu: Et his dictis præce-

debat ascendens Hierosolymam. Quorū verborum sensus esse videtur: Cū his dictis, Dominus suorum animos ab errore liberasset, quo putabāt ipsū ascendere in Hierusalem, vt ibi regnū suum auspicaretur, & conscius se esse odij Iudæorum ostendisset: decla- rans tamen se illos non metuere, cœ- pit auspiciari professionem suam in re- gionem illam longinquam, præcedēs eos in ascensu Hierosolymæ, à qua suos sibi metuere non ignorabat. Et Dominus tā in his, quæ periculi sunt, quàm gloriæ, nos præcedit.

Ideò nos, si sapiamus, contendamus omnes inimicitia nostræ cum Deo rationes extinguere, & rogare illum, vt velit super nos regnare, qui quoti- die dicimus, Adueniat regnum tuum, & cum Propheta canimus: Intende prospere, procede, & regna. At verò cū Christus nolit regnare super inuitos, spōtè nos ipsos illi offeramus in sub- ditos, leges eius sanctissimas obserue- mus, in eius hostes, mundum, carnē, diabolum cōspiremus, strenueq; de- certemus: sed potissimū otiosam, & mortuam donorum Dei retētionem fugiamus, qui vitam, felicitatem, & spi- ritualis delicias semper scaturientem remunerationis loco expectamus re- cipere à supremo iudice Domino no- stro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sãcto tribuatur omnis virtus, honor, & imperium, in sempiternum, Amen.

TRACTATUS XXXV.

In parabolā de duo- bus filijs à parente ad laborandum, in vineā emissis: quæ tantūm narratur a Matthæo cap. 21.

VID autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primū, dixit, Filii, vade hodie opera-

Quare Chri- stus præce- debat ascen- dens in Hiē- rusalem.

In quibus Dominus nos præce- dat.

25 Quando Chri- stus regna- bit sup nos.

Matth. 6. Psalm. 44.

Christi ho- stes qui nobis debellan- di.

1 Quare hanc parabolam Christus in- duxerit.

Matth. 21.

Hebraismus

Cur Dñs Iu- dæis interro- gantibus in qua potesta- te prædica- ret in tēplo, alia proposi- ta eis quæ- stione respō- dit.

Ioann. 1. & seq.

Quamobrē Iudæi Chri- sto respōde- rint, Nesci- mus.

ri in vinea mea. Ille autem respondens ait, Nolo: postea autem pœnitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter, & reliqua.

Huius parabolæ scopum facile ex præcedentibus coniectare possumus. Cū enim Iudæi, & Pharisei Dñm es- sent adorti, quæstionem illam de ex- pulsus nūmularijs & animalibus de tē- plo proponentes, In qua potestate hæc facis? propria ne, an aliena? Et si aliena, quis tibi dedit hanc potestatem? Deus, an Cæsar, an Pontifex, an tua propria teme- ritas? prudēter Dñs, vt clauum clauo truderet, aliam quæstionem illis pro- posuit de baptismo Ioannis: Interro- gabo vos & ego vnum sermonem (id est, vnam rem, more Hebræo) vnde esset, & cælo, an ex hominibus? Hoc est, qua au- toritate Ioannes baptizabat? Non de- bebat autem Dñs tacere, ne conscius alienæ potestatis vsurpatae videretur, ac illorum auctoritati cedere. Nec rur- sum conueniebat illi dicere quod erat rogatus, quod indigni essent illud au- dire, & sine fructu vilo essent auditu- ri. Nec rursus cōueniens erat dicere il- los indignos esse qui audirent quod interrogabant; ne videretur subterfu- gere respōsionem, vel illis iniuriam in- ferre. Ideò prudenter aliā similē pro- ponit quæstionē, ad quā si respōdere recusat, perspicuum fieret indignos ipsos esse qui audirent, quod ab alio quærebāt: sin rectè responderent, ipsi se sua sententia condemnarent, & pro- positæ quæstioni satisfacerēt. Nam si dixissent Ioānis baptisma fuisse è cœ- lo, etiam Iesum de cælo esse cōuinci poterant, cui Ioannes tantum testimo- nium perhibuit. Cū ergo ad hanc quæstionem illi respondere non pos- sent, etiam prius inter se cōmunicatis consilijs, quia dicitur: At illi cogitabāt inter se, & quia dicunt, Si dixerimus, è cælo: idcirco cum se haud posse labi- confiderent, dixerunt, mentientes, & fingētes qui omnium se profitebātur magistros, Nescimus. Tunc Dominus: Nec ego, inquit, dico vobis, quod scire cupitis, etiam si illud nouerim: idcirco nō dixit, vt ipsi, Nescio; sed, Nō dico. Quo verbo significauit & illos quidē dicere, & nolte dicere, & se quoq; sci-

re quod quærebatur, sed meritò illis nolle dicere: quia indigni erant respō- so, qui dolose interrogabāt. Et vide Dñi sapientiā: nā ex eorum ignoratia quā cōfessi sunt, arripuit occasionem redarguendi eorū incredulitatem, q̄ nescirēt illud, quod etiā peccatorib⁹, & publicanis nō fuit ignotū. Tūc er- go illis dixit: Quid autē vobis videtur? Nēpè de ijs quæ dicā. Cū enim di- cere noluisissent, vnde erat baptisma Ioānis; arguit propterea timentes q̄ ei nō credidissent, per parabolam eos aggrediens, vt ignorātes quò tēderet, se ipsos ore proprio condemnarent: quæadmodū fecit Nathan propheta cū Dauide. Tanta enim est Dñi sapiē- tia, vt cōprehendat sapiētes in astutia eorum. Tendit igitur scopus huius pa- rabolæ ad dānādos Phariseos, qui cū promiserint se ituros ad vineā colen- dā, minimè tamē iuerunt; exaltat verò peccatores, quia facti, & moribus Do- mino obediunt, & si professione vitæ dissolutionis nihil tale ab eis videre- tur expectandum. Et hæc pauca de scopo, siue instituto sint satis.

In externa parabolæ facie cognosce in primis, quod cū parens duorū fi- liorū proponatur, quos in vineā emi- serit, nō tamen eis mercedem promit- tit, quemadmodū promisit operarijs denarium: alia est enim ratio filiorū, alia verò operariorū. Nā illis, vtpote externis, stipēdium operarū suarū pē- dimus: at filijs, qui portio sunt paren- tis, & qui in paternis bonis succedere habēt, mercedis loco nihil nūmera- mus, sed illi ex amore, & obedientia patris, omnia quæ possūt obsequia, p- stare debēt. Deinde aduerte, interdū euenire, vt filij cōtumaces, & rebelles plus interdū obediāt parētibus, & ab eis magis diligātur, quā alij minus ne- quā. Tertio pōdera, q̄ nō imposuit gra- ue onus, sed tātū vt die vno laborarēt in vinea, tametsi alijs diebus ob meri- tū spōtaneè volūtatis ex se laborarēt.

Iam nucleus sub hoc cortice deli- tescēs explicādus est. Homo iste, qui habuit duos filios, Deus est, qui nobis humanū, & mitē se præbet: homines verò, qui & amantur à Deo, & illum amant, filij eius sunt, qui paterna Dei

Christi Dñi in responsis sapientia.

2. Reg. 12. Iob 5. & 1. Corin. 3. Quis nam fi- lius, qui pa- tri dixit se- iturum in vi- neam, nec i- uit: quis ve- rō alter, qui negauit iu- rum se, iuit tamen.

2 Cortex simi- litudinis pro- posita. Matth. 20. Seruorum, & filiorum: operantium ratio diuer- sa.

3 Homo iste qui habuit duos filios, mysticè quis

Deuter. 32

Melior quæ Noui, quam Veteris Testamenti hominum conditio.

Luc. 17. Cur seruos nos appellare iubemur à Domino: ille verò nos filios nominat.

Heb. 12. Duo filij misi in vineam à patre, qui sunt.

Exod. 24.

4 Improbatur ille sensus tripliciter. Hieronym. in Matth. e. tom. 9.

prouidentia gubernantur. Vnde ait Moyses: Nūquid nō ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Quāquā nostra cōditione, & iure belli, quo à morte æterna seruari sumus, seruos nos agnoscere, & profiteri debeamus. Et in Veteri Testamento frequētius serui, quàm filij; at in Nouo filij dēsius, quàm serui, vocamur. Et interdū ad humilitatē colendā iubemur seruos nos vocare inutiles, ne videlicet in prosperis efferamur, & in aduersis rursus ne succūbamur, nos filios vocitat. Vnde Apostol. Flagellat omnē filium quē recipit. Quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt oēs; ergo adulteri, & non filij estis. Qui sunt autē hi duo filij, varia est sententia Doctorū. Quidā enim per primū filium, populū Gentilē intelligūt, qui cūm per deorū diuersorum culturū erraret, publicē profitebatur se nolle in vineā ire; verū postea pœnitētia ductus, & ab idōlis reuersus, veri Dei cognitionē, ac verā Christi fidem amplexus est. Per filiū verò secūdum, intelligunt populū Iudæorū, cui cūm pmissus esset Messias, legemq; accepisset; atq; dixisset: Omnia quæ locutus est Dñs, faciemus, & erimus obediētes; perinde est; ac si dixisset, Eo in vineā; postea tamē cupiditatibus suis excæcatus, Messia ad se missum non agnouit, doctrinæ eius restitit, fidem, & fidei cultores persecutus est: vnde qui primus esse debebat in vinea colēda, in eam venit nunquam.

Hic sensus, et si verus sit in seipso, & veritatē duorū populorū in genere cōtineat, nō tamen videtur ad literam Textui cōgruere. In primis, quia textus, vt ait Hieronym. nō meminit Iudæorum, neq; Gētilium, sed ad diuersas tātūm Iudaismi personas Dñs parabola retulit, cūm dixit: Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei. Deinde, quia Gentilibus non prædicauerat Ioannes, aut Dñs, vt ab eis instructi, fide & pœnitentia saluaretur. Tertio, quia Iudæi nondum viderant Gentes ad fidem conuersas, vt eorum exemplo excitarentur, cūm Dñs hanc pronuntiauit parabolam.

Prōinde sententia Hilarij maxime

probanda est, qui per priorem filium Pharisæos, & maiores Iudæorum; per posteriorem verò plebem Iudæorū, in qua sunt publicani, & meretrices, intelligit: quanquam mysticē, siue per allegoriam in parabolis contentā, pos sit parabola illum sensum complecti. Pater ergo accessit ad priorem filium, & ait illi, Fili, vade hodie, & operare, in vineam meam. Ita legitur Græcè ἰνὰ τὴν ἀμπελῶνα, operari. Et accusatiuis In vineā meam, regitur à verbo, Vade in vineā, & ibi operare. Accedit Deus per lumen rationis, & gratiæ excitantis, vt meminerimus muneris nostri. Est autē singularis Dei fauor, quod aliquid nobis pro sua bonitate præcipiat: qui nihil præcipit, nisi vt iustam habeat rationem remunerandi.

Ille autem respondens, ait, Nolo. Hic est populus numero maior, tēpore antiquior, quia populus præcelsit in Ægypto ministros; posterior verò fili⁹, maiores sūt, postea electi numero pauciores. Primus ergo dixit, Nolo: quia exteri⁹ manentes in cōmuni vita, & fortē præceptorum, nō profitentur altiore perfectionē; tales verò postea pœnitentia ducti ad vineam eunt, iustitiam operum, tūm in seipsis, tūm in alijs exercentes, agnoscentes seipso, & proximos tanquā vineam Dñi locatam, vt alia in parabola mox explicanda dicitur, & ad colendum datam. Quāquā minores nō nisi generalem quandā aliorum curam habēt, de qua dicitur: Mandauit illis (scilicet Deus) unicuiq; de proximo suo. Et eius pot⁹ est se à superioribus coli sinere, quàm se ipsos; & alios colere: quanquā nemo ita coli se sinit, quin ipse se ipsum colat; vt propterea, siue populus, siue sint maiores eius, ad colendam vineā adstringantur.

Dicere ergo, Nolo, itreuerentiæ, & cōtumaciæ vox est, quā multis excusationibus colorare soliti sumus; Non suppetūt vires, infirmus sum, vel pauper, durū est hoc, & laboriosum opus, & ingenio meo cōtrarium. Et quæ admodū quæ ex nimia imbecillitate rationis vsu destituuntur, multa inde cogra & dicūt, & faciūt, quorū, cū ad sanā

Alter sensus probabilior Hilar. can. 21. in Mattheum.

Qualis Dei accessus ad nos.

Idem cur nobis præcipiat.

6 Quid est P prior filius à patre in vineam missus; illi respondet: Nolo.

Inferiorum cura præcipua à Domino commissa.

Ecclesiastici 17.

7 Quale hoc verbum filij respondētis, Nolo; eiusq; excusationes.

8 Cum secundo filio qui dicat, eo, scilicet ad laborandum, in vineam. Spartam suā colere, quid.

9 Quare postea non iuit in vineam.

Christi lenis, ac dulcis Pharisæos tentantes in crepandi ratio.

Luc. 7.

Christum videtur qui soli. Ioan. 4. & seq. Matth. 15. Ioann. 9. Matth. 8.

Post priorē illū filū, qui scilicet fecit volūtate patris. Infra 11.

mentē redierūt, dolent, & resipiscūt: ita iste irreuerēter peccato absorptus respondit, sed mox eum pœnituit, & ad laborandum eo ardentius, quo respondit contumaci⁹, surrexit.

Secundus filius rogatus & ipse vt iret in vineam, id est, Sacerdotes, Reges, Iudices, Doctores, siue Scribæ, & Religiosi, isti omnes vita sua, & professione dicunt, Eo, & profitentur vinearum cultores. Quisq; enim qui alijs præficitur, Spartam suam habet, quam colat: vt habet Prouerbiū. Et cum negligentius susceptum munus administrant, admonentur à Deo, siue per se, siue per Angelum, siue per Prophetam, & prædicatorem, vt vno die, quo vita tota significatur, vt supra exposuimus, elaborandæ, excolendæq; vineæ incumbant. Isti tamē postea pollicitis minimē sterere, & otium, ac vitam mollem, ac iocundam labori, quem ex officio præstare debuerant, prætulērunt.

Interrogauit ergo Pharisæos Dñs; Quis ex duobus fecit volūtatem Patris? Dicunt ei, Primus. Hostibus veritatē iudicandam proponit, vt sententiam, qua cōdemnarentur, proferrēt, vt vel sic resipiscerent: si autem sine parabola increpasset, fortē non audissent, sed recessissent. Et hæc erat dulcis increpandi ratio, qua vsus est Dñs cum Simone Pharisæo, & in subiuncta parabola de vinea quam mox explicaturi sumus. Noluit autem Deus in disputatione confundere astutos, siue interrogando, siue respondendo, & sinit se vinci à simplicibus, vt à Samaritana, Chananæa, Cæco nato, & Céturione. De Ioannis autem consilio non accepto, poti⁹ quàm de lege violata, aut de se ab eis non audito redarguit, quia lex tollenda erat: & quia in hoc non excedebantur à populo, vel publicanis; & quia non ita nota erat legis violatio. Populum autem prudēs non laudauit, quod videlicet doctrinam suam audiret: noluit namq; sibi videri testimonium ferre: de Ioanne etiam præcesserat sermo. Et ita probat eos malis peiores: sicut alibi probauit eos pueris sedentibus in foro insipientiores.

Tunc ergo Dominus subiunxit: Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei. De præsentī legendum præcedūt, vt Græca, & emendata Latīna habent exemplaria. Et erant duo hominum genera apud Iudæos infamia, alterum in sexu masculino, alterum in fœminino: id est, omnes viri, & fœminæ de media plebe depromptæ, & peccatis infamibus inuolutæ, quæ maximē per concupiscentiam carnis, & oculorum delinquant: etsi meretrix propriē sit, quæ quæstus gratia sui corporis copiam facit. Et Græcè de præsentī dicitur, Præcedunt vos in regnum Dei, & hoc, quia non loquitur de futuro, sed de eo quod iam per efficaciam passionis Dñi factū erat, siue de præsentī fiebat. Non blanditur Christus vitijs, neq; bona opera damnat; quia non loquitur de meretricibus, & publicanis, qui adhuc tales perseuerāt; sed de ijs, qui pœnitentia moti redierunt ad bonam frugem. Nemo ergo, qui malē vixerit, desperet, etiamsi aliōqui meretrix, & publicanus sit, quia ante alios ad regnum peruenire potest. Nemo, qui virtutem colat, nimium in seipso confidat, & dormitet: quia antequam eum meretrices & publicani.

Neq; verò est sensus de principatu tēporis, vel dignitatis in cœlesti regno: quia nō esset huius causa Ioānē nō recepisse: & sermo hic ponit, qd vtriq; in regnū regrediantur, & qd alij sequantur post præcedētes, quæ falsa videntur. Sensus ergo est, qd publici peccatores ad Christū conuersi, pri⁹ in regnum Dei, siue in Ecclēsiā recipiantur, sicut pri⁹ acceperunt Ioānē vt prophetam, & eius monitis auscultarunt. Alij autē vel nūquam, vel serò in regnum Dei ingrediuntur: atq; hac ratione ad summū quod expectabāt, id est, Messiam, qui est verum Dei regnum, præcesserunt publicani, vt Matthæus, & Zachæus; & meretrices, vt peccatrix, & Samaritana. Quemadmodū prædicante Iona in ciuitate Niuiæ, post alios multos iam conuersos peruenit verbum ad Regem. Cū enim duo pro aliqua re cōtēdunt, vnū alteri præpositum, vel præcessisse di-

Duo hominum genera apud Iudæos infamia, quæ

Meretrix propriē quæ sit.

Quomodo publicani, & meretrices Pharisæos præcedūt in regnum Dei

Falsa, & inopta interpretatio reiicitur.

Publicani, & meretrices qui Pharisæos præcesserunt in regnum Dei. Matth. 9. Luc. 19. Supra 7. Ioann. 4. Iona 3.

cimus, nō solum cum vni damus prio rem locū, alteri posteriorem, sed etiā cum res illa, pro qua erat cōtētio, vni est cōcessa, & alteri denegata: ad hūc modum publicani, & meretrices pœnitentes præcedunt Phariseos impœnitentes, etiam si in regnum minimè ingrediantur.

Et subiungit: Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. Vos autem videntes nec pœnitentiā habuistis postea, vt crederetis ei. Declaratio est verborum antedentium: nā Ioannes dicitur venisse in via iustitiæ: quia tota vita eius pœnitentiā, & peccati vindictam prædicabat: verbo etiā pœnitentiā, & pœnitentiæ baptismū populo proponebat, hoc est, dolorē de peccatis, & satisfactionis fructus cōdignos, vt redderentur iusti. Sed quia hoc faciūsus creditu, licet non sit factu, idē subdit: Nec pœnitentiā habuistis postea, vt crederetis ei. Emphasi habet, q̄ etiā meretricū, & publicanorū exempla præuia cernentes Pharisei, nihil moti fuerint: hoc est, qui primo loco cōverti debuistis ad pœnitentiā, & fidē, non estis cōuersi: videntes etiam tot peccatorum cōuersionem, debuistis saltē illorū exēplo permoueri. Deinde non ait; Vt crederetis mihi, hoc est illi non credidistis, nec Messia, qui tamē ad nihil denuō obligans vltra legē naturæ, venit per viam gratiæ prædicans, Messia ip̄ suis fide, & Sacramento homines iustificādos, quod difficilius est creditu: sed facilius factu: quemadmodum etiam, quod ad vitā attinet, Ioannes venit, neq; manducans, neq; bibens; Dñs autem Iesus venit comedēs, & bibēs. Ioannes etiā non promittebat regnū, vt Christus, sed tantum dispositionē ad illud. Et hæc sint satis ad explicationem parabolæ.

Ex qua nonnulla elicere possumus ad rectē instituēdos & formādos mores nostros accōmodata. Atq; illud in primis, nō satis esse cuiquā pmittere obediētiā in Baptismo, vel Sacerdoti in Sacramento Pœnitentiæ, vel religioso in p̄fessione: Nō enim auditores legis iusti sunt apud Deū, vt qui multa pollicentur, sed factores legis iustifica-

būtur. Factis ergo præstandū est quod possumus, votis, & volūtate, quod nō possumus, vt ita voluntas vim facti habeat. Quot autē sunt, qui eorum, quæ in baptismo, vel in p̄fessione sua polliciti sūt, ne meminerūt quidē: qui quo magis in terrā p̄missam accedere deberent, eo magis & corpore, & animo regrediūtur in Ægyptū? Et multi religiosi sunt, qui in Decalogi obseruatiā à laicis præceduntur, atq; superantur.

Instruūtur deinde Episcopi, & oēs qui alijs pascēdis præsent, & qui publicè profitētur se in vineā Dñi proficisci, deinde verò p̄fessionis suæ obliuati ad aulas principū, ad venationes, & ad ludos accedūt, ibiq; diu immorātur, quādoq; etiam quieti cōsenciscūt, aut interdū neglectis curis spiritualium rerū, temporaria munera, & quæ sibi minimè cōueniunt, curant. Isti profecto ad eos spectāt, qui dicūt, Eo in vineā, & postea non eunt: nā in cōsecratione sua Episcopi destinātur ad prædicandū populo suo. Atq; istis illud euenit, quod plerūq; p̄ueris, aut famulis nostris, qui negotij alicuius gratia à nobis aliquō destinantur, euenire solet: nā eius mādati, quod à dño suo acceperūt, obliuati, & in platea nouo aliquo, & vano spectaculo detēti, totū diē cōsumūt, noctuq; redeūtes vapulāt, quod officio defuerint suo, & dñi sui mādātū neglexerint. In hūc propē modū pastorib; accidit, qui dignitatis suæ, & amplitudinis honore deliniti, & diuitiarū voluptatibus inescati, officij sui omnino reddūtur immemores: vnde vitā in luxu, & otio degūt: sed aduētate morte, cū se in domū recipere volūt, acerbis & æternis supplicijs iustē à Dño plectūtur.

Quod si rursus hoc exemplo non permouētur, quicumq; ad animarum curam habendam assumuntur, siue qui vt assumantur, ipsi nullum nō mouent lapidem, volo alia elegantiori similitudine vti. Fingamus nos, obsecro, magnum quendam, & opulētum patrem familiās vineam ingentē possidere, ex qua vna annuos reditus colligere ad honestē vitam transigendam consueuerit, decem, aut duodecim operarios sub amplæ cuiusdā mer-

legis qui nō sint iusti apud Deum.

14 Secundū document. E p̄f coporum sci licet absentium ab ouili suo.

Iis quid euenire solet.

15

Elegans exēplum alterū pro Episcopis, atque pastoribus in officio continendis.

cedis

In parabolam illam: Homo erat pater familiās, qui plātauit vineam, & sepē circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis; & peregrè profectus est. Matt. 21. Marc. 12. Luc. 20.

PRÆSENS parabola post præcedentem duorum filiorum, quorum alter promisit in vineam se iturum, & non iuit; alter verò cum negasset se iturum, postea iuit, proximè à Domino dicta est. Vnde Matthæus ait: *Aliā parabolam audite.* Cuius scopus est indicare beneficiorum Dei multitudinem, deinde malignitatem Sacerdotum, agricolarumq; volentium sibi vineam vsurpare, & grauissimam eorū punitionem, & acerbissimas quas erāt daturi pœnas, ob ingratos animos, & abusum tantorum beneficiorum. Nā cum apud aduersarios Domini nō valeret, quamuis vehemens, adhortatio, & commonitio, fideliumq; exempla nequicquam eos permouerent; propterea Dominus in præsentī Euangelio annuntiat iudicium Dei super eos, reddiq; inexcusabiles, ne possint prætexere ignoratiā. Docet etiam, Dei fauores, & veteris amicitiae testimonia nihil prodesse ingratis, quin regno priuentur, & in alios dona eorum conferantur: ait enim per Hieremiam Dominus; *Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iuda, annulus in dextera mea, inde euellam eum. Et dabo te in manū querentium animam tuam.* Quod

Ordo, & scopus dictæ huius parabolæ à Domino.

Iudiciorum in Christum ingrati animi magnitudo.

Hierem. 22.

Bb 3 etiam

Supra 13. etiā alibi idem Propheta expressit in lumbari lineo, quo Dei iussu lumbos suos texit, quod cum in foramine petrae ad Euphratem reposuisset, post aliquot dies inuenit putrefactum. In quo significatē voluit dilectos Deo, & qui illi intimpē hærēt. Et subdit Dominus: Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Hierusalem multam, populum istum pessimum. Et alio loco minatur illi populo, quod erit in caudam, & non amplius in caput. Ipsi (inquit) me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis; & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

2 Lucas refert, hunc sermōnem dictum ad turbas; Matthæus verd, ad Sacerdotes, Scribas, & Phariseos. Vnde in parabola sine dixit; Et cum audissent Principes Sacerdotum, & Pharisei parabolas eius; cognouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere, timuerunt turbas; quoniam sicut Prophetam eum habebant. Conscientia enim ipsorum erat interpres parabolarū Christi. Quod propterea scriptum est, ne mireris, si tu ipse, & tua doctrina non proficit apud populum. Et si veritate aliqui offendantur, mali auditoris est veritate euangelizata scandalizari, atque vri: boni predicatoris est viuum tangere, neque consuere puluillos sub omni cubito manus, vt solent assentatores, qui fauorem populi captare cōtendunt. Ostendit ergo, nouum non esse, Sacerdotes, aliosq; Ecclesie proceres Deum suo iure impiē fraudare: nam simili latrocinio grassatos esse Iudæos olim in Prophetas, & nunc ad Filium Dei interficiendum paratos esse, legimus. Sed non impunē laturos, quia Deus sui iuris vindex exurget. Itaq; exprobrat Sacerdotibus animū ingratum perfidiae plenum; & tollit offendiculum, quod ex sua morte instabat imminenti.

Quid propriū mali auditoris euangelici; & quid boni predicatoris. Ezech. 13.

3 Marc. 12. Pharisei cur Christo relicto abierunt. Hæc ergo parabola, & ad Scribas, & Phariseos prolata est: quoniam illi

coguntur reddere rationem vineæ, & ad plebem etiā dicta est, quia illam instruit, vt reddat fructum fidei, & instruat, quāuis cūq; sit procerum, vel præpositorum vita. Hæc de scopo.

In litera quædam veniunt annotanda. In primis vinea plantata describitur, non emptā, aut donatā: quia tales vineæ minus diliguntur, minusq; æstimantur, quā quæ nostris manibus, & industria consistunt. Et vinea naturalis, & inculta nō profert nisi fructus labruscarum. Et psal. 79. dicitur trās lata ex Aegypto, & transplantata in terra promissionis, vt vberiores & melliores fructus ferret: vbi etiam dicitur: Dux itineris fuisti, quia multis beneficijs & fauoribus egressi de Aegypto intrarunt in terram promissam: solent enim vites, vel arbores ex vno in aliū locum transplantandæ magna diligentia assernari, & in humiditate custodiri, ne siccitate pereant: fuit autem illa vinea ex tribus vitibus orta Abraham, Isaac, & Iacob, & ex duodecim filijs Iacob propagata, sicut & euangelica vinea ex duodecim Apostolis tāquam Christi filijs in vniuersum orbem dilatata & amplificata. Deinde dicitur in optimo loco plantata; vnde Isaias, ait eam plantatam in cornu filio olei; id est, in colle, loco pingui. Nā vineæ debent esse plātæ in mōte, cōuersæ ad Austrum, clausæ autem ad Aquilonem: nam Bacchus amat colles. Inteligitur etiam elapidatio, vt dicitur ibidem: Lapidem elegit ex illa: non quidem paruos, & vulgares lapides, sed magnos, qui ordinem vitium impediret: nam alioqui terra saxosa utilis est vineis. Item plantata fuit vitibus optimis, siue plantis electis, vt tradunt Isaias, & Hieremias; siue vt Hebraicè dicitur, vinea Schorech, quam quidam interpretes exponunt, viam absq; acinis, siue producentem vinum dulce, & generosum, quale est Creticū, vel Phalernum. Huius vocis vim septuaginta Interpretes apprehendentes, nō sunt interpretati apud Isaiam: nā Græcè est Σοφῆξ; qui tamen apud Hieremiam, vbi illa eadem vox ponitur, transtulerunt, vineam Κετροφόρον, hoc est, fructiferam. Symmachus eum

4 Pater familias quare plantauit vineam. Vineæ Iudæica, & Euangelica ex quibus vitibus propagatæ sint.

Isai. 5. Vineæ situs optimus.

Ibidem.

Ibidem. Ierem. 2. Vineæ Schorech cur sic dicta.

Symmachus interpret.

Chaldeæ paraphrasi hic, & Hierem. 2. viderunt, electā. Cū tamen non videretur hęc eius vocis germana significatio, vt auctor est Hieronymus in Isaiā, etiā si ipse in vtroq; loco vertērit, electā admonet tamē asserere Hebræos, Schorech genus esse vitis optime, quæ vberes fructus faciat atq; perpetuos. Deniq; Schorech a quibusdā Χατροφόρον interpretatur, quod nōs, in pulcherrimos fructus veterē possumus ille: Rursus adduntur alia vineæ necessaria, vt seps, torcular, & turris in medio eius: vt toti vineæ custodiendæ subserviant. Et omnibus enumeratis, vt rebus necessarijs instructā indicaret, subdit Isaias; Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, & nō feci? Postea singitur illam locasse.

Ad sensum principale respondēdo, frequens est in sacris literis hæc similitudo vineæ, cuius meminit Moyses in Cantico, David in Psalmis, cum ait; Vincam de Aegypto transtulisti; & reliq. De eadem etiā Hieremias loquitur; dicens; Ego plantavi te vineā electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es in prauum. vitis aliena? Sed nullus apertius, neq; clarius Isaias, qui ait; Cantabo dilecto meo canticū patrius mei vineæ suæ. Vineā facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit vineam electam, & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vnas, & fecit lebrysas. Et paulo post subdit: Vineā Domini exercituum, domus Israel est; & vir Iudæ, germen eius electabile: quia ex illo proditurus erat Dominus Iesus, vitis vera, cui omnes fideles quasi palmites insiti, fructū optimum proferunt. Sequitur: Et expectauit, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iniustitia, & ecce clamor. Hęc omnia Glossa, quæ ordinariam vocant, & quidam alij viri eruditi, de regno decem tribuum, & non de regno Iudæ docent esse intelligenda: quia vineæ huius seps dissipatur, & est in conculcationem & diripitur, & non putatur, nec cōplatur, & ascendunt super eam vepres, & spinæ. Decem enim tribus electæ sunt, vt non essent amplius populus Dei.

Vir Iudæ, germen electabile cur dicatur. Ioan. 15. Glossa ordin. Quæ vinea Iudæorū illa, quæ fructū Deo nō regit suū, quem debet. Deinde viri Iudæ, qui remanserunt in fide, constituti iudices inter Deū & vineam. Ad hæc, vinea declaratur esse domus Israel, non domus Iudæ. Erat etiam illa in monte vberi Samaritæ plantata, & habebat templum, & alia priuilegia communia cum regno Iudæ: Non defuit tamen qui hanc Euangelicam vineam, & illam Isai. 5. vnam & eandem esse interpretentur. Et propheta hæc Isaias longē antē transmigrationem, de qua in 4. Regū volumine est sermo. Et patruelē vocat fratrem patris, cum ait, Canticū patrius mei de vinea suā; sic enim legit Hieronymus ex Hebræo. Fratres autem erant regnum Israel, & regnum Iacob. Isaias autem, qui lugubre hoc canticum cecinit, filius Iudæ erat. Et vocat Israel patruū, siue patruem suū. Christus autem hoc loco non comminatur vineam dandam in direptionem, sed tantum colonos occidendos; & vineam alijs agricolis locandā melioribus: quare longē diuersa est ratio huius vineæ ab illa, de qua Propheta.

Iam per singulas partes parabola explicata est: & primò ad literam de populo illo Dei, deinde de Ecclesia Catholica, quæ illis successit, exponenda. Hic paterfamilias, qui plantauit vineam humani generis per plasmationem Adæ, & electionem patrū, qui populum eduxit de Aegypto, qui Prophetas primū, deinde Filiū suū misit, & vineam alijs colonis tradidit, vt interpretatur Irenæus, vnus, & idem est Deus Pater. Plantauit autem, non tantum cum hominem condidit ab initio, sed cum patres eorum elegit, qui sunt plantę vitis optime, quoniam Abraham, Isaac, & Iacob mire sanctitatis viri extiterunt. Et hanc vineam de Aegypto transtulit in Terram promissam meliorem, quò plures ederet fructus, electis inde Gētibus, & Chananeis tanquam lapidibus duritie, sua fructum vineæ impediētibus, ne videlicet Gētilēs conuersatione Iudæos inficerent: quia Amorrhæi erant inter illos. De istis lapidibus dicitur: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios. Ab ebo quod

Alter sentus. 4. Reg. 17. & seq. Quis patruelis Isaiæ, cuius canticū canit. Hier. 10. 5. 6 Pater familias quis plantauit vineam, & qualem. Gen. 2. Exo. 14. Irenæ. lib. 4. cap. 70. Vineam illā Deus quāndo plantauit. Psal. 29. Deut. 7. Matt. 3. 17

Psal. 79. Propheta explicans, dixit: *Eiecisti Gētes, & plantasti eam. Extenditq; palmi-tes suos usq; ad mare (Occidentale) & usq; ad flumen (Euphratis) propagines eius.* Isti enim erāt termini Oriētis & Occidētis Terræ p̄missæ: vt perspicuū est ex sacris literis. Et ita cū propheta Isaię de solis decē tribubus loquatur, Dauid tamen de vinea sermo nē facit, vt includat vtrūq; regnū, & Iuda, & Israël. Curus etsi de p̄ore de fructam maceriem, & extirpationem ab apro de silua; & depastam à singulari fero; postea tamen pro eius salute; & incolumitate deprecatur Deū, dicens: *Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam. Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & super filium hominis quem cōfirmasti tibi.* Nam etsi ecclesia Dei antiqua multas vastationes, depopulationesq; passa sit à finitimis Regibus; Deo propter eius delicta hoc permittente; nunquam tamen fuit extincta penitus: ex qua videlicet oriturus erat Filius Dei, qui eam per orbem vniuersum propagaturus erat.

Et sepe circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrē profectus est. Iuxta Matthæi descriptionē vinea hæc satis munita, & instructa fuerat omnibus necessarijs, nempe sepe, torculari, & turri. Sepe, ne esset exposita deprædationi omniū transfuentium: torculari, instrumento com modo, aptoq; ad conficiendum vinū, quod finis est cultę vineę, vnde denominatur: turri, partim ad speculandū, ne quis ingressus fructus deprædaret vineę, partim ad fructus collectos asseruandos. Ista omnia vineę præsidia diligenter perscribuntur ab Isaiā, & à Matthæo, Marcoq;: sed omittuntur à Luca, qui tantum ait: *Homo quidā plantauit vineam, & locauit eam colonis.* Per sepe igitur intelligimus ciuitates muris cinctas Telluris sanctę, vt dicitur in Deuteronomio; vel etiā muros Hierusalem Nehemię ad preces obtentos, pro quibus olim precabatur Dauid: *Benignē fac, Domine, in bona voluntate tua Sion; vt edificentur muri Hierusalem.* Sed quodiam muri

Quid est quod vetus Dei Ecclesia tormalis quā ta à malis iustitiam, nunquam fuit penitus extincta. & a quo iobru ta.

7 Sepis, Torcularis, Turris vsus in vinea necessaria tij.

Isa. 5.
Mar. 12.
Luc. 20.

Quid sepe.

Deut. 9.
2. Esd. 4.

Psal. 50.

non sunt maxima beneficia, de quibus hæc agi videtur, melius propterea Leontius per sepe; legem ipsam intelligit, quia nō permittebat vllō modo ludæos Gentibus commiseri, vel per sepe potestas temporalis; & regia significatur, muniens filios Israël, vt sepe protegit vineam: quia vbi non est sepe, diripietur possessio. Vnde Iudæi volebant Regem, qui præliaretur prælia sua pro eis. Vel etiam Diuinam protectionem intelligere possumus, qui tū per se, tū per Angelos populū illum peculiariter muniuit, & seruauit: vnde scribitur, *Vrbs fortitudinis nostrę: Sion Saluator, ponetur in ea murus, & antemurale.* Torcular vero, altare significat holocaustorum, ad quod perpetuò afferebantur animalia ad sacrificiū, vt ad torcular vuc; siue lex ipsa timoris ad obseruantiam sui premens. *Non enim accepistis, inquit Apostolus, spiritum seruitutis iterum in timore.* Turris in medio fabricata, spiritualem sacerdotum potestatem significat, siue templum in monte Sion constructum; quod instar turris tuebatur. Vnde Hieremias inducit Iudæos dicentibus: *Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* In hac turri speculatores vineę euigilabant pro alijs, tanquam rationē reddiduri de vinea.

Diciturq; locasse eā agricolis. Etsi enim per se posset sine medijs hominibus, eam colere, vt tamen voluit ministris propter suauitatē prouidentię sue. Et locare, significat eos non esse dominos, sed seruos, & economos, siue dispensatores, qui non absq; utilitate vineam colebāt. Olim ergo Regibus, sacerdotibus, & iudicibus vinea locata fuit, vt tū verbo, tū sacrificio: & exemplo proficerent ad vvas bonorum operum, & ad cognitionem peccati, & medellę per Christum suscipiendę, & ad vinum sapientię, & charitatis Dei, inebriantis producendum. Deniq; peregrē profectus est. Ita enim facere solent domini vinearū, quas vbi bene instruxerint, eas locant, & absunt: ea tamen lege, vt locantes debeant vineam meliorem efficiere, & quotānis eius culturę, & per

Leontius Episcopus. Alter sensus

Eccli. 36.

1. Reg. 18. Tertius sensus.

Isa. 26.

Quid vero Torcular.

Rom. 8. Turris in medio vineę fabricata quid denotet.

Hierem. 7.

8 Cur vinea agricolis locata.

Qui sint agricolę, vinea quibus locata Domini fuit.

Patet fami-lias cur peregrē profectus, & quando.

1. Cor. 12. A. 17. fectioni certā pecunię summā impendere. Deus verò nunquā abest, qui operatur omnia in omnibus, & nō longē est ab vnoquoq; nostrū. Et hoc verbum denotat expectationem, quam habet de fructibus vineę, de qua dicitur: *Expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas.* Peregrē ergo profectus est: quia post datam legem in monte Sina, nō amplius visibilibus signis potentiam suam ostendit. Et ita insinuat liberū hominis arbitrium: nam in manu consilij sui relictum est eam colere. Sæpē etiā impij pastores persuadent sibi Dominum procul abesse, neq; curare quę in vinea fiāt. Hinc dixit ille malus seruus in corde suo; *Moram facit dominus meus venire: & cepit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.* Ita in Prouerbijs de muliere parum honeste viuente dicitur; *Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua, abijt via longissima. Sacculum pecunię secum tulit: in die plena lune reuersurus est in domum suā.* Hęc enim patientia Domini, & longanimitas, qua se finxit longius abijisse, in omnia nos scelera præcipitat, nostro tamen vitio: quia vt protritum habet apud quasdam gentes Prouerbiū; *Mortuus, & aliō longius profectus nulli ad sunt amici.* Sed Deus longanimitate agens non statim punit, sed gerit se perinde ac si abesset.

Non placet autem illorum expositio, qui per profectionem istam intelligunt subtractionem gratiæ: nā quomodō sine gratiā fructum vllum vinea ederet? aut quomodō Dominus fructum vineę exigeret? Imò hoc ipso quod exigebat fructus, intelligimus Deum gratiam suam illis non negasse.

Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Et agricolę apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus; & fecerunt illis similit. Tempus fructuum, vt B. Remigius interpret est, fuit, quando supe-

1. Cor. 12.
Act. 17.

Isa. 5.

Exo. 19.

Eccli. 15.

Luc. 12.

Prou. 7. Impudicę mulieris vox apud Salomonē.

9 *Caictan. in Matthæum* De profectioe patris familias ineptē quidam quid senserint.

10

B. Remigius in Matthæum.

ratis hostibus Terram: promissionis securē colere cœperunt: nam pax aprior est ad ædificandum; & fructum edendum. Vtinam agnoscamus aliquando à nobis fructus vineę locatæ reposcendos à vero Domino. Et tēpus, ait in plurali, fructuum, nō vnius, sed plurium: nam plura Deus plantauit in nobis, & omnium cupit habere fructum, nempe fidei, spei, & charitatis, iustitię, humilitatis, obedientię, & patientię. Quemadmodum enim in cithara, non vna chorda, sed plures efficiunt concentum; ita plurium virtutum actiones fructus sunt à Domino desiderati. Et tempus fructuū est vita præsens, nempe post vsu liberi arbitrij obtentum vsq; ad mortem. *Dum tempus, Apostolus inquit, habemus, operemur bonum.*

Quod attinet ad missionem seruorum, Marcus & Lucas tres missiones fuisse seruorum narrant, Matthæus verò duas tantum, quia illi particularius loquuntur, iste generalius, vt Euthymius annotauit. Quanquam dici quoq; possit, in his duabus Matthæi missionibus contineri illas tres aliorum, quia Marcus alium casum, lapidatum aliū, & alium narrat occisum: quæ omnia sub vna missione completur Matthæus. Primi autem serui boni missi ad exigendos fructus, sunt illi Prophetę, qui missi sunt tempore Iudicij, qui cæsi sunt, id est, percussis, siue occisi morte haud ita ignominiosa: morte verò lapidationis quidā (id quod est peius) occisi sunt. Iterū missi alios seruos plures prioribus tempore Regum, & Samuelis, ante quem sermo Domini rarus erat. Quod si tertia fuit missio aliorum, intellige circa tempus transmigrationis Babylonicę, quo tempore multi Prophetę missi sunt. Euenire solet nō raro, vt si quādo habeas durum debitorem, & ab eo exigas quod debet tibi, ille indignatus, vel faciem auertat, vel exandescencia permotus duriter loquitur, vel debitum neget, vel deniq; necem comminetur, si iterum debitum postuletur. Simile quid narratur in hac metaphora: nam legatis & nūtijs Dei debitū ex parte eius petentibus,

Tēpus fructuum quod nam illud ap propinquat.

Fructus à nobis Dominus quos requirat.

Simile.

Gal. 6.

II An Matthæus duplicē seruorum missionem describens, à Marco, Lucaq; diffentiat triplicē enarratibus. Euthym. c. 50. in Matthæum. Alterq; solutio. Primi serui missi ad fructus vineę colligendos, qui. Secundi serui quinam. 1. Reg. 3. Qui tertij.

Mali debitoris cōditio.

mortem intulerunt contra omne ius gentium.

12 Ad fructus vineæ colligendos quos miserit patrifamilias.

2. Par. 36. Hierem. 29 et alibi p. sim.

Act. 7.

Mat. 23.

Israëlitici populi qui fuerint primi duces, & pædagog.

2. Par. 24.

Concionaturum officii.

Vt acciperent fructus eius. Prophe- te autem misit ad Sacerdotes, & ipsi de numero erant agricolarum colen- tium vineam, tamen quatenus extra ordinem mittuntur ad exigendos fru- ctus, veluti distincti sunt. Et prædi- catores, qui mittuntur extraordina- riè, vt sunt delegati ad colligendos fructus, imò etiam ipsi Pontifices, Religiosi, & gloriæ Dei relatores, ad alios negligentes verbo, & e- xemplo, & legibus excitandos vt fructum ferant, quasi distincti sunt à se ipsis. De istis Prophetis dici- tur; Sed & vniuersi principes sacerdo- tum, & populus præuicati sunt ini- que iuxta vniuersas abominationes Gen- tium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificauerat sibi in Hierusa- lem. Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos, per manum nuntiorum suorum, de nocte confur- gens, & quotidie commonens: eo quod parceret populo, & habitacu- lo suo. At illi subfannabant nuntios Dei, & parupendebant sermones e- ius, illudebantq; Prophetis; donec as- cenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio. Et Stepha- nus; Dura, inquit, ceruice, & incircun- cisi cordibus, & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis: sicut patres ve- stri, & vos. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occide- runt eos qui prænuuntiant de aduentu iusti. Et Dominus, Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te misit sunt; quoties volui congregare filios tuos, &c. No- tius est, quam vt longo sermone sit referendum, qua ratione Moses, & Aaron, qui primi fuere instituto- res, & prophetæ illius populi, & qui eos tot signis eduxerunt de Ægy- pto, quam graues iniurias perpessi sunt à populo? Helias deinde, & Helisæus multa sustinuerunt. Quid dicà de Isaia, vel Hieremia, vel Zacha- ria filio Barachie, vel reliquis, qui ad li- teram vel cæsi, vel otiosi, vel lapidibus obruti sunt? Diligenterq; aduerte, nõ satis esse seruos à Deo missos, siue

prædicatores ad exigendos fructus vineæ, simpliciter fructum require- re; sed hortari instanter, & acriori ora- tione premere, interdum etiam ma- gna vocis contentiope infernum in- terminari, interdum etiam contestari, & ante Christi tremendi iudicis tri- bunal citare auditores, & dicere cum Apostolo; Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maranatha. Et in alio instituens præ- dicatores Doctor Gentium, ait; Præ- dica verbum; instà opportunè, impor- tunè; argue, obsecra, increpa in om- ni patientia, & doctrina. Et Pro- phetæ euidam dicitur; Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eor- um, & domui Iacob peccata eorum. Cum tamen ob leues causas atque respectus multi taceant, conuiueant, atque dissimulent: quibus Domi- nus dicit; Argentum tuum versum est in scoriã: vinum tuum mistum est aqua. Neque verò Deus magnope- re curat, si caupones vinum mi- sceant: id enim esset salubrius, ne multi vino deliniti inebriarentur: sed propter prædicatores hoc dixit, qui debita in peccatis acrimonia infe- ctandis non vtuntur, sed aquam mi- scent vino, qui reprehensionis vim & acridinem refrigerant, & tollunt. Tales sunt illi, qui dicunt; Loqui- mini nobis placentia, videte nobis er- rores. Quisque ergo, qui prædica- tionis exercet munus, ab omni spe- cie assentationis, & mollioris ser- monis caueat, ne peius pereat quàm ipsi vinitores, auditores ve.

Nouissimè autem misit ad eos Fi- lium suum, dicens: Verebuntur Fi- lium meum. Agricola autem viden- tes Filium, dixerunt intra se; Hic est heres, venite occidamus eum, & ha- bebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum elecerunt extra vineam, & occiderunt. Quæ hæcenus in hac parabola dixit Dominus, historica fuerunt: quæ sequuntur de mor- te sibi inferenda, prophetica tunc erant: nunc autem vtraque nobis sunt historica. Perpende modum quem obseruat Deus in plectendis

1. Cor. 16.

2. Tim. 4.

Isa. 58.

Supra. 1.

Cõcionato- res vinum aqua qui mi- sceant iuxta Prophetã.

Infra. 30.

Quid vitã- dum sit con- cionatori.

13

Beneficijs punit male- facta Deus.

iniu-

iniurijs suis. Cum enim malè tra- ctassent agricolæ seruos Dei, non statim puniuit, sed misit alios plu- res prioribus: cum etiam hos vacuos dimississent, & iniurij in illos extitissent, non priuauit hæreditate, sed cu- mulauit nouo misit ad eos filij bene- ficio, in quem vnum omnes iniurias seruis suis illatas abundanter conges- serunt. Nouissimè dicitur misisse Fi- lium suam naturalem, & vnigenitum, ac proinde charissimum. Et vltimus est Christus, qui mittitur in se, & suis. Ideò Iudeus amplius Prophetam nõ habet, & frustra expectat, qui Prophe- tarum Principem ad se missum non agnouit. Et subdit; Verebuntur Filium meum. Addit Lucas, Forstã verebun- tur. Nam in Matthæi emendationibus exemplaribus Græcis abest hæc parti- cula Fortè. Cur dixit, Forstã? nun- quid ipse non nouerat illos minime reuerituros? Nouerat sanè, sed sic lo- quitur, quemadmodum de egroto di- cere solet Medicus; Date illi hoc, vel illud pharmacum, quia fortè sanabi- tur: non absolutè audeat promittere sa- nitatem, ob magnitudinem morbi. Et vñtatum est, in parabolis præsertim, trãsferri humanos affectus in Deum: proinde dixit, Forstã. Neq; etiam lo- quitur ironice, Verebuntur, quia non subesset causa mittendi: sed loquitur iuxta id, quod natura rei postulabat, id est; debent, vel possunt vereri, vbi filium hæredem cognouerint. Quæ- admodum cum Dominus Pharisaum interrogat, Quis ergo eum plus diligit? nõ quid futurum sit, sed quid rei na- tura exigat, exprimit: id est, quis eum plus debet diligere? Et cù dixit, Tunc ieiunabunt, sensus est, tunc habebunt debitum, & legem ieiunij. Chryso- stomus in Mattheum; Quid est autem, in- quit, Fortassis verebuntur? Non ignorã- tis cerè; absit hoc enim, sed magnitudi- nem peccati volentis ostèdere, cuius nul- lam vnquam satisfactionem ostèdere po- tuerunt: misit ergo, sciens quod interfice- rent. Dicit autem, Fortassis verecũda- bantur, quæ debuissent fieri; enarrans: verecũdari enim proculdubio debuiss- sent. Sic & alibi ait; Si fortè audierint: non enim quia ignorabat; sed ne quidã

Contra Iu- dæos Mesiã- aliũ, & Chri- stum expe- ctantes. Luc. 20.

Quare dictũ sit; Fortè ve- rebuntur Fi- lium meum, cùm id certo euenturum Deus nosset.

Humanos af- fectus Scri- ptura Deo so- let accõmo- dare.

Luc. 7.

Mat. 9.

Chryf. Ho. 69. in Mat- thæũ. to. 2.

Ezech. 2.

ex amentia dicerent, prædictione Dei coactos ignorare non potuisse: idcirco huiusmodi vtitur orationis figura, mo- dõ, Si fortè audierint, modõ, Fortassis ve- recundabuntur. Hæc ille, cuius senten- tiam sequuntur Theophylactus, & Euthymius. Vel; Aliqui eorum eum agnoscentes, verebuntur: qui sensus non videtur tam plenus ac prior. Por- rò agricola dixerunt intra se, Hic est heres, Græcè habetur, ἰσχυρὸν ἰσχυροῖς, quod verti potest, dixerunt intra se, hoc est, in cordibus suis latenter. Vel inter se, quod est verisimilius; vt intel- ligas, eos colloquio inito intra se conspirasse contra Christum, quan- do in concilio dixerunt; Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Et per agricolas, intel- lige sacerdotem in cultu, seniores in iu- dicio; potentes, Scribas & Pharisaos in prædicatione, & vitæ sanctitate cõ- spicuos. Dicunt itaq; Venite, occida- mus eum, & habebimus hereditatem. Quemadmodũ olim Achab, vt possi- deret vineam Naboth, occidit eũ, & in sanguine eius eam comparauit; idè per omnia facere volebant in Chri- stum. Quinquàm consequentia ista non valeat, Hic est heres, ergo occi- damus, vt possideamus. Imò potius in- ferre debuerunt: Ergo vereamur, hu- miliemur illi, & de admissio peccato malæ administrationis veniam peta- mus. Deinde iterum peccant in argu- mentando, cùm aiunt: Occidamus eũ, & habebimus hereditatem eius. Scri- ptus enim hæres, qui testatorem occi- disse comprobatur, à iure hæreditatis cadit. Redarguuntur hoc verbo om- nes, qui vt ad sibi præfixum finem per- ueniant, vias obliquas, & vitiosas se- ctantur, dicentes, Faciamus mala, vt veniant bona: quorum damnatio iu- sta est teste Apostolo; & Dauide, A mandatis tuis intellexi, suæ vt Hebræa habent, intelligens reddor: Omnè pro- pterea viam iniquitatis odio habui: id est, omnia instrumenta, & media illicita. Hinc Iosephum fratrem videntes filij Iacob, ne adorarent, tandem ado- rarunt. Inde Iudæi in Christum insur- gentes, & de medio tollentes, ne ve- nirent Romani, & tollerent locum, &

Theophyl. Euthym. su- praticatus.

Alterã solu- tio.

Agricolæ quando dixe- rint: Hic est hæres, veni- te occidamus eum. Ioan. 11. Quinam illi agricolæ.

3. Reg. 21.

Agricolæ di- centes, Hic est hæres, ve- nite occida- mus eũ, quã improbi Dia- lectici.

Scripti hæ- redis homi- cidæ depre- hensi iusta pœna.

Rom. 3.

Psal. 104.

Omnè viam, iniquitatis odio habere. quid iuxta Propheam. Gen. 37.

Ioan. 11.

gen.

Ioan. 11. Indgos vere Christu no uisse, vnde colligi possit. Ioan. 7. Infra. 15. Dan. 9. Infra. 12. Gen. 49. Matt. 2. Ioan. 3. Infra. 7.

Populus Iudaeorum: in Christum esse confitens, cur nisi per ignorantiam deliquerit. Luc. 13.

1. Tim. 1

Ignorantia crassa quam vocant, vel supina laborantes, pro quibus Scriptura habere solet. Luc. 12.

14. Episc. Abulensis in Mat. cap. 21. q. 204. par. 6.

Episcopi Abulensis qui bus probat Iudgos Christum vnde Deum, vel Messiam no agnouisse, rationes soluuntur. Iniquitas stultae est, nec

gentem, venerunt, & tulerunt omnia Romani. Ex his verbis colligi potest Iudgos Christum nouisse, & maxime eorum maiores, & vinitores, de quibus hic est sermo: sicut alibi, *Et nescitis, & vnde scitis.* Et iterum, *Nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum:* non enim ignorabant vel hebdomadas Danielis impletas, vel ablatum sceptrum de Iuda. Et initio quidem, vbi tanta malitia excacati non erant, facile agnoscere potuerunt, vt Nicodemus cognouit: paulo post autem a signis, & miraculis conuicti idem cogente conscientia fateri debebant: postea tamen affectibus odij, & liuoris obscurati impudenter negabant. Populus vero facile cognouisset, sed auditis superioribus suis, quorum iudicium sequi cogebatur, per ignorantiam deliquit. Vnde & orante Christo in cruce, multi reuersi sunt percutientes pectora sua. Sacerdotes vero, & caeteri Iudeorum proceres, si per ignorantiam deliquissent, conuersi fuissent, & misericordiam essent consecuti, vt Paulus, quia ignorans fecit in incredulitate. Erat igitur eorum ignorantia crassa, supina, & affectata: & tali ignorantia laborantes, pro cognoscentibus Scriptura habet. Dicitur enim homo nosse, quod lege cognoscere tenetur, etiam si vitio suo, aut negligentia illud nesciat. Atq; in hoc sensu dixit Dominus, *Ille seruus, qui cognouit voluntatem domini sui,* id est, scire ex officio debens (vt superior exposuimus) & non fecit, vapulabit multis.

Nec obstat, quod Episcopus, Abulensis negat illos cognouisse Iesum vt Deum, vel Messiam, nec eius rationes illud euincunt. Prima: Passio, inquit, non tollit speculationem, sed iudicium practicum: ergo cognouissent eum, cum illum in cruce egerunt, quod est incredibile: quia stultum esset velle Deum occidere, vel Dominum suum, id est, Messiam, de medio tollere. Sed profecto iniquitas stulta est, nec cum ratione insanire solet: & ad praxim spectat, non ad speculationem, an Deus homo interficiendus sit. Secunda ratio: quia obiecerunt illi:

Blasphemauit: quid adhuc egemuste stibus? Et, Si Filius Dei es, vel, si Rex Israel es, descende de cruce. Respondemus, odium fuisse in causa, ne actu crederent, quod opera eius aperte monstrabant, vel vt dissimularent, licet credidissent. Tertia: Argumentatur ex his verbis B. Petri; *Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri.* Sed quod populus per ignorantiam peccauit, principes malitia deliquerunt: principes enim idem quod populus fecere, sed non per ignorantiam. Ita cum Dominus orauit in cruce, *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt,* non pro omnibus, vt testis est Augustinus, orauit, sed pro ijs tantum, qui per ignorantiam deliquerunt. Quarta ratio: Agit verbis Apostolicis: *Loquitur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit.* Sed ibi sermo est de gloria, quam nullus sapiens, aut philosophus ratione humana coniectare potuit. Et hunc sensum comprobatur quod sequitur: Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. De qua rursus subdit, sed sicut scriptum est, *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.* Et tamen de simplicibus quibusdam dubitandum non est, quin eis Christus fuerit reuelatus, vt Samaritanæ, Caeco nato, Centurioni, & alijs plerisque.

Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Ad literam, & ad corticem eiecerunt extra vineam agricolæ; ne, si in vinea occisus fuisset, illis homicidij crimen imputaretur. Ad sensum principale, non videtur tantum significari, quod eiecerunt eum extra ciuitatem, & quod extra portam passus est, vt Apostolus testatur, sed quod tradiderunt eum Pontio Pilato, & Gentilibus, qui non erat pars vineae Iudaicæ, & illorum manus necem illi intulerunt: tum vt incolumitati suæ magis consulerent, ne ratio huius necis ab eis vnquam exigeretur; tum vt Christum magis confunderet, & ignominiosum redderet.

cum ratione insanire solet. Secunda ratio. Matt. 16. Infra. 21. Mar. 15. Tertia. Act. 3.

Luc. 23. Pro quibus Christus orauit in cruce pedes, secundum Augustinum. Aug. tract. 31. in Ioan. paulo ante medio, tom. 9. Quartatio 1. Cor. 2. Quæna sit illa gloria, quæ iuxta Apostolum, nemo principum huius seculi cognouit. Isa. 64. Christus se patefecerit, quibus. Ioan. 4. & seq.

15. Infra. 6. Cur agricolæ extra vineam eiecerunt hæredem. Allegoria.

Heb. 11.

Matt. 27.

Iudæi agricolæ Christi harem Dei filii extra vineam quando eiecerunt, & occiderunt. Matt. 27.

Isa. 63.

Allorū sanguine Christi quo modo inquinatus iuxta Prophetam,

Heb. 10. Malach. 3. Hominum duo genera Deum crucifigentium. Primitiæ nostræ Deo de bire quæ nā. Matt. 22. Exo. 20.

1. Tim. 1. Matt. 23.

Iudæi cur grauitè à Christo reprehensi, quod edificarent monumenta Prophetarum: vt quidam opinantur.

Matthæus scribit: *Apprehensum eum extra vineam eiecerunt, & occiderunt:* Marcus refert: *Primò occiderunt, deinde eiecerunt extra vineam.* Et vtrumque verum est: quia secundum Matthæum, primò eiecerunt, tradendo eum Pontio Pilato; deinde per Gentiles ministros eius occiderunt. Iuxta Marcum autem, primò occiderunt; id est, dignum morte Pontifices iudicarunt, postea verò tradiderunt eum brachio seculari Pilati occidendum. Occisus igitur Dominus est à vinitoribus suis, & rogatus ab Angelis, *Quare ergo rubrum est vestimentum tuum, & vestimenta tua sicut calcamentum in torculari?* Et respondet Dominus, *Torcular calcavi solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcavi eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi.* Sanguine aliorum dicit se inquinatum, quia pro eis est à CHRISTO fusus. Nos similiter crucifigimus CHRISTVM in nobis metipsis, & ostentui habemus, de quo Malachias ait: *Si affliget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis, In quo confiximus te? In decimis, & in primitiis.* Primitiæ nostræ sunt amor ex toto corde, mente, anima, & viribus: post hunc reddendæ sunt decimæ, id est, obseruantia Decalogi, quæ ex amore offerenda est Deo nostro, quia *Fini præcepti est charitas.* Crucifigunt præterea Dominum, qui eius seruos crucifigunt, fructus vineæ exigentes. Hinc Dominus dixit; *Va vobis, scribae & Pharisei hypocrite, quia edificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, &c.* quæ verba quidam interpretantur, Dominum vā non comminari propter ædificia in Prophetarum honorem erecta, sed quod cum primum viderent prophetam aliquem surgere, statim illi designarent sepulchrum, & necem, ferre cum non valentes, & audire eum in nomine Domini so-

quentem recufantes. Quum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiuunt illi, Malos malè perdet; & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dominus; qui sapientes comprehendit in altutia sua, interrogauit eos, vt responso suo se in laqueum iniicerent, seque ipsos proprio iudicio condemnarent, & de se ipsis vinea spoliandis, & Gentibus in colonos assumendis prophetarent. Et vide, obsecro, quam simus in aliorum peccatis iudicandis seueri, & duri iudices, qui ad propria conuiemus, & nobis ipsis blandimur. Vide acrimoniam verborum: *Malos malè perdet.* Et David interrogatus simili sancto dolo à Nathan Propheta, dixit, *Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc.* Et phrasis hæc, nempe, *Malos malè perdet,* non est ignota auctoribus profanis. Aristophanes enim in Pluto refert, & videtur, id est, paupertatem, quam loquentem introducit, dixisse: *Καὶὸς κακῶς ἀπολέσας,* Bene perditur, qui ad correptionem punitur: malè autem qui ad damnationem. Vel malè significat hoc loco: Afflicta, & laboriosa morte, iusta tamen peribit. Et Martyr bene perditur, nempe quia ob gloriam Dei, & fidem testificandam vitam exponit. Vineam vocat, populum fidelem: hic enim habet semen fidei, & verus est filius Abrahæ. Per alios agricolas intellige Apostolos, & eorum successores, qui reddunt fructum vberiorum ob maiorem Dei amorem ostensum, & influxum efficaciorum. Lucas, & Marcus aiunt ipsum Dominum contra ipsos protulisse sententiam, & dixisse, *Veniet, & perdet coltos; & dabit vineam alijs.* Sed illud est multo verisimilius, illos primos protulisse sententiam contra se ipsos, vt eleganter docet Diuus Chrysostomus: deinde Dominum illorum sententiam confirmasse. Et ita Dominus in Isaia sen-

16

1. Cor. 3. & Iob. 5.

Quare Iudæos Christus interrogauerit.

Illud: Malos malè perdet; dupliciter explicatur. 2. Reg. 12.

Aristophanes Bene perditur qui male.

Vinea quæ locanda alijs agricolis.

17

Qui sint illi alij qui misifunt agricolæ pluris prioribus. Luc. 20.

Mar. 12.

Pharisei nec contra semet ipsos tulerint, an vero Christus, condemnationis sententiam.

Chrys. Ho. 69. in Mat. tom. 2.

tentiam ipse tulit. Refert Lucas, eos respondisse, Absit: aut quia hi distincti fuerunt à primis, aut, quod est verisimilius, quia quod verum erat, prædicentes in genere, sentientes in se ipsos tendere, cœperunt retractare. Nam tales sumus, vt quæ libenter in nobis agnoscimus esse peccata, & illa quidam graua, ea vel non agnoscamus, vel certè non tam graua, ob amorem proprium, quo nos ipsos immoderatè diligimus.

Omnium hominum commune vitium.

18 Psal. 117.

Quorundam id: Nūquid legistis in scripturis: lapidem quem reprobauerunt ædificantes, & rel.

Iudæorum, Messiam interfectorum peccata.

Qualis populus, qualis verò ædificantes.

19 Hic de lapide ab ædificantiis reprobato verficulus quibus non ineptè accõmõdetur. Primus sensus.

Dixit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Quia volebant admittere parabolam, quatenus pendendi essent mali, & occidendus esset ab eis Filius Dei dominus vineæ, apertam adducit ex Prophetis Scripturam, quæ Christum à suis reprobandum esse tradit, reprobatum deinde admirabili Dei consilio & prouidentia fore principem, & caput domus Dei. Est autem emphatica interrogatio ista, Nunquam legistis in scripturis, ac si dixisset, Hoc vos magno absurdo accipitis, cum tamen prædictum sit à tanto Propheta. Et innuit, quod hæc crudelis Filij Dei occisio non cum, sed successores hæreditate priuabit: idque decretum à Deo propheticè sub lapidis metaphora fuisse prædictum. Quos prius vocauit agricolas, nunc ædificantes nominat: & qui prius erant vinea, iam edificij nomine exprimuntur, sicut sequenti clausula cum ait, Auferetur à vobis regnum Dei, comparat. populum regni Dei, & ædificantes, siue agricolas, gubernatoribus, & regni rectoribus.

Multa philosophantur hic quidam de isto lapide reiecto primum, deinde in loco honorabili angulari posito: sed quæ profectò certæ, & constantis haud sunt veritatis. Potest commodè hic verficulus Dauidi ipsi in primis aliquo modo quadrare, sed maximè, & eminenter ipsi Messie. De Dauide ergo ita exponi potest, vt quidam vo-

lunt. Perinde mecum factum est, ac cum lapide aliquo ab architectis reiecto, ne locum occupet in edificio, mox tamen resumitur, & in locum honorabilem, & summum edificij reponitur. Ita Saul & consiliarij eius regno me expulerunt, nec vllum mihi in regno locum concesserunt. De Christo verò pulchrè exponi potest: nam eum persequuti sunt ædificantes, & reprobauerunt tanquam non quadrantem edificio, dicebant enim: Circumuenimus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris: negabant in Ecclesia vllum illi locum dandum, & condemnantes tradiderunt Pilato in mortem crucis. Sed inde gloriosior est effectus à morte resurgens, ascendensq; in cœlum, & ibi regnans, & Rex vniuersorum declaratus. Et ædificantes dicuntur iidem, qui & agricolæ: quia nos non tantum Dei vinea sumus, sed etiam Dei ædificatio, & domus. Reprobauerunt autem, non solum non credendo in eum, vnde dicunt, Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed etiam detrahendo: Nos, inquit, scimus quia hic homo peccator est, & in præsentia blasphemando, & Samaritanum, & à diabolo obsessum vocando, & eius miracula Beelzebub tribuendo.

A Domino factum est istud. Non errore artificum, aut fortuitò, vel hominum consilio, sed Domini voluntate, hominibus multis modis repugnantibus, sed frustra. Et est mirabile in oculis nostris. Quod duos scilicet condat populos in vnum. Et Hebraice, & Græcè per genus fœmininum sunt dicta, à Domino: Facta est, & est mirabilis in oculis nostris; sed more Hebræo fœmininum genus positum est pro neutro, vt est illud; Vnam petij à Domino, hanc requiram, pro eo quod est, vnum, & hoc. Et alio loco: In hoc cognoui quoniam voluisti me; vbi in Hebræo est, in hac cognoui.

Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti

Alter sensus

Sap. 2.

Heb. 3. Iudæi ædificantes, Christum lapidè quomodo probauerunt. Ioan. 7. Infra. 9.

Supra. 8. Infra. 10. Matt. 12.

20 Quid: A Domino factum est istud; & est mirabile in oculis nostris. Ephes. 2.

Hebraismus Psal. 26. Psal. 40.

21

ficien-

Dei benignitas in peccatores, præsertim Iudæos.

Quare Christus dixit Pharisæis, ab eis fore regnum Dei auferendū, dā dumq; genti facienti fructus eius.

Qua ratione Christus cū Iudæis suis desertoribus videatur egisse.

22

Quale sit regnum Dei Iudæis auferendum, ablatū ve. Orig. trad. 19. in Mat. tom. 2. Hier. 10. 9. Iudæorū in fortuna. Rom. 11.

facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quem verò ceciderit, conteret eum. Non dixit, Malos malè perdet, quod dixerant illi, quia Deus mitior est in sententia, quàm simus nos ipsi in peccatis aliorum plectendis: quia per quadragintaduos annos expectauit eos ad pœnitentiam, si fortè vellent resipiscere, & credere; dixit tamen, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, vt æmulatione quadam spoliati donis Dei cogantur agnoscere Messiam suum, & fide eum amplecti: quanquam in genere loquendo, à populo Iudaico ad Gentilem translaturum est regnum. Hic est fructus, & conclusio totius parabolæ, qua Dominus post enarrata tot beneficia, quibus impiè Iudæi abusi sunt, digni sunt, qui spolientur regno Dei, vt alijs ministris fidelius tractantibus, & fructum regni proferentibus donetur. Solet enim Dominus, instar amatoris cuiusdam, sponsam sibi fidem non seruauit, & in alterum cor suum inclinantem, quamque pretiosis monilibus, & ornamentis decorauerat, omnibus illam donis spoliare, & in alteram illa omnia, & alia maiora conferre, priori conscia, vt propterea magis erudietur, & dolere vratur. Ita nunc Dominus Iudæos vniuersis Dei gratijs, & beneficijs priuandos cõminatur, atque illa, aliaque maiora, & excellentiora dona in Gentiles conferenda.

Ac vocat hoc loco regnum Dei, siue Messiam ipsum, vt quidam volunt; siue fidem in eum; siue gentem Christum colentem; siue deniq; factam (vt Origenes, & Hieronymus interpretantur) Scripturam. Messiam enim non habent, quem adhuc expectant: fidem non habent, quia semper rebelles fuerunt lumini: Ecclesiæ Dei non sunt ministri, & gubernatores, cum de regno Dei, & Ecclesia Iudæi sint expulsi, & præcisi de oliua quasi rami fracti. Et hoc est proprie regnum hoc loco, id est, status, & gubernatio, qua

Deus suum populum peculiariter regebat. Hinc Theophylactus ait, Ablatum est regnum Dei à Iudæis, hoc est, peculiaritas, qua Dei proprij erant, & datum est his, qui crediderunt. Sic ille. Scriptura etiam sacra iure illis ablata est: quia testamentum non spectat nisi ad hæredem, illi autem abdicati sunt. Sensus verò Scripturæ sacræ re ipsa est ablatum, quia, vt Apostolus ait, Cùm legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Ideò stultum est Rabbinos in intelligentia Scripturarum consulere: Cæcus enim si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

In eo verò quod sequitur: Et dabitur genti facienti fructus eius, expendendum est; Dominum non dixisse, Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur alijs rectoribus; sed genti facienti fructus eius; ad significandum, non tantum auferendum à principibus Iudæorum, ad quod videbatur tendere parabola, sed in vniuersum populo Iudæorum, quod pro maiori parte Iudæi impietati suorum principum consenserint, & obstinato animo Evangelicæ doctrinæ restiterint. Dicitur ergo, regnum alteri genti, id est, Gentili dandum; non quod Iudæis negatum sit esse de regno Dei, sed quod Ecclesia, siue populus Christianus, præcipue sit Gentium; sicut & prius præcipue fuit Iudæorum; ad quod tamen admittentur Gentes, quasi proselyti, & hospites. Proinde ceciderunt Iudæi à Dei promissionibus, neque amplius sunt filij, aut populus Dei, omnibusque priuilegijs, & ornamentis, quibus præcellat cæteris, etiam ipsa Terra promissa, atque aded Templo spoliati sunt.

Quod ait: Dabitur genti facienti fructus eius, Genitiuus illè, & eius, fœminini generis est, & refertur ad regnum, quod Græcè est βασιλεία. Facit ergo fructum regni, qui opera Messie, & fidei eius conuenientia edit. Quod si regnum pro populo eius sumatur; fructus regni faciunt præpositi, & guber-

Theophyl. in Matt. Ad quod testamentum spectet. Heb. 9.

2. Cor. 3. A Rabbiniis Scripturæ sensum qui petit, stultus merito censetur. Matt. 15.

23

Cum Dominus Iudæis regnum Dei auferendum cõminatur, dandūq; genti facienti fructus eius, id quatenus intelligendū sit.

Exo. 12. & sepe alias.

24 Fructum regnum Dei qui faciunt.

natores aliorum : in quos precipue dicitur hic sermo Domini , quando populum eam vitam agere , & tales edere fructus faciunt , vt decet populum Deo sanctificatum . Si vero regnum Dei sit sacra scriptura ; faciunt eius fructum , qui Euangelicam predicacionem credunt , & operibus vita æterna dignis persequuntur. Ioannes Chryostomus docet fuisse malos Prælatos , qui reditus suos , & oblationes attendebant , nihil morati populi bonitatem : & ita facere malos sacerdotes hodie , qui nihil docent boni , satis habentes , si prouentus non minuantur : itaque se ipsos pascunt , non populum : è grege lanam , lac & carnem exigendo , gregi autem nihil dantes . Et cum aliquis propheta docere venit , obstant , & resistunt , dicentes ; Quis tibi docendi dedit auctoritatem ? Nostra est vinea : si nos negligimus , Deus videbit , tui rationem reddituri sumus : tu arrogans es . Et ita eum eiciunt . Sed tandem quia Deus vult fructum suum , suscitatur sanctos , qui scholas , & Religiones exigunt , quibus predicandi , & Sacramenta administrandi propter Deum facultas conceditur : atque in hunc modum fit , vt Episcopi , & alij pastores , atque plebani , quibus terreni reditus relinquantur , nullo modo molesti sint , exigentibus fructus pro Deo . Et ita Deus locat vineam facientibus fructum : non tamen aut occidit , aut priuat primos agricolas , sed , quandoquidem terrenis contenti sunt prouentibus , finit eos illis sui . In Iudæa non ita factum est , quia cessabat sacerdotium , & sacrificium illud Aaronis in apparitione sacerdotij CHRISTI : itaque si Deus permisisset fieri oblationes , & sacrificia , vt antea fiebant , non essent molesti sacerdotio CHRISTI , nec impedirent illud , ac si ex Dei permissione duraret sacrificium Aaron . Nunc non ita faciendum est : nam verè manet sacerdotium CHRISTI , etiam in Prælati malis eius ministris ; ita-

que etiam mali tolerantur Prælati : & nihilominus Deus exigit spirituales fructus à vinea sua , & ferè semper , aut maximè pauperibus ministris vitur , ne videantur & isti venari temporalia , ob quæ alij Prælati diglantur , & vt sic magis appareat Dei gloria , & pauperes minus sibi tribuant .

Cum igitur regni Dei substantia in zelo gloriæ Dei , & siti animarum , & labore predicacionis , & administrationis Sacramentorum , & studio sacrarum literarum , & honesta , sanctaque vitæ conuersatione potissimum consistat , ad quam accedant , sed tanquam aduentitia honor , dignitas , prouentus , seruum multitudo , & similia , quæ ymbræ sunt regni Dei : Prælati qui ad hæc solum aspirant , & negligunt cætera , videtur amisisse regnum Dei . Sacerdotes verò , pauperes , & Religiosi , qui serio sacris literis vacant , & predicacioni incumbunt , & animarum salutem sedulo tractant , profectò illi sunt , agricolæ , qui reddunt fructus vineæ , & quibus datum est regnum à CHRISTO . etiam si titulos Episcoporum , vel Abbatum , & amplos prouentus , & honores non habuant , ad quos minimè spectant .

Et exponens scripturam de lapide reprobo , subdit CHRISTVS : Qui ceciderit super hunc lapidem , confringetur , super quem vero ceciderit , conteret eum . Premittendum ex Aristotele lib. 4. Meteorologicorum frangi dici , que in magnas partes diuiduntur , conteritur vero solida , que ad minimas quasque particulas rediguntur . Alludit ad metaphoram CHRISTI vocati lapidis à Propheta : nam quemadmodum cadens super lapidem , minus læditur , quia in partes maiores frangitur , quam si lapis super eum cadat , quia læditur quantum à lapide lædi potest , & in minutissimas partes conteritur : ita fidelis peccans per incontinentiam , manet quidem in CHRISTO , sed per fidem surgere potest , & reparari , vt vas

Regnū Dei potissimum vnicōsistat.

25

A quibus Dei regnum multice videatur oblatum , & traditum quibus

26

Aliud frangi , esse aliud conteritur , secundū Philosophum .

Psal. 117.

Cadentes super lapidem Christū qui

Ioā. Chryf. Homil. 69. in Matt. Malorū pastorū mores , & sacerdotum. Ezech. 34. & seq.

Ab eis partim oblatū regnū Dei Christus cui detur genti faciens fructus

Alia ratio sacerdotij Iudæorū , alia vero sacerdotij Christi

Christus super quos cadat , & conterat eos. Isa. 30.

Conditio illa qualis , teste Prophe-

Interruptio requisita , quid eidem.

Duplici contritione qua Iudæos Christus contriuit.

Hiere. 17.

Quid etiam illud Isaac : Et non inuenietur defragmentis eius testa , in qua potestur igniculus de incendio , aut hauriatur parū aquæ de fouea . Lapis cadens , quare Christus . Christus iudicis irruoca bilis senten-

testem fractum , qui fidem non habent , & per intemperantiam delinquant , & superbe in Christum insurgunt , Christus cadit super eos , neque habent vllam principium , quo contriti in partes minutas reparari valeant . De qua se videtur Isaac dixisse ; Pro eo quod reprobastis verbum hoc , & sperastis in calumnia , & in tumultu , & timidi estis : propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens , & requisita in muro excelso , quoniam subito , dum non speratur , ventus conterit eum . Et comminuetur sicut conteritur lagna fœculi contritione perualida : & non inuenietur de fragmentis eius testa , in qua portetur igniculus de incendio , aut hauriatur parum aquæ de fouea . Vocat interruptionem requisitam , vt cum quis videt murum minari ruinam , nec videt causam eius , statim inquirere solet cur videlicet ruat . Et illis verbis aptè videtur mihi , quid sit , lapidem cadere super aliquem , & illum conterere , explicuisse Isaac . Et vt lapis conterens nihil patitur , sed illi in quem cadit , maximum adfert detrimentum , & perniciem : ita Iudæi contriti sunt , non solum quod Romanis militibus in direptionem omnium bonorum , & templi & ciuitatis , & interneconem sunt traditi , sed etiam quia in æternum duplici contritione (nempe in corpore , & animo) in præsentis seculo , & in futuro contriti fuerint : tanta contritione , vt non inueniatur de fragmentis testa , in qua portetur igniculus de incendio ; id est , gratia excitans ad non peccandum per omissionem : aut hauriatur parum aquæ de torrente , ne videlicet per commissionem delinquamus . Lapis cadens quasi ex alto demissus , Christus est , vt index de celo veniens adiudicandum viuos & mortuos : cuius sententia appellatione , aut vi , aut precibus cum nequeat euadi , rectè dicitur contritio . Hinc auctor operis imperfecti in Matthæum rectè ait : Si quis de istis peccauerit , non enim Christus corrumpit ; sed ipse se corrumpit , offendens in Christum , & ideo Christianus peccans , non tantum perijt , quantum potest perdere Christum : sed quantum se ipsum secundum opera sua perdidit . Hæc ille . Et hæcenus quidem parabolam , quantum pro tenuitate nostra potuimus , ad literam exposuimus .

Sed ignorandum non est , eandem quoque optime accommodari posse Ecclesiæ Christianæ , quæ Pontificibus , Episcopis atque alijs pastoribus commissa est . Vt enim eadem est comœdia Andriæ , vel Euanuchi , quæ olim à Comico Romæ habitata est , atque ea quæ modo à pueris diuersis temporibus ad exhibendam spectatoribus voluptatem frequenter representatur , nulla alia re omnino (nisi quod diuersi sunt eius actores) differre videtur : ita profectò hæc parabola , quæ locum habuit in sacerdotibus veteris legis , & in scribis , & Phariseis , & ceteris Iudeorum proceribus , velut actio quedam , eadem nunc quoque ab Episcopis , Doctoribus , sacerdotibusque nostris representatur . Vnde timendum nobis est , ne eadem nos quæ illos , aut fortè grauiora supplicia maneant . Si enim Deus naturalibus oliuæ ramis non pepercit , ne nobis quidem , qui oleaster sumus , parcat . Est enim maioribus nostris Ecclesia Catholica commendata , & à tali Egypto per talem liberatorem redempta : & in tali terra , hoc est , orbis totius teatro collocata , non in vno aliquo angulo , vt olim , plantata ; cum tali ac tanta sepe protectione Diuinæ , & torculari legis Christianæ nos suo suauis iugo ad dulcedinem amoris , quod omnem patientiam & mortificationem amplectitur reddendum arctante , & cum turritantæ potestatis spiritualis , tum in corpus Christi verum , tum in totam Ecclesiam catholicam , & singula eius membra in officio continentia : cum turri etiam tot templorum , vbi etiam vnicum Iudæis fuit donatum : & cum tali ac tanto sacrificio , & hostia munda , quæ

ta cur contritio dicta. Auctor ope: imper: se. in Matthæum. Homil. 40. to. 2. operū D. Chrysof.

27 Alter sensus huius parabole de vinea agricolis locata.

Rom. 11. Qui sine vineæ ecclesiæ Catholicæ agricolæ , seps , torcular , turris , & reliqua.

Matt. 11.

per se Deo placet. Et cum illis ænigmata, & figuræ tributæ sint, nobis veritas, & mysteriorum corpus: illis locutus est per Angelos, nobis per Iesum filium suum. Et tamen nos nostro ingrati animi vitio, & flagitijs Iudæos iustificamus, neque fructum vineæ, quem debemus præstamus, sed vineam quasi nostram offeret, & non locata, tractamus. Est autem veri agricolæ vineam locantis officium, non alias vites plantare, aut nouam turrim, & torcular extruere, aut aliam sepem circumdare, aut ex vinea nemus efficere, vt Hæretici faciunt, nouam Ecclesiam fingentes, nouos Scripturæ intellectus adhibentes, noua Sacramenta excogitantes, sed antiquam, & veram vineam excolere, Scripturarum sensus à Patribus traditos retinere, traditiones Ecclesiæ, & præcepta eius inconcussè custodire. Mittit ad nos Deus non iam Prophetas, sed Apostolos, Martyres, Confessores præclaros, illustres Religiosos, qui vineæ creditæ fructus exigant: nos autem aures claudimus. Et ministri à Deo missi vel cæduntur flagris, cum apertis obiurgationibus, & murmurationibus flagellantur: vulnerantur in capite prædicatores, quos sinistram mentem adferre ad munus suum præstandum fingimus: nam ob pompam, vel lucrum, vel alium finitrum finem docere interpretamur, vel dum non credimus in Christum Ecclesiæ totius caput prædicatum, vel dum pastores, qui capita Ecclesiæ sunt, exonoramus, lapidantur corde obstinato; dum verbo resistimus, vel dum pro prædicatione declinanda dura sustinemus. Occiduntur denique, dum ipsi ad peccata nostris artibus & exemplis trahuntur, iuxta illud: *Et erit sicut populus, sic & sacerdos*; cum tamen illis dictum sit in Hieremia: *Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertis ad eos.*

Docemur autem, quanta instantia, & studio verbi Dei ministris exigendi sint fructus ab ipsis vinitoribus, quibus non tantum satis est si fru-

ctus proprios edant, sed etiam vineæ sibi peculiariter creditæ, sine cuius salute ipsi seruari nequeunt. Petit igitur Christus in pauperibus fructum misericordiæ, & eleemosynam: in Eucharistia petit fructum patriæ, & reuerentiæ: in infirmitate, & aduersitate, postulat fructum patientiæ: in superioribus quiequam præcipientibus, aut prædicantibus, exigat fructum obedientiæ: ab eo qui iniuriam intulit, postulat reconciliationem, & satisfactionem; ab eo qui iniuriam sustinuit, remissionem eius, & veniam. In graui persecutione exigit fructum constantiæ: in sacerdotibus pœnitentes corrigentibus, petit prioris vitæ emendationem: in Scripturis sacris petit à quocunq; læctore fructum fidei, & humilitatis, vt nullus sapiat plusquam oportet sapere, sed sapiat ad sobrietatem: in Ecclesia ipsa, & populo subdito, efflagitat ab Episcopis, & rectoribus Ecclesiasticis fructum prædicationis verbi Dei, præsentiam, & assistentiam ad oues sibi creditas, & vitæ sanctioris conuersationem: à laicis verò principibus poscit sibi reddi fructum pacis, ne bellis mutuis atterant populos sibi commissos: fructum præterea iustitiæ, & annonæ abundantiam, & citam audientiam. Itaque à singulis Christus postulat fructus suos in beneficium & salutem proximorum.

Sed profectò multis maioribus vinearum custodibus accidit, quod Plinius Xeuxidi excellentissimo pictori refert accidisse: pinxit enim puerum vuas in canistro ferentem, ad quas cum aduolarent in teatro aues, Melius (inquit ipse Xeuxis ingenue pudore suffusus) pinxit vuas quam puerum. Vuas enim ad viuum expresserat; puerum verò si suis coloribus expressisset, aues nequaquam ad vuas edendas accessissent. Nunc enim etsi multi priuati, & laici fructum bonum ferant, & gratuito Dei munere sanctè viuant, deuorantur tamen plerunq; à demonibus propter emortuam, & elanguidam pastoris curam, quorum est vineam colere,

Fructus quales à nobis exigat Christus.

Rom. 12.

29 Verbi Dei prædicatores sui muneris negligentes, quales interdum fructus referre videantur. Plin. libr. 35. c. 10. initio.

Heb. 10.

Veri agricolæ vineam locantis officium quod sit.

Serui Dei ad nos missi quando cæduntur, lapidantur, ac iniurijs varijs afficiantur.

Ose. 4.

Hierem. 15.

28

Cant. 1. Ecclesiastici 14.

30 Mittat ad nos Dominus alios seruos priores quando Filium vero suum Deus quando ad nos mittat.

Dijs quibus sacrificamus

31 Apprehendatur à nobis Christus, ei ciatur, & occidatur quomodo.

& fructus eius custodire, vt domino vineæ illos exigenti reddant. Sed nunc pastores dicere possunt: *Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiam. Qui enim sibi nequam est, cui alij boni seruis.* Quod enim euenturum Iudæis Dominus prædixit, idè quoq; in multis Gentibus Christianis per Africam, Asiam, & Græciam euenisse iam videmus: timendum est ne nobis idem eueniat, dum Hæreticorum, qui nobis placentia loquuntur, voces audimus, & Ecclesiasticam doctrinam repudiamus, & eripiat à nobis, vt ab illis, regnum Dei.

Mittit Dominus alios seruos plures prioribus, quando Angelorum, qui numero, & charitate plures, & maiores existunt, ministerio nos excitat, vt fructus reddamus. Sed vbi reliqua omnia nihil prodesse videt, mittitur Filius, quæ maxima est, & efficacior inspiratio, & postrema exhortatio, qua Christi merita ponuntur ante oculos, & qua ratione crucem pro nobis sustinuit, & vineam suam sanguine suo redemit. Sed nos ob fictum Christum à nobis honoris nostri, & questus gratia, verum Christum relinquimus, & reprobamus: & turpius à nobis cognitus, & gloriosus eijcitur, quam nõ admittus hospes fuisset. Idè ita cadimus in petram, & cadit super nos petra. Quod si lingua, & ore, quod mentiri solet, contrarium dicamus, & Christum Iesum inclamemus: omnia tamè nostræ consilia, & opera, imò membra, ipsius corporis oppositum clamant. Nam honori nostro, quasi cuidam Ioui, & ventri, quasi Baccho, & genitalibus, quasi Veneri, & mammonæ, quasi Mercurio, nos, nostraq; omnia dicamus, atq; offerimus.

Apprehenditur igitur Christus, quoties resistitur inspirationi: eijcitur, quando diligitur creatura plusquam Creator: & occiditur tandem, quando peccamus. Idè timendum est, ne auferratur à nobis regnum Dei, & detur alteri genti facienti fructus eius: quod quandoq; in hac vita contingere solet, quandoq; verò vsque ad mortem expectat, vbi pœnas dabunt tantè ingrati gratitudinis,

Deinde instruemur iuxta mores, ne vinea animæ nostræ vitibus facultatum fructus malorum operum producat: cuius sepes, custodia Dei est, & Angelorum: torcular, crux nostra est, siue tribulatio: cuius fundum est humilitas, qua bonorum operum fructus seruantur: pars autem superior, quæ premit vuas, patientia est, quæ operum succum exprimit, & opus perfectum habet. Turris, fides est alta, & fortis, videns longè hostes; profundè in terra defixa, in timore scilicet inferni; e-louata per spem ad cælum, atq; ex ea clamat, & hostes fugat: *Quæcumq; inquit orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis.* Huius turris fenestræ, ceteræ virtutes sunt. Hanc vineam locauit nobis Deus, atq; ita vt re locata vti deberemus, tanquam eam domino suo non detritam, aut la-cerâ reddituri. Sed nos omnia ad nos referimus, & ad nos inflexi sumus: hinc est, vt nullum vineæ fructum reddamus, & malè, non benè perdamur, & gratia, & corona spoliemur, & alteri, qui internos fructus, & externos, in Christum retulerit, detur.

Omnes igitur sibi ipsis prospiciat, caueantq;: nam vt hinc Dominus con-queritur magis de vineæ cultoribus, quam de vinea, ita alibi apud Isaiam magis de vinea queritur, quam de cultoribus, vt intelligamus vineam non posse iustam excusationem obtendere per pastores negligentes, quia quiuis est vinitor sui ipsius. Neq; rursus excusantur pastores per vineam diligenter à se cultam, & fructus reddere suo vitio negligentem. Quem finem sortiatur vitis fructum non ferens, ostendit Dominus, qui apud Ioannem dixit: *Si quis in me nõ manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & col-ligent eum, & in ignem mittent, & ardet.* Propheta Ezechiel à Domino au-dit: *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna siluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce, igni datum est in escam, & reliq.* Hæc ibi; vt intelligas igni æterno præparatum Christianum,

32 Moralis intelligentia vinea agricolis locata. Sepe vinea nostræ.

Iaco. 1. Turris.

Marc. 11.

Quod nullum vineæ animæ nostræ Deo fructum reddamus, quid causæ sit.

33

Isa. 5. et Hie rem. 2. Cur Dominus nunc de vineæ quidem cultoribus, nunc verò de vinea queritur.

Ioan. 15. Vitis infructifera extus. Ezech. 15.

qui vineæ fructum non profert.

34 Anima nostra vineæ qualem culturam adhibebimus, vix dignè Deo fructificet.

Caueamus etiam, ne loco vuarum acerbum fructum labruscarum reddamus, sed omni studio, & diligentia colendæ vineæ nostræ in primis, deinde etiam illi proximo tum studeamus, illamq; suo tempore omnibus superfluis putemus: memoria mortis tanquam fossa vites foueamus, illas recodatione ligni Crucis sustentemus, custodiamus à bestiis belluinarum morum, à frigido Borea tepiditatis, ab spinis, & tribulis cupiditatum, à vermi vanæ gloriæ omnem viriditatem, & pulchritudinem deuorantis. Proferamus in primis teneros pampinos bonorum desideriorum, deinde acerbam vnam, id est fructum boni operis, in principio difficilem, & cum difficultate expressum, maturum, ac perfectum, id est cum delectatione, & alacritate productum: conficiamus vinum sancti amoris, quo primum inebriemur nos ipsos, proximum quoq; consolemur, sed ante omnia placeamus Dño nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto felicissimam, atq; beatissimam agit vitam, in omnem perpetuitatem. Amen.

TRACTATUS XXXVII.

In parabolam illam: Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & volebant venire: Et habetur tantum Matth. 22.

I Dei Optim: Maxim. erga hominè singularis prouidentia. Sap. II.

TSI Deus cuncta sua prouidentia moderetur, qui omnia quæ fecit, pro sua bonitate diligit: peculiari

tamen cura hominem gubernat, & regit, cui & conglutinatus est, presertim postquam peccauit, & illum cognouit sanabilem: quare nec eum pro suis meritis deseruit, verum ineffabili suauitatis suæ ratione vtriq; populo, & Iudeorum, & Gætilium, primo quidem misericordiam, deinde verè iustitiam exhibuit: Scopus igitur huius parabola ed tendit; vt cum Propheta dicamus: Misericordiam, & iudicium cantabotibi, Domine. Et quæquam ex his quæ præcedunt, id satis colligi non possit; colligitur tamen ex toto corpore parabola, & ex eius conclusione, quæ habet: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Cæterum ante parabolam præmittitur: Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis. Non satis autem constat quibus Dominus responderit; nisi velis intelligere dictis Phariseorum, quæ tamen nulla leguntur præcessisse, vel cogitationibus eorum: quia cū dixisset: Auferetur à vobis regnū Dei, & dabitur genti facienti fructus eius: cū audissent, & cognouissent Principes Sacerdotum, & Pharisei parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes cum tenere, timuerunt turbas; quoniam sicut Prophetam eum habebant. Vel igitur verbum respondendi largè sumitur pro eo quod est loqui, dicere; vel respondit ad eorum cogitationes, indicans se verum Prophetam, & volens eos ad salutem comprehendere, qui ipsum ad perniciem rapere cogitabant.

Porro autem aptè hæc parabola præcedenti subiungitur: nam illa de tempore Christi loquitur, quia in ea de morte eius fit mentio, in hac autem de tempore Apostolorum ad vocandas Gentes destinatum, postquam ablatum fuit regnum à malignis colonis, Ibi significatum, primates Iudeorum iuste perdendos; hæc verò significatur cum eis etiam populum, & ciuitatem perdendos. Et speciatim vltionis genus significatur, nempe incendium ciuitatis, & exercitus contra eos missus. Addit præterea, Iudeorum proceres eandem patrasse in Apostolos impietatem, quam in Prophetas quos

Quod spectet hæc parabola,

Quod spectet hæc parabola,

Quod spectet hæc parabola,

Quam aptè hæc cū præcedenti parabola cohzreat.

non audierunt, sed contumeliosè cædibus, lapidibus, & gladijs tractarunt. Atq; ita parabola hæc tota prophetica fuit, cum à Domino dicta est, quia quod olim prædictum fuit, iam gestum est. Et hæc de proposito.

4 Luc. 14. Hanc parabolam ab illa Lucæ de cœna magna, multum differre.

In litera verò aduerte, hanc parabolam distinctam esse ab illa de cœna magna à Luca descripta: tum quia illa cœna est, hæc prandium in solennitate nuptiarum: ibi cœna hominis cuiusdam, hic solennitas nuptiarum filij Regis: illa dicta est à Domino propter quendam, qui dixerat: Beatus qui manducabit panem in regno Dei; ista ob causam dictam. Illa præterea in conuiuio cuiusdam Pharisei, & longè ante celebrem diem Palmarum, hæc post celebritatem illam, pridie ante mortem, & in tēplo habita est, In illa nullus occiditur, à conuiuioq; excluditur nullus, superestq; adhuc locus, & ter vocatur inuitati per vnum seruū; in hac verò quidam morte plectitur, & quidam excluditur à conuiuio, & bis plures serui mittuntur ad vocandum inuitatos. Ex quibus liquidum efficitur distinctas esse has parabolas: quanquam, vt prudenter admonuit Gregorius, si quis oppositum sentiret, & assereret esse vnam & eandem parabolam, Melius, inquit, putò, salua fide, alieno intellectui cedere, quam contentioni deseruire. Illa parabola, quia de cœna magna est, commode vitæ, & rebus mundissimum conuiuium representat, hæc verò, quia prandium nuptiarum continet, pulchre Ecclesiã refert militantem, quod in eam congregateur boni, & mali. Et vnus non vestitus veste nuptiali, à conuiuio excluditur, in cœleste autem regno, non introibit aliquod conquinatum, & vbi sentiet quicquam ibi receptus fuerit, nunquam expelletur. Ad iterum est præmittendum, nuptias proprie vocari matrimonij copulationem, deinde etiam honorificum, & festiuum conuiuium ac diem, quæ proprie celebrant, quando coniugum commiscerunt inuicem corpora, ad quæ de more multi ex consanguineis, & amicis conuocari solent, vt constat de nuptijs Lizæ, & Rachelis, & de nu-

Gregor. h. mil. 3. in Euangelia, tom. 7. Molius putat Gregorius, salua fide, alieno intellectu cedere, quam contentioni deseruire. Apot. 21. Gortex parabolæ. Nuptias quædam. Gen. 29.

Tob. 8. Ioann. 2.

prijs Tobie iunioris, & Saræ filie Raquelis, & de nuptijs in Cana Galilææ celebratis. Inuitati autem isti erant ad nuptias, sed non præfixo die; vel si ad conditum diem vocati erant, ne obliuiscerentur, vocantur iterum. Et misit alios honorabiliores seruos; ne forte primi mentiti essent. Tauri, & altilia occisa dicuntur; ad indicandum quod nuptiæ differri non poterant, si cut nec hæc diu seruari. Altilia dicuntur Græcè οὐρίδα, id est, saginata, quod ad solennia conuiuia celebranda moris sit animantia diuersorum generum, tam gresilium, quam volatilium saginari, siue accuratius alii: nam eiusmodi caro solet esse deliciarior, atq; gustui suauior. Exitus viarum, significat cursus callium intra urbem, quæ triuia, vel quatriuia vocantur, vbi citius poterant homines haberi. Et dicuntur congregasse omnes quos inuenerunt, bonos, & malos. Quo loquendi modo in genere significatur quæcunq; conditionum, & graduum distinctio; id est, diuites, & pauperes, nobiles & ignobiles, parui, & magni.

Fingitur Rex intrare in locum conuiuij, vt honoraret illud, & latificaret sua præsentia: nam ob Regiam dignitatem separatim in alio loco edebat. Vestes porrò nuptiales lætitiæ, & honoris exhibendi gratia induebantur: nam etsi omnes vocarent, non compellebant tamen eos ita festinanter venire, quin prius domo acciperet vestes, quia vocabantur ad nuptias: alias iniuste Rex egisset non conuocatum eligendo, & inconueniens esset similitudo.

Quod dicitur: Impletis sunt nuptiæ discumbentibus, & vitati diceretur per Ablatium discumbentibus. Tamen adiectiua nomina plenitudinem significantia nullo discrimine Genitiuum, & Ablatiuum regunt: bursa enim dicitur aurum, vel auro plena: & Postquam implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferina. Hæc pausa de litera sint satis. Tentemus iam præcipuum sensum aperire parabola, & per partes eam exponere.

Simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Quod est Ecclesia militans, quæ regnū

Altilia Græcè οὐρίδα cur ita dicantur.

Exitus viarum quid.

Vestes nuptiales cur adhiberi solita.

Virgi. 1. 1. neid.

8 Regnum cœlorum simile homini Regi, quid.

In nuptijs quas fecit quis Rex, & quis filius Regis. Ioan. 1. Ex nuptiæ quales nam illæ.

Ecclesiastici 24. Proverb. 8

Earundem sponsalia cū quibus contracta. Ose. 2.

Gen. 2. Matth. 19. Diuini cum Humana natura matrimonij conditiones, ex Propheta.

Eiusdem typi, ac figuræ

Gen. 2. Ephes. 5.

Dei est, ab eo possessum, illiq; obediētiā præstans, simile factum est à vobis quidem, quantum ad mala; à me autem, quantum ad bona: simile, inquam, homini Regi, id est, facto hominis cuiusdam Regis, qui nuptias filij sui magna cum pompa, & conuiuio celebrauit. In his autē nuptijs Rex, est Deus Pater, Filius verò, Verbū Patris, quod in plenitudine temporis caro factum est. Atq; ita nuptiæ factæ sunt cū Humanitate: nam de triumphante, vti diximus, hic non est sermo. Fuit porro hoc matrimonium ab æterno in mēte Dei non præuisum solum, sed etiam præordinatum, iuxta illud: *Ab initio, & ante secula creata sum: & iterū, Dñs possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio: & infra: Et deliciae meæ, esse cum filijs hominum.* Vnde etsi nullū fuisset peccatum, vt quidam tradunt, cōtractum fuisset hoc matrimonium. Deinde cū Prophetis, & Patriarchis sponsalia cōtracta, quibus illud aliquādo futurum sæpenuero, pmittebatur. Vnde per Oseam per verba de futuro ait: *Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus: & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus.* Vides ter dici, Spōsabo, ad firmitatem beneficij conferendi indicandam.

Est autem matrimonium hoc sempiternum: quia Quos Deus coniunxit, homo non separet. Est autem legitimū hoc matrimonium; quia in iustitia, & in iudicio: & vt homo habeat, vnde soluat Deo quod debet. Est quoque sine vlla dote sponsæ, & idē in misericordia, & miserationibus: nec enim tantæ Diuinitatis maiestatem cōiungi cū tanta infirmitate Humanitatis vlla iustitia exigebat: quāquam miseria nostra à Diuina misericordia illud posse re videbatur. Fuit tertio hoc matrimonium adumbratum in illo Adæ & Eux, qui dixit: *Hoc nunc or ex ossibus meis, & caro de carne mea, &c. Quam obrem relinquet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ: & erunt duo in carne vna.* Quod verbum interpretans Apostolus ad Ephesios, dixit:

Sacramentum hoc magnum est; ego autē dico in Christo, & in Ecclesia. Deinde delineatum in multis aliorū Sanctorū matrimonijs fuit, vt in illo Abrahæ cū Sara, & Isaac cum Rebecca, & Iacob cum Lia, & Rachele; & Ioseph cum filia Putipharis Sacerdotis, & Moyfi cū Æthiopiſſa, & Booz cum Ruth Moabitide, & Dauidis cum Bersabee, & Abigail; & Salomonis cum tot vxoribus alienigenis, & Principis Assueri cum Esther. Omnia enim hæc aliquid excellens & peculiare habuerunt, in quo mysteriū incarnationis Filij Dei repræsentarunt. Fuit quartò tandem hoc matrimonium contractū, & ratū habitum, quando in pudicissimo Virginis vtero Verbum caro factum est, & anima Christi tanquam spōsa, vidit Verbum tāquā sponsum. Quintò, cōsummatum est in lecto crucis, dicēte Domino, *Consummatum est:* vbi & Spōsus sanguinum ostēsus est, Diuinitate agente, & Humanitate patiente. Vnde & numerosam filiorū habere promeruit prole, factus Pater futuri seculi, vt Isaias prædixit, id est, omnium filiorum spectātium ad Nouum Testamentum, quemadmodum Adā fuit pater filiorū spectantium ad Vetus. De his nuptijs consummatis in Cruce iterū dixit Isaias: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuū.* Sextò, habemus in his nuptijs omnia matrimonij bona, nempe prolem, fidem, & Sacramentum. Proles enim, sunt Ecclesia collecta, de qua: *Filij tui de longē venient, & filie tuæ de latere surgent.* Est in eo Sacramentum vnionis inseparabilis, & fides mutue puritatis, & castitatis.

Septimo, scrutandæ causæ huius conciliati matrimonij. Et prima inter alias occurrit, vt celestis regni hæreditas præuaricatione parentis nostri principis deperdita recuperaretur: Regnum enim amissum & abalienatum melius nō recuperatur, quā in matrimonij legitimum regni hæredem, & alteram distantem. Nam natura humana de genere Dei est, iuxta illud Apost. *Ipsi enim & genus sumus.* Genus ergo cum sumus Dei, &c. sed per peccatum ab eo

Gen. 11. Infra 24. Infra 29. & seq. Infra 46. Num. 12. Ruth 4. 1. Reg. 25. 3. Reg. 11. Esther 2. Rati habitio eiusdem.

Ioan. 1. Consummatio disti matrimonij. Infra 19.

Isa. 9.

Pater futuri seculi cuius fuit Christus.

Infra 53. Bona matrimonij.

Infra 60.

Verbi diuini cum humana natura connubij causæ. Amisi regni, & elongati recuperandi ratio optima.

Act. 17.

distans:

Sap. 10.

II Secunda ratio.

Sap. 14.

Vnio incarnationis quanta.

distans: & quandiu fuit in recta linea consanguinitatis, id est, veritatis, & virtutis, capax erat regni, sicut ille, qui in recta linea regali permanet. Vnde in Sapiētia dicitur: *Iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Sed quia deflexit à recta veritatis via, perdidit regnum, quod per eiusmodi nuptias recuperauit.

Secunda ratio initi matrimonij fuit, vt bellum inter Deum, & homines quod erat, tolleretur. Solent enim regna inimica inter se, per matrimonia inuicem pacificari. Est ergo incarnatio, Deum inter, & homines, qui animo hostili, & odio Deum prosequerantur, reconciliatio. Cū verò odio sint Deo impius, & impietas eius: tales & ipse quoq; vt hostes auersabatur, Et vt conflaretur vera, & constās amicitia, debebat esse amicus alter ego, vel potius ipse idem ego, non alter ego. Itaq; meus amicus est ego, & ego sum meus amicus: debentq; esse voluntate tam conformes; vt vnus ædes inhabitent. Atq; ita Deus cū Humanitate beata viscera Mariæ Virginis inhabitauerunt, vbi primum se inuicem viderunt Deus, & Homo, ibi se se amplexati, & osculati sunt, ibi dederunt dexteras societatis, & mutuo se in signum amicitie dignatæ sunt alioquid, vnam & eandem mensam ad comedendum, & bibendum habuerunt, imò, vt sic dicam, ex vno, & eodem disco vnā, & eandem bucellā simul edebāt, vnum & eundem lectū ad eubandum habebant. Et tam arcto vinculo amicitie coniuncti fuerunt; vt nihil vnus sine altero efficeret, ita vt mota, & defatigata, & crucifixa, & mortua Christi Humanitate, verè dicatur Deus motus, Deus defatigatus, Deus crucifixus, Deus mortuus, propter communicationem idiomatum: quemadmodum quæ Diuinitatis sunt, illi homini vicissim tribuuntur, vt verè dicatur: Hic homo est filius Dei, hic homo fecit cælum, & terram: hic homo virtute sua sustinet mundum, hic beat Angelos, hic edit miracula. O vinculum super omnia vincula arctius & fortius, demonibus formidandum, Angelis venerandum, omnium

hominum linguis celebrandum atq; prædicandum.

Tertia ratio: Contrahitur matrimonium desiderio prolis habendæ, & incontinentiæ vitandæ gratia, & obmutuum iuuamen præstandum sibi inuicem, & ad propagandos fines amicitie: ad hunc modum incarnatio sobolem spiritualem facit, de qua Ioannes loquitur, cū ait: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, & subdit: Et Verbum caro factum est.* Facit etiam declinare obsecenæ voluptatis incendium: nam dedecus est, & ignominia, carnē, quā Filius Dei sua vnione sanctam effecit, polluere, vt merito Hieremias dicat; *Vsquequo delicijs dissolueris, filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terram, Fœmina circumdabit virum.* Id est, ex quo tatum, tamq; inusitatum, & nouum Deus homini contulit, non decet impudicis voluptatibus vacare. Iuuat etiam Deus per Christum hominem in homine seruando, quia corpore pati potuit, ac proinde satisfacere, anima potuit mereri: quorum neutrum per se ipsum præstare valuit Deus, qui omnis passionis & meriti est expers. Ampliavit etiam Deus amicitiam suam per Humanitatem assumptā ad consanguineos sponsæ, illam extendēdo quasi ad affines, & cognatos, vt iā non tantum ex parte animæ simus consanguinei Dei, quia ipsius genus sumus, sed etiam ex parte corporis assumpti affines.

Postremò, non valent quicquam argumenta dæmonum ad matrimonium hoc infirmandum, & eleuandum. Primum, quod sponsa sit pauper, nuda, & discalciata, neq; digna tanto spōso: quia si opus est misericordie, dotare puellam pauperem, multo magis erit maritare, & captiuam spōsam à victore demone redimere: Quia sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; primò quidem ad nuptias cum humana natura ineundas; deinde etiam ad crucem in holocaustum. Secundum, quod sit obscuris ortu natalibus, ac proinde inæqualis illi. Carni enim dicitur: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa.* Amorrhæus, re-

12 Tertia ratio, à sine matrimonio.

Ioan. 1.

Hierem. 31. Quid illud: Viquequo delicijs dissolueris filia vaga? &c.

Act. 17. Quarta ac postrema ratio.

Spiritale Domini cum anima matrimonij quibus argumentis dæmones infirmare conentur, sed frustra.

Ioan. 3. Secundum argum.

Ezech. 16. Quid illud Propheta: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa.

bellis

bellis interpretatur; Chetæa verò, for midolosa. Quia hominum quisq; filius est Adæ rebellantis Deo, & Euzæ formidolosa in paradiso ambulantis. Sed facile hæc inæqualitas tollitur per coniugium, quia virorum dignitates deriuatur in vxores: quemadmodum Esther, & Bersabee, quæ nuptæ, Regina dictæ sunt. Tertium: Sponsa est turpis & deformis, de limoq; tetræ condita, vereq; vt Æthiopissa vxor Moyfi, contra quam oblocuti sunt Aaron & Maria. Respõdemus enim, pulchritudinem & puritatem sponsi esse fatis ad decorandam, & exornandam sponsam: nam & pictor ea est virtute, vt deformem imaginem pulchrâ faciat, non tamen illabi in imaginem potest, & suam cum illa communicare pulchritudinem, & venustatem. Quod tamen Filius Dei effecit: vnde per Ezechielem ait: *Expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam.* Et infra: *Decora facta es vehementer nimis, & profecisti in regnum.* Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuâ, quia perfecta erat in decore meo, quem posueram super te. Et Isaias: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis; & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Quartum: Non valet quod malè audiat, & sit infamis, cum in Scripturis meretrix, & adultera videlicet nuncupetur: vnde Christus ad adulteram, & pollutam loquens vxorem, per Hieremiam ait: *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus: & infra: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Ergo saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis mea tu es. Vt enim alij mariti de virginibus faciunt corruptas, ita hic de corruptis efficit virgines, secundum illud: *Despondi vos vni viro, virginem castâ exhibere Christo.* Quintum, quia cõditio, & seruitus solet infirmare, atq; dedecorare coniugium: hæc autem sponsa, ancilla est, & non sui iuris, ac proinde nequit contrahere. Verum si quis spontè eam

quam nouit seruam, in coniugem accipiat, matrimonium stat: & Imperator, si prudens & volens ducat ancillam, ipso facto eam liberat à seruitute, libertatiq; restituit, & fit Imperatrix. Si enim, vt Christus inquit, *vos Filii liberauerit, verè liberi eritis.* Quemadmodum quicquid ignis tangit, reddit igneum; ita Filius qui libertas est, quicquid tangit, liberum efficit. Sextum, Non valet argumentum sumptum ab immensa distantia cœli à terra, id est, Dei ab homine: quia non minus Angelus, quàm homo infinitè distabat à Deo, tametsi nobilior sit natura. Et Regum, & Principum moris est non inter suos subditos, sed extra suos accipere vxorem. Idèd *nusquam Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit.* Quemadmodum Abrahâ misit seruum suum Eliezer in Mesopotamiam, vt acciperet vxorem filio suo Isaac. Iacob etiam peregrinatus est in eandem regionem, accepturus vxorem Liam, atq; Rachelem. Ita Verbum Patris suis sumptibus ad nos peregrinum venit, vt ex nobis Spõsam acciperet. Et hæc pauca ad ornamentum, ac decus harum nuptiarum. Quàm quàm in his spiritualibus Christi nuptijs Sponsa magis sit intelligèda ipsa Ecclesia, quàm assumpta ab eo Humanitas, vt Ioannes Baptista indicauit: & Paulus ad Ephesios: *Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia: & in sua Apocalypsi Ioannes ostendit.* Iam ad cœptum parabolæ sensum reuertamur. Et *misi seruos suos vocare inuitatos ad nuptias.* Serui missi, sunt Abraham, Moses, & Prophetæ plene Deo subditi, ac sibi ipsis mortificatis, ac proinde sibi tribuentes nihil, nihilq; de se ipsis curantes. Et Moyfes quidem tanta signorum multitudine ad terram Chanaam trahere populum volebat, vt pararet familiam, ex qua tum Sponsa Christi, id est, Humanitas erat proditura, tum eius Mater sanctissima. Inuitati verò, non solum fini legis, id est, Christo spirituali repugnabant, sed etiam Terræ promissæ, quæ instrumentum, & adiumentum perducendi homines ad Christum erant. Inuitabant igitur Abrahâ, Moses,

Matrimonia quæ inferioris conditionis teneant.

Ioan. 8.

Seruum argum.

Reges & Principes de ferè vxores accipiunt. Heb. 2.

Gen. 24. & scq. Infra 29.

Alterâ Christi sponsa.

Ioan. 3. Ephes. 5. Apocal. 21.

13 Serui missi qui vocare inuitatos ad nuptias.

Inuitatorum duplex crimen. Rom. 10.

& alij

Esther 2. 2. Reg. 11. Tertium argum.

Num. 12.

Diuini Verbi, id est, spõsi species ac decor quantus.

Ezech. 16.

Isa. 62. Ornatus humanæ naturæ tanquam sponsæ. Quartum argum.

Hierem. 3.

Præpostera Diuini coniugij conditio.

2. Cor. 11. Quintum argum.

Supra 4.

14 Ad quales nuptias inuitati vocabantur.

Christiani cur sint filij nuptiarum, amici spõsi, inuitati ad nuptias, spõsæ denique, ac reginæ.

Ioan. 3.

Per seruos primo loco missos qui nam accipiendi. Altera sententia probabilior. Hieronym. in Matth. tom. 9.

& alij Prophetæ, qui filios docebant, ac de ineffabili gratia pmissionis Abrahæ iustificato facta in femine Christo, vt hæres esset mundi, instituebant; ob quem etiam pmissiones aliq; vsque ad Christi aduentum seruabatur. Vocabant autem ad nuptias has incarnationis fide amplectendas: in quibus verus honor, solidæq; diuitiæ, atque inenarrabilis suauitas continetur. Nam per hanc sponsam Humanitatis sanctissimæ omnes Verbo vnimur, nõ aliter atq; per ferrum magneti vnitum alij ferrei annuli vnuntur; maximè si ferrum primum esset candens, & magnes ignis. Et vt ferrum tractum à magnete, non existit in seipso, ita nec Humanitas in se ipsa subsistebat, sed in Verbo hypostasin suam habebat, licet in hac similitudine maximè insit dissimilitudo. Nos etiam per Humanitatem Verbo insiti, ferreum esse nostrum amittimus, & idcirco simul cù eo grauitatem, obscuritatem, opacitatem; induimus autem lucem, calorè, & vitam Verbi. Ac ne fortè perturbemur, cognosce nos filios esse nuptiarum, amicos Sponsi appellari, inuitatos ad nuptias, sponsas, & reginas, diuersis rationibus. Filij quidem sumus, quatenus à Christo parente, & Ecclesia matre per Baptismum regniti sumus: amici Sponsi, quatenus de aliorum salute lætamur, vt Ioannes Baptista, qui sibi hunc titulum tribuit: Spõsæ verò dicimur, quatenus illi cõiungimur, & renuntiato demone vnimur Christo: reginæ, quatenus alijs gubernandis, & in Christo educandis præsumus: inuitati postremò, quatenus ad nuptias incarnationis Filij Dei fide complectendas, & operum similitudine imitandas vocamur. Etsi ergo seruos primo missos loco dicant fuisse Prophetas, & secundo missos Apostolos; verum suauis est, vt seruos hos omnes missos ad inuitandum, interpretemur esse Noui Testamenti ministros, quia vocabantur ad nuptias, non futuras, sed paratas iam. Nec obstat quod Hieronymus indicat, quosdam habere in singulari in primo loco, seruum suum, & intelligit Moysen, & deinde alios secundo loco Prophetas missos fuisse:

possumus tamen illam lectionem rectè accommodare primò ad Ioanem Baptistam, qui venit in testimonium, vt omnes crederent per illum: secundo loco missi Apostoli, tertio loco Paulus, & Barnabas, & alij Apostolici viri ex numero 72. Discipulorum. Et si primo loco legamus in pluri misisse suos, intelligemus ipsum Ioanem Baptistam, qui primus de nuptijs Christo apparuit, & se professus est amicum Sponsi, & simul cum Ioanne intellige B. Iosephum, Simeonem, Zachariam, & alios similes, qui simul verbo, & vita sancta, & inspiratione trahebant, & inuitabant ad nuptias.

Et *nolebant venire.* Primùm enim de Ægypto exire, & idololatriæ, & regnis Gentium renuntiare nolebant: ab accepta autem lege vsque ad præscriptum tempus data, vt medio ac ty po quodam, in quo tanquam pueri exercebantur, data, postea noluerunt ab illa diuelli, & lege Mosaica obtendebant iustificari, sed voluerunt instar puerorum, in lege, & vmbri ceremoniarum delectari. Contra quos Propheta: *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum male dictus erit.* Nolebant, inquit, venire, nõ tantum ex impotentia, vel ignorantia, sed etiam ex malitia peccantes. Si primi serui sint Ioannes, Ioseph sponsus Virginis, Simeon & Zacharias cum Elisabetha, & Anna vidua, & inuitantes ad nuptias, Iudæi nolebant venire, quia incredulos, & obstinatos se verbo Euangelico præstiterunt.

Iterum *misi alios seruos, dicens; Dicite inuitatis, Ecce prandium meum parauit, tauri mei, & altitia occisa sũt, & omnia parata, venite ad nuptias.* Hos seruos secundo loco missos interpretatur Hieronymus esse Apostolos, quibus Christus dixit: *In viam Gætium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël.* Isti autem etsi alij serui dicantur, habebant tamè eundem spiritum quem priores, sed copiosiorum, & alium Paraclitum, & statum vitæ perfectioris. Nam priores serui ita magni erant, vt curarent temporalia, &

Ioan. 1.

Infra 3.

15 Cur inuitati ad nuptias (Iudæi videlicet) venire noluerint.

Isa. 65.

16

Qui serui secundo loco missi Hieronymo. Matth. 10.

Priores ferui a polterioribus quam differrent. Heb. 11.

Ad quod pradium paratum ferui inuitatos vocauerunt.

Prandium a quo, & qua ratione paratum sit.

Luc. 13.

Quid regnum caelorum si mile fermento a muliere mixto in farinae fatis tribus.

17

Tauri & altilia quid mystice.

Luc. 10.

Psal. 21.

Altera sententia.

Theophyl.

possessiones, filios generarent, bella gererent, victorias compararent; posteriores vero alio modo magni erant, contemptores videlicet bonorum exteriorum, virtute domandae carnis conspicui, & mundi per fidem victores, & triumphatores. ¶ Dicit (ait) inuitatis inculcanda semper opportunè, impertunè; idè de praesenti ait, Dicit. Per prandium eius paratum intelligimus omnia quae reficiunt, & recreant Christiani mentem, in quo vespente vescitur Deus. Hoc tamen prandium Christus agnus est, quem comprehendit Pater, & qui Patris est vita, deliciae, thesaurus, cibus, possessio, & omnia: sed nos vescimur illo Humanitate condito, id est, eius miris, & dulcibus veritatibus, & virtutibus, quae tum in creaturis, & Scripturis, atque Sacramentis, tum in meditationibus, exercitationibus spiritualibus, & operibus bonis splendent. Parauit autem prandium brachijs suis, manibusve, hoc est, Spiritu sancto, & Filio, qui vt mulier fermentum Verbi conspersum aqua gratiae in cruce misit in farinae fata tria, id est, in tribus facultatibus humanae naturae, donec in iudicio fermentetur totum, etiam inclusa carnis resurrectione possessum a Verbo per gratiam.

Quod si isti sunt Apostoli inuitantes, loquuntur de prandio parato, & omnibus necessarijs praeparatis: quia post resurrectionem Domini iussi sunt praedicare Christum mortuum, crucifixum, & ascendentem in caelum, & omnia mysteria perfecta, quae ad salutem hominum, & eorum refectionem spirituales erant necessaria. Porro tauri, cibus ferè est laborantium, id est, actiuorum: quemadmodum per altilia, omnia quae ad contemplatiuos spectant. Et quiuis ex parte debet esse Martha, & ex parte Maria. Idè Christus etsi vitulus, viator, videtur, & agnus, & vermis, & non auis, quia humilitate, & patientia praeditus erat; tamen per haec euasit taurus cornutus, & ventilans hostes, & auis per vniuersum volans. Interpretantur alij, Patres veteris, & Noui Testamenti: Vetus, & Nouum Testamentum Theophylactus. Subiungit: Et omnia

parata. Omnes enim creaturae, etiam damnationi aeternae addictae, in gaudium cedunt beatorum: quia *Latabitur iustus cum viderit vindictam.* Est enim parata Dei misericordia, atque omnibus exposita, diabolus victus, & mors superata, & occisa, caelum apertum, ira Dei sublata, Sacramenta ad salutem omnes accedentes sanctificantia. Est proposita peccatrix foeminis meretricibus, Paulus persecutoribus, Zachaeus sordidum quaestum exercentibus, Petrus negantibus, latro praedantibus, B. Virgo innocentibus, praeparata opera bona, vt in illis ambulemus; parata mensa Eucharistiae, de qua illud; *Parasti in conspectu meo mensam;* paratus locus, de quo dicitur: *Vado parare vobis locum;* paratum regnum, de quo; *Possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi;* denique parata omnia, neque superest aliud, nisi vt nos ipsos praeparemus ad tanta bona percipienda: quia solae virgines quae paratae erant, intrauerunt cum Sponso ad nuptias.

Vnde subdit: *Venite ad nuptias.* Nò obstante priori recusatione, venite inquam fide, & operibus: hi enim sunt equi currum Charitatis trahentes, sicut Poenitentia, & Eucharistia currum Ecclesiae. ¶ Illi autem neglexerunt. Quod verbum significat incuriam, & contemptum, atque haec est vis verbi Graeci ἀμελῶντες, id est, eis curae non fuit, nec tanti fecerunt nuptias, vt venire vellet; contenti siliquis porcorum scilicet, spiritualiaque, vt Christum, & sua, suosque contemnent. Vae ergo tale, ac tantum praedium contemnentem, quod Deus parauit, & Angeli edunt, & esuriunt, & ita magnificiunt: & magis debet trahere nos prandium paratum iam, quam illos olim futurum. ¶ Et abierunt; alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam; reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelios affectos occiderunt. Què admodum in superiori parabola de cena magna tractauimus, per eos qui se excusauerunt: *Villam emi iuga bouum emi quinque; uxorem duxi, intelleximus non eos qui auaritia, aut mercaturae, aut obscenis carnis volu-*

Psal. 57. Omnia parata, quae nam illa.

Osee 13. et 1. Cor. 15. Luc. 7.

1. Cor. 15. et 1. Tim. 1.

Luc. 19. Matth. 26.

Luc. 23. Supra 1.

Ephes. 2. Psal. 12.

Ioan. 14. Matth. 25.

Ibidem.

18

Qui sint equi trahentes currum Charitatis, & currum Ecclesiae.

Inuitati ad nuptias cur neglexerunt venire.

Ad cenam olim inuitati qui se excusauerunt dicentes, Villam emi, &c. Luc. 14.

Euntes in villam qui ad praedium inuitati.

Qui vero ad negotiationem suam.

Qui serui Regis contumelios affecti a ciuibus ad prandium inuitatis.

Matth. 14. Act. 12.

Ibidem. Supra 4.

1. Cor. 15. et 1. Tim. 1.

Act. 5.

2. Cor. 11.

Deuter. 25. Et qui nam illi contumeliosi in seruos Regis.

19

Hieronym. in Matth. tom. 9.

Heb. 4.

Rex quos misit exercitus suos, ad perdendum homicidas illos. Isa. 10.

Isa. 7.

ptatibus vacarent, sed eos tantum, qui ex licitis artibus, & honestis exercitijs per immodicum affectum ad bona externa, siue ad uxorem sibi ipsis viam caeli pracludunt: ita hoc loco per eos qui vacat villae, siue, vt Graece dicitur, proprio agro, vel negotiationi, non vltiam rem vitiosam intelligimus, sed eos, qui mundi bona, etiam licita, aeternis, & spiritualibus praefereunt. Et per euntes in villam, significat vacantes lucro labore manuum suarum, quod sectabantur minores Iudaeorum; per negotiationem vero, diuitias, siue lucrum ex ingenio, siue industria collectum, quod maiores Iudaeorum amplectebantur; quemadmodum hodie aduocati, iudices, medici, gubernatores. Et vtrique ex infirmitate, vel ignorantia deliquerunt. Reliqui autem, qui tenuerunt seruos, recludendo eos in carcerem, vt Ioannem Baptistam, Petrum, Iacobum, & Apostolos omnes, & qui contumelios seruos Dei affecerunt, inter quos se computat Paulus, qui prius fuit blasphemus, & contumeliosus: *Et ibant gaudentes Apostoli a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati:* & Paulus gloriatur: *A Iudaeis, inquit, quinquies quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum: multi etiam eius serui contumeliosis mortis generibus affecti sunt.* Reliqui inquam sic tractantes seruos inuitantes ad nuptias, intelliguntur faeces Iudaeorum ex malitia peccantes.

Rex autem cum audisset, iratus est: & misit exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succedit. Annotat Hieronymus, Regem solum dici cum punit; cum vero vocat ad nuptias, assimilatur homini Regi. Et more humano dicitur audisse; cum tamen eius oculis omnia sint nuda, & aperta. Porro exercitus a se missos vocat, Romanorum exercitum, & robur, quo excisi sunt Iudaei: eis enim usus est, vt baculo, quemadmodum olim Semnacherib: *Vae, inquit, Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea:* & Nabuchodonosor apud Isaiam, a quibus a comparatur, & musca exercitus Aegyptiorum,

& Assyriorum. Est ergo Dominus princeps potentissimus: nam praeter exercitum Angelorum, habet etiam Turcarum, Lutheranorum, locustarum, elementorum, & muscarum copias, quibus vt olim flagellauit Aegyptum, ita modo cum vult, sumit de nobis poenas, etiam nos oculos ad superiora non attolentes, ad causas naturales, & non ad Deum supplicia referamus. Perdidit ergo homicidas in negotiantibus, & villam sequentibus designatos, & ciuitatem Hierusalem, quae eorum erat idolum, & prandium. Non tamen intelligas ita de Iudaeis vltionem sumpsisse, vt reliquias eorum, siue plebem suam, quam praesciuit, repulerit.

Tunc ait seruis suis, Nuptiae quidem paratae sunt; sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias. Tunc, inquit, non post perditos homicidas, & ciuitatem igni succensam, sed audiuit ex seruis inuitatos recusasse ad nuptias venire. Seruos hic vocat residuos Apostolos, qui afflicti a Iudaeis sparsi sunt inter Gentes. Vnde Paulus dixit: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeternae vitae; ecce conuertimur ad Gentes.* Vnde quod ait; *Sed qui inuitati erant, non fuerunt digni,* idem est ac si diceret cum Apostolo, sed quoniam indignos vos iudicastis aeternae vitae. Nemo enim alius est non dignus cena, nisi qui seipsum indignum sua culpa constituit: minus enim est dignum non esse, quia etiam Gentes digni non fuerunt: sed Iudaei etiam indignos se constituerunt, qui interessent. Neque significatur hac parabola mors Christi, vt supra: quia non esset Sponsus. Et cum dixit: *Tauri mei, & altilia mea occisa sunt,* Prophetas occisos haud comprehendit, quia non ob praedicationem Christi, sed ob populi reprehensionem occisi sunt: neque quadrabat quod occisores seruorum suorum inuitasset, nec quod occiderent filium tanti Regis. Et alios missi sunt Gentibus praedicare, qui proprie non erant inuitatis, quia nullas acceperant de Messia, & caelestibus bonis promissiones, quae

Dominus Deus qualis sit Princeps.

Exbd. 7. & seqq. vsque ad 15.

Occulta nos Dei puniendi ratio.

Deus quatenus perdidit homicidas illos.

20

Serui qui rursus missi fuerunt a Rege ad exitus viarum, vt inuitarent ad prandium. Act. 13.

Quare inuitati ad nuptias, non fuerunt digni.

Matth. ult.

Aff. 13. admodum Iudæi: post hæc verò iussi sunt relinquere Iudæos.

21 Per exitus viarum, concursus, & varias vias, siue intra urbem, siue extra significant, quantum ad similitudinem; quantum ad sensum verò significat cuiuscunq; sectæ, & terræ gentem. Vel exitus viarum sunt termini viarum, in quibus abiecti commorantur; vt significetur prædicatores missos ad vocandum etiam abiectissimas, & remotissimas gentes, eos etiam, qui in extremis mundi partibus habitabant, iuxta illud Prophetæ, *Vt sis salus mea vsque ad extremum terræ: & Dominus ipse: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad ultimum terræ.* ¶ Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenērunt, malos, & bonos. Quod ait, *Congregauerunt*; intellige, volentes credere, & acceptare Messiam. Bonos verò, intelligit eos, qui natura ad bonum inclinantur: vel, vt exponit Theophylactus, qui minus naturâ mali sunt, & probatæ sunt vitæ inter Ethnicos, cuius in vnoquoque sunt semina, si illa coleret. Cum enim nulli, antequam vocentur, boni coram Deo reperiantur, nec qui mali volunt perseverare, congregandi sint ad nuptias: idcirco Hieronymus intelligit simul vocatos bonos, & malos: quia inter ipsos Gentiles infinita est diuersitas, & secundum humanam conuersationem quidam boni, quidam mali dicuntur. Vel bonos intelligit quantum ad mores, vnde Christus dixit: *Alias oves habeo, que non sunt ex hoc ovili.* Quia, teste Gregorio, in Ecclesia Dei boni, & mali congregari dicuntur, quia in Ecclesia boni cum malis sunt permixti, sicut nõ indutus vestem nuptialem cum indutis. Et vtròq; modo exponit B. Augustinus libro De fide, & operibus: De quorum numero erat Cornelius Centurio, religiosus, ac timens Deum, cum omni domo sua. Mali verò sunt, qui natura propensi sunt ad malum, vel prauis moribus sunt infecti: nam manifesti, & magni peccatores ex Gentibus ad Christum conuerfi

sunt: sed non vt in delictis suis permanerent, verum vt remissionem illorũ acciperent, & virtutum officijs sibi vestem nuptialem compararent, vt dignè possent interesse conuiuio Ecclesiæ militantis.

22 *Intrauit autem Rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitũ veste nuptiali.* Et ait illi, *Amice quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.* Dicitur Deus ingressus in conuiuium, vt videret, nempe per effectum puniendi: quemadmodum Sodomam per Angelos, cum dixit; *Descendam, & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint; an nõ est ita, vt sciam.* Circa similitudinem verò, dicitur venisse ad videndum; quia fingitur ob regiam dignitatem seorsum ab alijs edere, vt nunc etiam Deum nõ videmus. Et quoniam in textu dicuntur serui congregasse bonos, & malos, vt in conclusione parabolæ dicitur; *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.* Propter eam per hunc vnum carere vestem nuptiali, intelligimus omnes eos, qui fidem, & fidei Sacramentum habent (sine quo non essent ingressi in conuiuium Ecclesiæ) sed charitate, & bonis operibus destituuntur. Origenes in Leuiticum, per vnum non habentem vestem, intelligit omnes, qui vnus sunt generis, qui seruant malitiam post fidem, quam habuerat ante fidem, & non deponunt eam. Et Augustinus in libro aduersus Donatistas post collationem docet, *In hoc vno homine non vestito veste nuptiali, grande quoddam corpus figurari omnium malorum ante Domini iudicium conuiuio Dominico permissorum, a quibus se boni corde interim moribus separant, simul manducantes, & bibentes corpus, & sanguinem Domini: sed cum magna distinctione, quia isti in honore Sponsi induti sunt veste nuptiali, non sua querentes, sed quæ Iesu Christi; illi autem non habent vestem nuptialem, hoc est, si delissimam Sponsi charitatem, sua querentes, non quæ Iesu Christi.* Hæc ille. Vnus tantum eiectus fertur è conuiuio; vt ostendat Dominus, ne vnũ quidem in tanta turba esse latere posse,

22
Rex quare in conuiuio ingressus, vt videret.

Gen. 18.

Allegoria.

De homine vestem nuptialem non habente, triplex opinio.

Origen. homil. 3. in Leuit. tom. 1.

August. lib. contra. Donatist. cap. 20. tom. 7.

Philipp. 2.

E conuiuio cur vnus tantum eiectus?

Apoc. 2 1. nec tutũ esse, eo quod vnus sit: *Quia non introibit in caeleste conuiuium aliquod coinquinatum, aut abominatione faciens, & mendacium.*

23 Vestis nuptialis quæ nam esset: eius vsus.

23 Vestis autem nuptialis splendida erat, & festiua, & quæ honorandarum nuptiarum gratia assumebatur: quemadmodum hodie vestem pullã induimus, quam, dum eos, qui morte cõsan guineorum grauius affliguntur, consolandi gratia, & nostrum dolorem testandi visitamus, moris est assumere. Dubium esse nõ debet, apud Iudæos formam quandam exitisse vestis nuptialis, etsi ex scriptoribus non cõstet qualis illa fuerit. Illud statuendũ certè, vestem fuisse pretiosam, & iocundã, & ad exhilarandos oculos spectantiũ accommodam: quemadmodum etiã vestis erat primogenitorum, quã Esau vendidit Iacob. Et inter Gentiles in nuptijs vestibus pretiosis supra gradum, & conditionem suam induebatur: vnde & ab ipsis Ethnicis scriptoribus reprehendebantur, quorum vnus dixit: *Hic ultra vires habitus, nitor hic aliquid plus, Quam satis est, interdum aliena sumitur arca.* *Ne quicquam ornata est bene, si morata est malè.*

Gen. 25. & Heb. 12. Significat autem hæc vestis nuptialis, charitatem, qua Christus Sponsus ad nuptias celebrandas de cœlo venit indutus: quæ digitis sapientiæ, id est, per Spiritum sanctum contexta est, & tincta sanguine Christi, & lana muti agni coram se tondentibus confecta, qui corpus suum, & cor rumpi potius voluit, quàm vt hæc tunica inconsutis rumpèretur. Honorabilis vestis est, reginam faciens animam, & Deo desponsans, atq; ea vestitam à sanctissima Trinitate cohabitari faciès. Incorruptibilis est, quia *Charitas nunquam excidit, neq; senescit.* Carissimè empta fuit, nempe visceribus & meritis Christi vermibus: ac propterea gratis data omni volenti exuere veteris Adæ perizomata; id est, dolenti de peccato, & excusationes, quas olim obtendit, accusanti. Munit hæc vestis contra frigus Aquilonis, id est, demonis, seu

contra frigus peccatorum, quod vitam tollit, & torpentem ad omnia bona opera reddit. Defendit à calore, & æstu ærumnarum huius vitæ: operit verenda fomitis, & cupiditatis, ne illi consentiamus: facitque vt fomitem habere, ad culpam non imputetur, cum olim sub veste originalis iustitiæ omnis fomes abesset. Duplicata est hæc vestis ob geminam dilectionem, de qua: *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus: domiq; & foris valet.* Leuis est, & omnia leuia propter dilectum faciens: fortis in omnia tela tentationum, & idolorum, de qua: *Aque multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Deniq; Deo, Angelis, & hominibus pulchram reddit animam, ita vt ab omnibus adametur: quod nihil aliud præter illã præstare potest.

24 Et ait per ironiam & derisionem, *Amice, per fidem & Sacramentum, & qui ad veram peruenire poteras: charitatem. Quomodo huc intraisti? Hoc est: qua auidacia, qua fronte. Non habens vestem nuptialem? Etsi enim in ingressu per baptismum illam vestem habuerit, aut saltem habere potuerit, & de qua dicitur: *Accipe vestem candidam, & immaculatam, quam perferas,* &c. postea tamen suo vitio illam amisit, vel in ingressu obicem, quo minus eam haberet, posuit. Nec enim hic de sicè intrantibus tantum in Ecclesiam, simulateq; accedentibus ad Baptismum loquitur: quia ne soli illi, nec omnes tales, si poenitentiam egerint, damnantur. De hac veste nuptiali sciendum est illam, à solo Deo donari, quemadmodum pater filium iuniorum redeuntem stolã primã indui iussit, & de qua propheta Ezechiel prædixerat: *Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena. Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum tempus amantium: & expandi amicum tuum super te, & operui ignominiam tuam.* Hæc ille, alludens ad vestem, quæ à Deo donatur, nuptialem. Quomodo ergo huc intraisti, aut quomodo in hoc loco permãnes cum me-*

Quare duplicata; quam fortis.

Prouerb. 31

Cant. 8.

Qualem reddat habentẽ coram Deo, & Angelis eius.

24
Quo sensu dicitur: Amice, quomodo huc intraisti non habens vestem nuptialem?

Quis det vnus vestem nuptialem.

Luc. 15.

Ezech. 16.

Ad conuiuũ sine veste nuptiali accedentis impudencia.

sive sordida, nec inuitantis, nec tui ipsius, neque aliorum conuiuorum rationem habens, ita ut venisse videaris ad sordidandas, & risui, & vocibus hominum exponendas nuptias? Qui enim nec erga Deum, nec erga seipsum, nec erga proximum bene affectus est per affectum charitatis, indignus est qui ad nuptias admittatur. Et omnes propria arrogancia damnantur: volumus enim finem gloriosum; sed vias, & rationes quae ducunt ad illum, non amplectimur. Omnis, inquit, Apostolus, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

Quod vero haeretici per vestem nuptialem alia intelligunt, magno opere decipiuntur. Et Lutherus quidem per vestem nuptialem intelligit Christum, quem per fidem induimus: quod comprobatur ex illo Apostoli verbo, Induimini Dominum nostrum Iesum Christum. Cum tamen ibi Paulus per induere Christum, non intelligat, credere in Christum: nam illi, ad quos scribebat, iam fidem receperant: sed induere Christum, ibi significat, induere nouum hominem, hoc est, mores Christo dignos. Praecedat enim, Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis: sicut in die, honeste ambulemus, &c.

Melanchthon vero, per vestem nuptialem, intelligit fidem, quae sola (inquit) est interna, & absoluta iustitia. Et Erasmus Sarcerius: Vestis, inquit, nuptialis est ipsa fides efficax: neque potest de operibus intelligi simpliciter. Haec ille, quae falso, & calumniose dicuntur, & contra doctrinam sanctorum Patrum. Vnde Gregorius Magnus scribit: Quid, fratres charissimi, exprimi per nuptialem vestem putamus? Si enim vestem nuptialem, baptismum, vel fidem dicimus, quis sine baptismo, & fide has nuptias intravit? Eo enim ipso, foris est, quo necdum credidit. Et infra: Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem. Ambrosius in Lucam, intelligit fidem per charitatem operantem. Chrysostomus in Ioanne, Nolimus igitur, nolimus, inquit, dilectissimi, fidem nobis ad salutem satis esse existimare. Nam nisi vitam puram exhibuerimus, & haec caelesti vocatione digni nos induerimus vestimenta, &c. Idem explanans hunc locum, sic habet: Ne fideles sola se fide saluari posse confidat, de poena malorum differit. Ita infideles ad fidem, fideles vero ad recte viuendum cohortatur. Indumentum enim viuentis, actio est. Et infra: Sordidae vestes significant, impurae vitae maculas hinc abeunte contrahere. Haec tenet contra Erasmus Sarcerium, qui negat haec posse intelligi de operibus bonis. Expende Augustinum, qui libro contra Faustum, per vestem nuptialem morum honestate intelligit; qua visa in hominibus, glorificatur Deus. Hieronymus vero hoc loco, ad morum integritatem illam refert. At Hilarius, tum in hunc locum, tum in Psalmum 64. de ornatu honestatis virtutum spiritualium exponit. Tertullianus libro De resurrectione carnis, de vitae factimonia interpretatur. Origenes in Leuiticum exponit per indumentum nuptiarum, texturam virtutum. Et Irenaeus libro Aduersus haereses Valentini, & similibus, iustitiae opera ait esse indumentum nuptiarum. Ex his omnibus Patribus possumus elicere, quantum extra chorum saltet haeretici in huius loci expositione. Nam vestis extra tegit nuditatem, ac proinde etiam honorat, & charitatem in opera externa, & honesta prodeunt pulchre significat. Audi etiam Ioannem in Apocalypsi: Gaudeamus, inquit, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiae Agni, & uxor eius praeparauit se: Et datum est illi ut cooperiat se bysino splendenti, & candido. Bysinum enim, iustificationes sunt sanctorum, id est, opera iusta, & honesta, quae perficiunt sancti. Et idem est dicitur ob defectum operum misericordiae apud Matthaeum, vel ob defectum olei in lampidibus virginum apud eundem, atque ob defectum nuptialis vestis: vbi enim parabola alteram exponit. Ita in alia parabola seruus, non remittens fratris iniuriam, mittitur in tenebras exteriores, quemadmodum iste qui vestem non habet, & vocatus est ad nuptias.

mus igitur, nolimus, inquit, dilectissimi, fidem nobis ad salutem satis esse existimare. Nam nisi vitam puram exhibuerimus, & haec caelesti vocatione digni nos induerimus vestimenta, &c. Idem explanans hunc locum, sic habet: Ne fideles sola se fide saluari posse confidat, de poena malorum differit. Ita infideles ad fidem, fideles vero ad recte viuendum cohortatur. Indumentum enim viuentis, actio est. Et infra: Sordidae vestes significant, impurae vitae maculas hinc abeunte contrahere. Haec tenet contra Erasmus Sarcerium, qui negat haec posse intelligi de operibus bonis. Expende Augustinum, qui libro contra Faustum, per vestem nuptialem morum honestate intelligit; qua visa in hominibus, glorificatur Deus. Hieronymus vero hoc loco, ad morum integritatem illam refert. At Hilarius, tum in hunc locum, tum in Psalmum 64. de ornatu honestatis virtutum spiritualium exponit. Tertullianus libro De resurrectione carnis, de vitae factimonia interpretatur. Origenes in Leuiticum exponit per indumentum nuptiarum, texturam virtutum. Et Irenaeus libro Aduersus haereses Valentini, & similibus, iustitiae opera ait esse indumentum nuptiarum. Ex his omnibus Patribus possumus elicere, quantum extra chorum saltet haeretici in huius loci expositione. Nam vestis extra tegit nuditatem, ac proinde etiam honorat, & charitatem in opera externa, & honesta prodeunt pulchre significat. Audi etiam Ioannem in Apocalypsi: Gaudeamus, inquit, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiae Agni, & uxor eius praeparauit se: Et datum est illi ut cooperiat se bysino splendenti, & candido. Bysinum enim, iustificationes sunt sanctorum, id est, opera iusta, & honesta, quae perficiunt sancti. Et idem est dicitur ob defectum operum misericordiae apud Matthaeum, vel ob defectum olei in lampidibus virginum apud eundem, atque ob defectum nuptialis vestis: vbi enim parabola alteram exponit. Ita in alia parabola seruus, non remittens fratris iniuriam, mittitur in tenebras exteriores, quemadmodum iste qui vestem non habet, & vocatus est ad nuptias.

Chrysostomus homil. 9. in Ioan. prope finem, tom. 3. Idem homil. 70. in Matthaeum tom. 2. Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 14. tom. 6. Hieronymus in Matthaeum tom. 9. Hilarius Canon. 22. in Matthaeum. Tertullianus Origenes homil. 9. in Leuiticum tom. 1. Irenaeus lib. 4. cap. 70. 26 Vestis officia. Apocalypsi 19. Iustificatio- nes sanctorum quae sunt. Matthaei 25. Ibidem. Supra 18.

Dominico conuiuio qui censentur indigni.

1. Cor. 9.

24

Haereticorum nostri seculi de veste nuptiali multiplex refellitur intellige- tia. Primus sensus, Lutheri videlicet.

Rom. 13. Gal. 3. Induere Christum, iuxta Apostolum quid sit.

25

Alter sensus, Melanchthonis, & Erasmi Sarcerij.

Gregorius homil. 38. in Euangel.

Ambrosius in Lucam lib. 4. tom. 5.

27 Non habes vestem nuptialem, quare obmutuit teste Gregorio. Hieron. 29.

Iob. 9.

Matt. 8.

Infra. 13.

Infra. 25.

Luc. 13.

Ministri Dei qui.

Matt. 13.

Cur ligatis manibus, & pedibus mitti iubet in tenebras exteriores non habetis vestem nuptialem. Theophyl. Ioan. 9.

28

Mitti in tenebras exteriores quid sit.

Quid fletus & stridor dentium significet.

Subditur in parabola: At ille obmutuit. Nimirum ipsa conscientia illum condemnante: Quia, ut ait Gregorius, (quod dici sine gemitu non potest) in illa distractione, & timore increpationis omne argumentum cessat excusationis: quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiae intus animum accusat. Ego, inquit, sum iudex & testis: & in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, & si voluerit (homo) contendere cum Deo, non poterit ei respondere unum pro mille. Sic dixit rex ministris, Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Rex post impletas nuptias discumbentium, in seculi scilicet consummatione, praecipit ministris, Angelis videlicet, qui Diuinae iustitiae sunt executores, & Graece vocantur diaconi, de quibus alio loco: Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum: & mittent eos in caelum ignis. Postquam ergo quilibet fuerit conuictus de merito damnationis, iubetur ligari manibus, & pedibus. Quae vel motem exprimit magistratu facinorosos in vincula conuictorum, vel secundum Theophylactum significare voluit, quod post hanc vitam non sit amplius futura potestas operandi aliquid, quo vel bonum, vel malum promereamur: quia scriptum est: Venit nox, quando nemo potest operari: vel non valeat se a poenis manibus defendere, vel pedibus effugere, quas necessario cogitur considerare; & pati, affectu etiam necessario vult operari mala: ideo etiam pedibus ligatus est.

Mittitur pariter in tenebras exteriores, siue in carcerem subterraneum, qui extra domum situs est. Et significat lacum inferni remotissimum a lumine Diuinae gloriae, qui locus tenebras habet externas, internis in mente tenebris, in quibus in vita versatus est, respondentes. Et ibi est fletus, & stridor dentium: id est, poena sensibilis animi, vehementer excrucians, & exteriorum corpus affligens. Et concludit: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Quia ex Iudaeis, ad literam, multi inuitati, & vocati sunt ad nuptias;

pauci vero ex eis electi sunt: quemadmodum etiam non omnes Gentiles vocati salutis facti sunt. Quae sententia Pauli verbis, & Isaiae conformis existit: Si fuerit, inquit, numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Sed multi per eum, qui non habebat vestem nuptialem, designati, exclusi a regno intelliguntur. Et si ergo haec conclusio non videatur congruere parabola, cum ex conuiuio vnus tantum dicatur expulsus, hic vero multi dicantur electi: respondendum est, per unum electum significari, non omnes qui vocantur, saluos fieri. Deinde cum illo de conuiuio electo coniungendi sunt omnes qui primum vocati ad nuptias, indignos se tamen illis reddiderunt: ex quibus infertur ad litteram, multos esse vocatos ad consortium regni caelestis, & inter hos multos paucos esse in comparatione vocatorum electos a Deo: cum inter eos qui datum non veniant, & ex his qui veniant, quidam ob indignitatem suam reijciuntur. Haec videtur literalis horum verborum expositio, ita ut nulla sit de electione, vel praedestinatione Dei hoc loco mentio. Vnde Theophylactus in haec verba ait: Pauci enim qui saluatur, & qui digni ut eligantur a Deo; ita ut Dei quidem sit vocare, electos autem fieri, vel non, nostrum est. Et Ambrosius lib. 2. de vocatione Gentium: Frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur ut electi sint. Virtutum quippe muneribus otiosa esse non possunt, quoniam si cut veritas ait: Omni habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet, auferetur ab eo. Haec Ambrosius. Cuius sententiae consonat Petrus, dum ait: Quae propter fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Vbi vides per opera iuari electionem nostram: sicut in parabola sagena piscatores eligunt bonos in vasa, quemadmodum & Angeli congregabunt electos a quatuor plagis. Vnde isti videntur post opera, & propter opera ad gloriam possidendam electi.

Vel Dominus hoc loco tacitae cuiusdam obiectioni respondet. Nam dicere

De quibus adhaerere dicitur: Multi sunt vocati, pauci vero electi. Rom. 9. 14. 10.

Si multi sunt vocati, pauci vero electi, cur vnus est conuiuio tantum esicitur. Secunda solutio.

Theophyl.

Ambr. lib. 2. de vocat. Gentium. c. ult. sub finem. to. 2.

Matt. 25.

2. Pet. 1. 10. 11.

Matt. 13.

Infra. 24.

29

Tertia solutio quaestio- nis propo- sitae. Matt. 21.

Apoc. 3.

30 Ad nuptiale charitatis ve stem compa randam ad hortatio.

I. Cor. 11.

Coloss. 3. Viscera mi- feri cordia que nobis in duenda, secū dum a postu lum.

poterant Iudæi: Si nos reprobamur, qui erunt illi, quibus vineam loces, qui lapidem angularem exornent, per quos cōuiuium tuum adornes, & qui nuptias impleant? Num potes è mundo feligere nobis meliores, & tot erunt, vt implere valeant locum, quoniam nos priuamur? Nam pauci etiam inter nos boni extiterunt, nedū inter Gentes, quæ Deum non nouerunt. Responde his igitur Christus videtur, electos quidē paucos esse, eo quod præclari pauci sint; sed non ex his tantū implendas nuptias: multi enim sunt vocati cum electis illis paucis, qui per vocationem boni fiunt, & qui commodē locū nuptiarum implent. Quisq; ergo teneat quod habet, vt nemo accipiat coronam eius.

Tāto ergo exemplo admoniti enitatur, vt, postquam iam vocati sumus ad nuptias, & patet nobis aditus ad cōuiuium Sacrosanctæ Eucharistiæ, vt vestem nuptiale nobis comparemus, ne in veste fordida accedentes, iudicium nobis māducemus, & bibamus: meritoq; tradamur ministris puniendi, & in tenebras exteriores detrudendi, qui hīc nolimus oculos aperire ad videndam impuritatem cordis nostri, & illam emundandam: ligabimur manibus, & pedibus, qui hīc ad malū soluti, & liberi fuimus: recipiemus fletum in præmium solutionis risus, propter quē seruos Dei excitauimus ad fletum: sequetur nos stridor dentium, qui fratri detrahendo, & dentibus famam eius lacerando delectati sumus. Proinde tempestiuē nobis de hac veste prospiciamus, de qua ait Apostolus: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes inuicē, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Cui cum Patre, & Spiritu sancto est sempiternus honor, laus, & gloria in seculum seculi.*

Amen.

TRACTATVS XXXVIII

In parabolam illam: Tunc simile erit regnum cœlorum de cœ virginibus: quæ accipiētes lampades suas, exierunt obuiam Sponso, & Sponsæ: & habetur solū in Mattheo. Cap. 25.

Presentis parabolæ finis ignotus non est: quia ex epiparabola, quæ habet, Vigilate itaq; quia nescitis diem neque horam, colligitur, eō tendere, vt nos reddat sollicitos, & vigilantes ante incertum diem iudicij, ne fortē inopinatus vel repētinus nos præueniat. Et aptē post parabolā serui impij percutientis seruos, & ancillas, id est, malitiose peccantis in fratres, ponit Dominus istam decem virginum, qua nec eos omnes saluādos ostendit, qui speciem pietatis præferunt, & qui cæteris præluere apud nos videntur. Vnde subdit: *Tunc simile erit regnum cœlorum.* Id est, dies iudicij imparatos multos comprehendet, qui nunc quidem sapientes existimantur: sed tunc aliorum sibi auxiliū frustra implorabunt, qui tunc sibi, & alijs sufficere videntur: & multis clausa erit ianua, qui tunc alijs aperire existimantur. Et ita de die iudicij, sicut & præcedens de seruo percutiente, & sequentes de talentis, & pastoris, & ouium & hædorum apertē indicat. Quæ sententia cōfirmatur ex eo: quod in his postremis duobus capitibus. 24. & 25. de iudicio vniuersali Dominus loquatur, ante quod nō dormiēt omnes. Virgines, nec clamor mediæ noctis audietur, nec ianua clausula ap-

Quod tendat hac parabola.

Matt. 24. Percutiat seruos, & ancillas quis.

Quid significet: Tunc simile erit regnum cœlorum, &c.

2 Altera interpretatio.

Beatus quis nunc viues.

Oui. 3. Metam.

Horat. lib. 1. Epist. 4.

Sensu historicus huius parabolæ.

Antiqui nuptiarum ritus. Gen. 29.

Catull.

Homer.

tari commodē potest nisi postremo Domini ad iudicandum aduentui.

Quaquam exponi quoq; commodē possit: Tunc, id est, quando seruus impius damnabitur, quod erit in morte cuiusq; plures qui pietatis speciem præferunt, designati in virginibus factis, interibūt. Statuendum igitur, de die iudicij vniuersalis principaliter intelligi, etsi aliquo modo etiam in cuiusq; fidelis hominis morte locum habere possit, vt etiam Patres interpretati sunt. Et beatus qui omnem diem sit paratus, vt quidam etiam externus dixerit:

Scilicet vltima semper

Expectanda dies homini est: dicitq; beatus Ante obitum nemo, supremaq; funera debet:

Et:

Omnē crede diē tibi diluxisse supremū.

Circa corticem parabolæ pleraq; veniunt expendenda. Et in primis, in Terra Chanaan moris fuisse, vt sponsi adolescentū societate comitati nō nisi noctu ad sponsas venirent ad locum, vbi celebrabantur nuptiæ; Virgines verò ex domo sponsæ, siue ex loco nuptiarum prodibant cum lampadibus, & cantibus, vt venientē sponsum festiuē exciperent. Quæ consuetudo quoniā nobis ignota est, ex scriptorum quorundam antiquorum monumentis illustranda venit. Moris igitur erat, & antiquis patribus, & apud Græcos, & Romanos, vt sponsæ sub vesperam, & appetente nocte sponsis suis traderentur: vnde in Genesi dicitur Labā cōuocatis amicorū turmis ad cōuiuium fecisse nuptias; & vesperē Liā filiam suam introduxisse ad Iacob. Hinc Catullus in Carmine nuptiali:

Vesper adest, iuuenes consurgite: Vesper Olympo

Expectata diu vix tandem lumina tollit.

Apud Græcos etiam nouæ nuptiæ faces accensas gestabant, quare Homerus lib. Iliados. 2. Νύμφας δὲ ἰνθαλάκῃσι δαΐδων ὑπὸ λαμπρῶν κενάων ἠγνιθόνα ἀσπασσοῦ δὲ ὑμναῖος ὄρασι. Hoc est: Sponsas autē accensas faculis cubiculis ducebāt per vestibem: multus autem Hymeneus agitaba-

tur. Sic ille. Faces autem præferri solitæ erant quinque, teste Plutarcho in Problematis. Plato etiam tradit, amicos quinq; & totidē amicas ex vtraq; parte conuocari ad cōuiuium nuptiale: quia primus numerus compositus ex primo pari, & primo impari, significat coniunctionem sceminae ad marem. Erant autem consecræ ex spina alba (quas pueri matrimi, patrimi; gestabant) vt testatur Catullus in Epithalamio Manlij, & Iuliæ, vbi ait: Pelle humum pedibus, manu spineā quate tedam.

Tollite o pueri faces.

Plinius libro Naturalis historię sic ait; In eisdem situs comitatur & spina, nuptiarum facibus aspiciatissima, quoniā inde fecerint pastores, qui rapuerūt Sabinas, vt auctor est Masurius: nunc, facibus carpinus, & corylus familiarissimæ. Sic ille. In genere autē de facibus, vel tedis idem probat Poëta, cū ait: Si non pertesum thalami, tedeq; fuisset: & in alio loco,

Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor.

Et Plautus in Curculio:

Primum omnium lucebis huic noue nuptiæ facem.

Tradit enim M. Varro, morem gestandi faces in nuptijs inde introductum, quod antea non nisi per noctem nubentes ducebantur a sponsis, vt ex Phæmisis Euripidis colligi potest: Matres in nuptijs facestenebāt, quod illi Græcè δαΐδων vocabāt. Ex his licet colligere; olim nuptias celebrari solitas post noctem, ita vt opus esset tedis, vel lampadibus. Habes etiam morem puerorum, vel virginum in nuptijs quinq; tedas gestandi. Et ad hūc morem fortassis alludit Dauid Psalm. 44. dicens: Adducentur Regi virgines post eam (scilicet reginam siue sponsam) proxima eius afferentur tibi, cū scilicet sponsa in domum sponsi deducitur.

Nota quoq; in Veteri Testamento vsum non extitisse sepi, aut ceræ, quia fuisset in candelabro templi, sed tantum olei oliuarū in templo: proinde toties fit mentio lampadum, & lucernarum, candelarum nunquam? Et

Numerus lā parū ex Plutarcho.

Plutarch. Plato. libr. 5. legum.

Qua ex materia constarent nuptiales faces.

Catull.

Plin. libr. 16. c. 18.

Virg. 4. Æneid.

Idē. Eclog. 8.

Plautus.

M. Varro.

Mos gestandi faces in nuptijs quare introductus.

Psal. 44.

3 Ceræ, sepiq; in Veteri Testamento vsum nullum fuisse, nisi tantum olei.

LUC. 12.

Iudæi Prophetæ cur virginē appellarent. Thren. 1. Isa. 47. Hier. 18.

Supra. 3. Zachar. 9.

1. Cor. 10.

4 Fideles, virgines cur Dominus appellat.

5 Decem virgines si exierunt obuiâ sponso, cur eis dicitur: Exite obuiâ eius? Decem virgines cur sint inducæ, non plures, neque pauciores.

vt sponsus excipiebatur à virginibus cum lâpadibus ad nuptias veniēs; ita cum reuerteretur à nuptijs, expectabatur à seruis cum lucernis, iuxta illud, *Sint lâbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos si miles hominibus expectâtibus dominum suū, quâdo reuertatur à nuptijs.* Ad hæc comparantur Christiani, siue fideles virginibus more Prophetis trito, qui suâ Iudæam propter fidē à vero Deo non mutatâ, virginem appellabât, vt Hieremias; *Torcular calcavit Dominus virgini filiæ Iudæ; & Isaias, Descende, sede in puluere virgo filia Babylon.* Et rursus Hieremias; *Quis audiuit talia horribilia quæ fecit nimis virgo Israël?* Et in alio loco: *Ergo saltē amodo vocame, Pater meus, dux virginittatis meæ tu es.* Ita etiâ Zacharias de Eucharistia prophetâs; *Quid bonū eius est, & quid pulchrū eius, nisi frumentū electorū, & vinū germinans virgines?* Et Apostolus alloquens omnes fideles Corinthi: *Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.*

Ita igitur Dominus virgines vocat fideles, quia cæterorum coniugium polluit fœminas: at amplexus Dei sanctificat animas: solaque lex Christi frenum adhibet carni, atque in ipsis etiam coniugatis vt puritas quædam seruetur, efficit. Deinde hac similitudine amorē suū erga nos indicare voluit; videlicet talem esse, qualem spōsus ad spōsam virginem habet. Rursusque, vt excitaret in nobis sollicitudinem, atque desiderium erga sponsum videntum, & qualem habet pudica virgo, cum nobili desponsa est principi, ad quam quotidie dicitat se esse venturum.

Quod dicitur: *Exierunt obuiâ sponso, & postea subditur: Exite obuiam eius:* intelligendum, dictum primum fuisse per præoccupationē, vt primò narretur, illas exisse obuiâ spōso, postea quomodo exierunt obuiâ, scilicet ad ueniēte sponso: vel exisse dicuntur obuiâ sponso, quia se parauerunt ad eundem illi obuiâ, atque illi negotio se addixerunt. Præterea decem virgines eliguntur: quia si pauciores inducerentur, non esset conueniens parabola.

lica exclusio, & alię possent dare oleū, & vix esset distinctio à prudentibus. Si omnes prudentes, non esset locus exclusioni. Si valde paucæ prudentes, dare cogerētur. Si omnes fatuę, nullæ exirent obuiâ, neque reciperētur ad nuptias. Prudentes dicuntur, quod sibi in futurū benè prospexerint; fatuę verò, quod malè prospexerint in posterū. Nā etsi oleum haberent in lâpadibus, non tamen in lecythis, vt prudentes. Proinde fatua quælibet suam habebat lampadem, ob honorem, necessitatem, & significationem.

Fingitur moram fecisse spōsus, quia putabât quod veniret ineunte nocte: idē dormierunt fatuę, dormitauerunt sapiētes. Est autē dormire, eius, qui incipit somno premi, necdū tamen se penitus vult somno dare: cui dum frequenter somnus obrepit, vel ad modicam morulam inopinato oculos claudit, quos rursus aperit somno discusso. Dormire verò dicitur, qui penitus à somno deuictus, in plenam quietem resoluitur. Vnde dicitur in Psalmo: *Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israël,* id est, neque pauculum dormiet, neque multum. Porro in tempesta nocte facto clamore ab his, qui cum sponso veniebant, aut sponsum præcedebant, ad occursum euocantes, ornaverunt sapientes lampades suas, addentes oleum, & emuncto ellychnio. Fatuęque oleum petentibus prudentes denegarunt, nō ex inuidia aliqua, sed ex prudentia: *Ne forte, inquit, nō sufficiat nobis, & vobis; ite potius adredentes, etc.* sibi magis prouidentes, & communi gaudio nuptiarum, nam diuiso oleo in plures lucernas, non sufficeret in mediam noctem. Clausa ianua fingitur, quia periculum erat media in nocte patere fores, & propterea venientes fatuę excluduntur, quia sponsus peregrinus erat, & nesciebat an tali hora fraudulenter venirent. Hæc omnia præmitti oportuit ad similitudinis ipsius intelligentiam, vt illis positus facilius sit ad sensum principale peruenire.

Est ergo parabole præsentis sensus

Virgines istæ, prudentes, & fatuę quare dicantur.

6

Vnaquęque virgo fatua cur suam habereet lampadem. Dormitet quis.

Dormiat vero quis.

Psal. 120.

Quare virgines prudentes oleū fatuę non suppeditauerint.

Ianua cur clausa.

7

diffi-

Præsentis parabola vnde obliuata, & difficilis.

Aug. libr. 83. quæst. 9. in initio tom. 4.

Virgines prudentes, & fatuę quare dicantur.

LUC. 6.

Primus sensus quorundam sed ineptus. B. Hier. to. 9.

difficilis valde, non solum quia nō est cuius obuiam, & expositum ex rebus quæ sentiuntur, apprehendere spiritualia, sed etiam ob varias, & diuersas Patrum expositiones, de quibus Augustinus lib. 83. Quæstionum sic loquitur: *Inter parabolas à Domino dictas solet quærentes multum exercere ista, quæ de decem virginibus posita est. Et multi quidem hinc multa senserunt, quæ nō sunt præter fidem: sed quomodo partibus omnibus eius conueniat expositio, id elaborandum est. Legi etiam in quadam scriptura ex earum genere quæ apocryphæ nominantur, non quod sit cōtra catholicā fidē, sed huic loco mihi minus cōgruere visū est, considerati omnes similitudinis partes. Et infra: *Decem utiq; numerus virginum, quarum quinque admittuntur, quinque excluduntur, bonorum, & malorum discretionem significat. Quapropter si virginittatis nomē honorabile est, cur receptis, exclusisque commune est? Deinde quid sibi vult numerus in vtraque parte quinarium? Quid autem significat oleum, mirum videtur. Item quod sapientes petentibus non cōmunicant; cum & inuidere fas non sit eas, quæ ita perfectæ sunt, vt à sponso recipiantur, quo nomine nullo dubitante Dominus Iesus Christus significatur: & misericordes esse oporteat ad præstandum ex eo quod habent, præscribente illa sententia eiusdem Domini dicentis, *Omni poscenti te tribue. Quid est autem quod possit dando non sufficere vtrisque? Hæc maxime augent quæstionis difficultatem, quæquædam & cætera diligenter considerata, vt omnia in vnam rationē concurrant, nihilque in vnam partem dicatur quod impediatur aliam, magna cautio adhibenda est. Hæc ille, quæ propter eam adduximus, vt intelligamus hanc parabola ex difficilioribus esse, & multas, ac diuersas expositiones non satis congruas illi assignatas fuisse.***

Quidam enim, teste B. Hieronymo, intelligunt parabola de his quæ corpore, & animo virgines sunt, quæ prudentibus similes existūt, & de his quæ corpore virgines, mente nuptiales. Hæc expositionē Hieronymus minime probat, quod ex præcedētibus,

& parabola conclusionē omnino appareat, non ad virginalia corpora, sed ad omne hominum genus parabola pertinere. Et infra egregiam producit intelligendi Scripturas regulam: *Prudentem semper admotheo lectorem, vt non superstitiosus acquiescat interpretationibus, & quæ comicè pro fingentium dicuntur arbitrio, sed consideret priora, media, & sequentia, & rectat sibi vniuersa quæ scripta sunt.* Ita ille. Alij verò, vt Nicolaus de Lyra, exponunt de contemplatiuis, & religiosi, quos inter, qui gloriam Dei spectant in operibus suis, & salutem animæ, prudentes sunt: qui verò propria gloriam respiciunt, siue fauorem, & quæstum proprium attendunt, fatui dicuntur. Hilarius cum B. Hieronymo ad vniuersum genus hominū trahunt, id est, ad Christianos vt prudentes, & ad Iudæos, & Hæreticos, qui excluduntur, tanquam fatuos. Caietanus intelligendum putat non de omnibus Christianis, sed de his tantū, quorum opera exterius luceant, & splendean, & tamen multi ex eis pereant. B. Chrysostomus, & eius scētores Theophylactus, & Euthymius, exponunt de virginittate destituta charitatis operibus, vel coniuncta cum elemosyna, & misericordia ad proximū: ita vt prudentes sint, qui cum pietatis, & elemosynæ oleo virginittatem habent, fatuę quæ sine illis. Rursus quidam Philosophus nostri seculi; volens quæ physica, & naturalia, scripturis immiscere, librum edidit exponentem hanc parabola. Dicebat enim, quod beatitudo cōsistit in hoc, quod sponsus copulatur sponsæ, id est, intellectus agens patienti post intellectionem omnium rerum materia constantium: admisis quinque prudentibus virginibus, id est, quinque sensoria organa, & oleum, id est, obiecta rerum sensibilia, à quibus sine vlla corruptione, imò cum perfectione patiuntur: & exclusis quinque fatuis, id est, non illustratis externis sensibus propter obiectarum rerum absentiam. Sed hæc longè sunt aliena à mente Christi, & ex Gnosticorum,

Aurea planè Hieronymi Scripturas interpretandi regula.

Secundus sensus Lyran.

Tertius Hilarii, & Hieronymi. Hilari. can. 27. in Mat. Hierony.

Quartus Caietani.

Quintus Chryso. Theophylacti, & Euthymij. Chryso. Ho. 29. in Mat. tom. 2. Euthym. c. 59. in Mat. Sextus Genæ philosophi nouel. li vanus, & ridiculus.

Quibus ex lacunis illū hauserit interpretres bonus iste Matthei.

&

Tertu. lib. de Anima, c. 8. sub initium.

& Valentinianorum somnijs, ac disciplina de prompta, de quibus ita notat Tertullianus loquitur libro de Anima: Relucet ne iam heretica semina Gnosticorum, & Valentinianorum? Hinc enim arripiunt differentiam corporaliu sensuum, & intellectualium virium, quam etiam parabola decem virginum attemperant: vt quinq; stultae sensus corporales figurauerint, stultos videlicet, quia deceptui faciles; sapientes autem intellectualiu viriu nota expresserint, sapientium scilicet, quia continentium veritatem, illam arcanam, & supernam, & apud pleroma constituta hereticarum idearum sacramenta, hoc enim sunt & diuina, & genealogia illorum. Hæc ille.

De beatitudine anime separate, vt ille negatur, non posse hunc locum intelligi villo modo.

Sed peculiariter hæc interpretatio impugnatur. Primò, quia non potest intelligi de beatitudine anime separate, quia decem virgines excluderentur à nuptijs felicitatis cum corpore post resurrectionem: quia ad Dei essentiam videndam, & perfruendam nõ admittuntur vili sensus omnino, & tamen omnes sensus erunt perfecti: aliàs opus non esset resurrectione. Deinde talis vnio agentis intellectus cù passiuo naturaliter fieret: & ita sine Dei gratia homo esset beatus ex Christi sententia.

9 Minus etiam accipi de beatitudine vite presentis posse, multis ostenditur. Secundum argumentum.

Secundo loco non potest intelligi de beatitudine in presenti vita. Primò, quia tunc dicitur factum regnum cælorum, scilicet in iudicio, & non modò. Deinde quia impossibilis videtur hæc beatitudo: nam impossibile est hominem intelligere omnia naturalia, vel quòd sine phantasmate nunc intelligat, vel quòd cum eo essentiam suam cognoscat: & saltem Apostoli, & perfecti Christiani, & philosophi, vt B. Augustinus, & Thomas, ad id non peruenerunt. Tertio, quia in illa abstractione intellectus non vitur phantasmatibus, sicut confecto itinere minimè est opus curru, imò nec quinq; internis vitur sensibus, maxime memoria, & phantasia: vel si ob illustrationem redundantia est ab intellectu in sensus, superflua videtur, nisi ad actionem, & illa posita remitteret internum actum. Et profectò redun-

dabit non visio Dei, sed gaudium etiã in externos sensus. Quarto, non semper sensus communis habet oleum secũ, nisi raro, & præposterè, vt in phreneticis; & ita homo stupidus beatus non esset: & alioqui frustra essent dati sensus, si beatitudini non deseruirent. Quintò, quia nemo est qui admoneat de aduentu ad nuptias; nec etiam tunc cùm proximè sunt nuptiæ, exeunt obuiam, id est, representant obiecta, nec sensus externi impediunt obiecta interiorum, & quieti deberent manere, vbi finem adepti sunt suum: nec deberent ire ad emendum oleũ, nec alij eis suadere vt eant. Sextò, quia vigilia non facit ne excludatur fatuus, imò iuuat potius, vt dormiant sponso veniente. Postremò Christus dicitur esse ille, qui venit qua hora non putamus, & mens ita occupata non potest interpellari à sensibus, neq; eis respondere. Et hæc pauca mihi sint dicta in hunc sensum planè physicum, & à mente Spiritus sancti alienũ. Alij verò sensus, vel fusiores sunt, quia complectuntur & fideles, & infideles; vel strictiores, quia non cõprehendunt omnes Christianos, sed certos tantum.

His igitur omnibus sensibus exclusis, quorum aliqui ob auctoritatẽ Sanctorum possunt aliquo modo defendi, cùm sint in se ipsis veri: tamen nullus mihi germanior videtur, neq; aptior, & commodior, quàm vt de omnibus fidelibus in vniuersum loquatur, & nõ de alijs gentibus, vt Auctor operis imperfecti in Mattheum docet, & alij sentiunt: quia omnes tales propter fidei puritatem virgines dicuntur, cùm infideles, meretrices, siue fornicarię, siue adulteræ dicantur, quia fide carent: atq; omnes fideles præcipuè sistendi sunt ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum: reliqui verò, siue Pagani, siue Iudæi, iudicio non egent, quia Qui nõ credit, iam iudicatus est. Et confirmatur hæc expositio, quia in parabola pastoris, & ouium & hædorum inferius explicanda, vbi tanquam in iudicio causę discutiuntur, non nisi ad fideles spectat illæ duę sententię, vt doctè

Quartum argumentum.

Quintum argumentum.

Sextum argumentum.

Septimum ac postremum. Matt. 25.

Sensu aliorum qui recitati sunt, incommoda.

IO

Vltima sententia, quæ maximè probatur.

Aut. ope. imperfe. in Mat. Hom. 5 2. to. 2. o. perum D. Chrysof. 2. Cor. 5. Iuxta illud; Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Ioan. 3. Matt. 25.

Tertium argumentum.

annota-

Grego. Ho. 12. in Euan. to. 2. August. Epist. 120. tom. 2. & de verbis Dom. Ser. 2 2. to. 10. Aug. lib. 83. quest. 1. 59. to. 4.

In denario numero cur fideles designentur. Luc. 19. Psal. 109.

Psal. 91. & 143. In psalterio decachordo canere, quid iuxta Prophetam.

Gen. 18. 12 Caietani sensu excluditur de pari numero seruandoru; & damnandorum in decem virginibus designato. Matt. 22. Luc. 19. Matt. 25.

annotauit Gregorius, & Augustinus: ita cùm hæc parabola coniunctim cum illa vno sensu dicta sit à Domino, haud continet inclusionem ad nuptias nisi bonorum fidelium, qui præter fidem opera charitatis ad Deum, & misericordiæ ad proximum habuerunt; & exclusionem à nuptijs eorũ, in quibus præter fidem bona illa opera desiderantur. Rursus illud: Exierunt obuiam sponso, & sponsæ, non nisi fidelibus conuenire potest: vt scitè, atq; eruditè docet Augustinus.

His positis; tanquam magis cum vero coherentibus, & ad germanam accedentibus expositionem, verba contextus explicemus: Christiani vniuersi per decem designantur, sicut apud Lucam per decem seruos omnes significati sunt fideles: quia vt ille limes numeroru est, & perfectio; ita Christiani maximè perfecti sunt, & ad denarium æternæ beatitudinis possidendum per Decalogi obseruantiam vocati, & ad implendas ruinas ex nouem Angelorum choris, & nouũ decimũ chorũ constituendũ. Nam B. Virginè constat nouũ chorũ per se facere, quæ cæteris omnibus eminet, & de qua canit Ecclesiã: Exaltata es sancta Dei. Genitrix super choros Angelorũ, ad cælestia regna. Et nos debemus etiã canere in psalterio decem chordarũ, hoc est, per obseruantiam diuinorũ preceptorũ digni fieri qui ad nuptias recipiamur. Et quemadmodũ propter decem iustos parcebat Dominus ciuitati Sodomæ; ita propter Christianos Deus indignatus cogitur parcere toti mundo.

Ex his virginibus quinque sunt fatuæ, & quinq; prudentes. Ex qua diuisione non licet colligere totidè fore saluandos, quot perdendos: quemadmodũ in parabola præcedenti, in qua vnus non indutus veste nuptiali excluditur, non significatur, vnũ, siue paucos interituros præ his qui salui fiunt: quemadmodũ nec in parabolis minarũ, & talentorũ duo inueniuntur multiplicasse minas, talenta, & vnus tantum damnatus, qui abscondit talentum in fossa, siue minam in sudario: sed hi numeri in parabolis

ed spectant, vt probabilem; & conuenientem reddant magis similitudinem, vt superius de præsentia ostendimus, non autem vt præcisum illum numerum in sensu spiritali, & principali intelligere cogamur. Quia in vna parabola maior est numerus eorum qui pereunt, quàm eorum qui salui fiunt; in altera verò maior eorum qui salui fiunt, quàm qui pereunt; in alia verò par, vt in hac: quæ veritate niti non possunt, cùm inuicem pugnent. Ideo friuolum est, quod Caietanus colligit, dimidiam partem fidelium, quorum opera bona exterius lucet, saluãdam. Quemadmodum ergo dum Dominus dixit: Duo erunt in denario vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duo molentes in mola vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto vnus assumetur, & vnus relinquetur: tantum explicat ex quolibet gradu, & conditione hominũ quosdam saluos futuros, quosdam verò perituros, nullo certo designatos numero: ita hæc designantur quidam seruandi, perdendi verò quidam.

Decem ergo, omnes animas, quæ à Deo virgines atq; incorruptæ conditione sunt, & lumen non tantum rationis, sed & fidei à Deo acceperunt, significant: sed quæ prudentes sunt, illud lumen subiecto oleo nutriunt, fatuæ verò illo adusto, vel cõsumpto, extinguunt, seu quinq; sensibus, siue internis, siue externis abutuntur, vel quinq; talenta accepta abscondunt, nec, vt par est, negotiantur. D. Augustinus lib. Octogintatrium questionũ hanc distinctionem virginum his verbis explicat: Videntur mihi quinque virgines significare quinque pertitam continentia à carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus à voluptate, oculorũ, à voluptate aurium, à voluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed quia ista continentia partim coram Deo fit, vt illi placeatur in interiori gaudio conscientia; partim coram hominibus tantũ, vt gloria humana capiatur; quinq; dicuntur sapientes, & quinque stultæ: vtræque tamen virgines, quia vtræque continentia est, quamuis diuerso femite gaudeant. Lampades autem

Quid numeri à Christo in parabolis assumpti significent.

Matt. 24.

Decem virgines quid significent; & quæ nam virgines quinq; prudentes, quæ fatuæ.

Aug. lib. 9. 83. 9. 59 Quid secundũ August. Virgines quinq; significant.

Cur ille virgines quinq; dicuntur sapientes, & quinque fatuæ iuxta eundem.

E e sunt,

Matth. 5.

Eū sensum Augustini Hieronymi cur improbet.

B. Hier.

Cōmuniō & amplior de virginibus intelligentia proponitur.

In virginū natalicijs Ecclesia cur hoc recitet Euāgelium.

14

Quodnam regnū cœlorū simile de cœ virginibus prudentibus, & stultis.

Christiani omnes cur virgines. Rom. 6.

sunt, quia manibus gestantur opera, quæ secundum continentiam istam fiunt. Dicitur est autem: Luceant opera vestra coram hominibus: Omnes verò acceperunt lampades suas, & venerunt obviam sponso. Intelligendum est ergo Christi nomine censerī, de quibus agitur: non enim possunt qui Christiani non sunt, sponso Christo venire obviam, & quæ sequuntur. Hic Augustini sensus, et si verus sit, non potest congruere tamen Christianis omnibus, sed illis tantum qui servant continentiam, quæquã diuerso fine, & studio. Quam quidē expositionem Hieronymus deserit. Quare vt omnes complecti valeat fideles, extendenda est hæc animæ continentia non solum ad illecebras carnis, sed etiam ad illecebras peccati cuiuscunque, vt ab omni vicio, tã carnis, quàm spiritus, homo se contineat, quæquã quidam propter Deum, quidam verò propter gloriam propriam, vt ita fiat distinctio. Quod autē Ecclesia in festis virginum hanc parabolã inter Missarum solennia legere soleat, nõ hoc fit quasi iste sit sensus literalis, & proximus, sed quia particulate includitur in vniuersali. Et ita quæ dicuntur de prudentibus fidelibus in genere, quadrat specialiter ipsis virginibus, quæ propter Christum continentiam coluerunt Præterquã quoddam virginis nomen illis magis quadret, quã alijs fidelibus: nã illi & animo, & corpore virgines extiterunt, alij verò corpore tantum.

Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, extiterunt obviam sponso, & sponsæ. Id est, Triumphans Ecclesia, in quam faruæ non admittuntur, & in quam sapientes introducuntur, potest illa similitudine exprimi, qua decem virgines occurrunt ad excipiendum sponsum non sine lampadibus. Omnes enim Christiani lampades habere dicuntur, nã Christiani nominis splendore irradiamur omnes: omnes ite baptizati sumus baptismo Christi, omnes lucernam fidei accipimus, omnes participamus corpus, & sanguinem Christi, omnes audimus verbum Dei, omnes censemur in Ec-

clesia, & populo Dei: sed non in omnibus beneplacitum est Deo. Quidam enim sunt sapientes, & futura prospicientes, quidam verò fatui, & ad hæc externa, & ceremonias spectantes tantum: omnes tamen videntur se in aduentum Domini præparare, lampademque habere, quæ fidei donum significat, quo nocte huius vitæ iter nostrum peragendum est, ne impingamus. Hæc autem lampas fidei, igne verbi Dei est accendenda: quia fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi: de quo verbo Dei scriptum est: Quid paleis ad triticum, dicit Dominus: Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram: & Sapiens, Omnis sermo Dei ignitus: clypeus est omnibus sperantibus in se. Vita autem præsens respectu futuræ, quæ vt clarissima dies fulget, nox quædam est: unde Apostolorum princeps laudat Christianos, quod studio scripturarum incubant quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris. Per Scripturæ enim meditationem, & bonorum operum studium fidei nostræ lampas quotidie incenditur, & quasi oleo fouetur,

Porro dicuntur exisse virgines hæc. Et quoniam quicumque exit, aliunde exit, intelligimus, vitam Christianam nihil aliud esse, quàm exitum quendam de Egypto in Terram promissionis, siue educationem hominis de hoc mundo, & præparare nos in occursum Christi iudicis venientis, illumque expectare, & diligere venientem, secundum illud; Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. ¶ Subnectitur occurrisse sponso, & sponsæ. Verbum Sponsæ ab Erasmo, & Caietano de Textu ablatum est, quasi superfluum, quod multi Græci codices, & interpretes, vt Chrysostomus, & Theophylactus, ac Euthymius illud nõ habeant, & quia Augustinus in prædicta huius parabolæ expositione verbum illud nõ habeat. Quod videtur tamē ab aliquo expunctum esse, ne videretur Eccle-

Eorum qui prudentes, qui fatui. 1. Cor. 10.

Quam lampadem gestent in manibus.

Rom. 10.

Hier. 23.

Prov. 30.

2. Pet. 1.

Fidei nostræ lampas quo modo accendatur.

15

Vnde extiterunt virgines obviam sponso, & sponsæ. Amos. 4. 1. Thes. 4. 2. Tim. 4. Luc. 12.

Erasmus, & Caietanus illud verbum, sponsæ cur tulerint de Textu, sed temere. Chrysost. Theophyl. Euthym. August. dicit in locis.

Grego. Ho. 12. in Eua. B. Hil. can. 27. in Mat. Orige. tra. 32. in Mat. initio tom. 2.

Auctor. Ope. imperfe. in Mat. Hom. 52. tom. 2. ope rû D. Chrysof.

Cui sponso, & sponsæ occurrerint virgines illæ.

Altera solutio à ritu Gallico nuptiarum desumpta.

Aug. Epist. 120. to. 2. & Serm. 22. de ver. Dom. prope fine to. 10.

Tertia solutio, de sponso videlicet, cui cū sponso extiterunt obviam virgines decem.

sua occurrere sibi ipsi. Vnde inferius sponso absolute ponitur, cum dicitur: Moram autem faciente sponso; &, Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponso venit, exite obviam ei. Sed his non obstantibus, dicendum est, lectionem nostram præstantiorem esse, & in quibusdam codicibus, vt Claremontensi, expresse haberi vult. Ita legunt Gregorius & Hilarius, ex Græcis verò, Origenes, & Auctor imperfe. ope. in Matthæum, & Euangelium Syrum aperte habet: Exierunt in occursum sponso, & sponsæ. Hilarius etiam exponit: Sponso, inquit, atque sponsa, Dominus noster est in corpore Deus: nam vt spiritus carni, ita spiritui caro sponsa est. Denique tuba excitata, sponso obviam tantum proditur. Exerunt enim iam ambo vnum, quia in gloriam spirituale humilitas carnis excesserat. Sic ille. Cui spirituali intelligentiæ non obest dictio Sponsæ, bene tamen commoditati exempli. Nisi dicamus, sponsum secum assumpta sponsa in tertium aliquem locum, commodamque, & amplam domum commigrare, vt nuptiale conuiuium commodius celebretur, vt nunc fit in Gallia: & ita nulla esset incommoditas, vel exempli adducti, vel intelligentiæ spiritualis, quia statuendum est, ex illis adibus, ad quas conuenitur, egredi in occursum prædictas virgines cum lampadibus. Augustinus certè epistola ad Honoratum, & libr. de verbis Domini, vbi totam hanc parabolam explicat, aperte habet: Sponso & sponsæ, vbi habetur: Quod verò sponsæ (sic legendum, & non, vt quidam corruptè legunt, sponso) dixit obviam venire virgines, sic intelligendum puto, vt ex ipsis virginibus constet ea quæ dicitur sponsa, tanquam omnibus Christianis in ecclesiam concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filiis congregatis constet ea quæ dicitur mater. Sic Augustinus. Alij verò per sponsam, beatissimam, & purissimam virginem eius matrem intelligunt, quæ cum filio suo, & sponso ecclesiæ veniet in gloria, & potestate ad iudicandum: cui etiam Apostoli, & magni sanctitate viri hærebunt: qui

etiam simul cum Christo, & Matre iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & alibi: In regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Atque id necessarium fatendum est, quia cum Dominus dixerit de futuro, Tunc simile erit regnum cœlorum, nempe in aduentu ad iudicium, tunc Christus non solus adueniet, sed magno Sanctorum, & Angelorum numero stipatus, & vt canit Ecclesia: Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, & cum eo sanctorum milia.

Neque verum est, eandem Ecclesiam sibi occurrere, sed diuersam, nempe illam quæ iudicanda est, ex qua virgines prudentes eligentur in sponsam cum priori connectendæ, & annumerandæ. Nam, vt eleganter annotauit Augustinus, plures virgines sapientes vnam sponsam Christi efficiunt vt vnum corpus, & vnum populum. Et ita Apostolus cum dixisset: Despondi vos vni viro, & subiungendum esset, virgines castas exhibere Christo, dixit in singulari, Virginem castam; ad significandum, ex illis vnã Christi sponsam tantum constari.

Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ, acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. De his virginibus superius multa diximus: quæ repetere non est operæpretium. Fatui dicuntur, non solum quibus finis & scopus non inest, quod contentant, verum etiam qui tenent, sed ad ipsum non iaculantur. Tales erant istæ virgines, quæ rectè quidē de fine, id est, Christo sentiebant, sed media non aptabant ad Christum consequendum: propterea incaute non sumpserunt oleum in vasis suis, quemadmodum prudentes, quæ in vasis suis, hoc est, in omnibus animi facultatibus & instrumentis ad operandum acceperunt. Oleum autem quid sit, Hæretici magna contentione pugnant, detorque-

Sap. 3. Matt. 29. & Luc. 22.

16 Soluitur obiectio aduersus hanc lectionem, Et sponsæ.

Aug. loco præscript.

2. Cor. 10.

17

Fatui qui sint, & dicuntur.

Fatuæ cur virgines quinq;. Quid est quod illæ non acceperunt oleum in vasis suis.

Propriūcha
rius.Qui oleum
nō accipiāt
in valistuis.
Oleum etiā
accipere in
valis quidē
cundūm Pa
tres.Chryf. Ho.
79. in Mat.
Theophyl.
Euthym.
Bas. to. 1.
Hier. ad De
metria. de
Virginita.
seruan. to.
1.August. E-
pist. 120.
tom. 2.18
Virgines il-
læ quæ dor-
mitauerunt
omnes, &
dormierūt.Dormitare
& dormire,
in Scripturis
quid.

Ioan. 11.

1. Thef. 4.

19
De negligē-
tiæ somno,
negligētē,
& somnicu-
lose hunc lo-
cū intelligi.

uera ad charitatem sit referendum, quæ sola instar olei, peccatorum plagas sanat, & splendore operum proximum illuminat, & omnibus virtutibus, vt oleum liquoribus, supernat. Condit etiam omnes cibos spirituales, & ea sacrificia quæ cum oleo offerebantur. Lætificat etiam imperato Paraclete charitatis. Charitatem autem in baptismo accipiunt omnes qui obicem nullum ponunt. Non videntur tamen illam accepisse, qui ad studium bonorum operum illa non vtuntur: quare meritò illam amittunt, sine illaque sunt. Et quia tam coniuncta est charitas operibus rectis, quibus demptis nulla existit, hinc Chrysostomus, & qui eum sectantur, oleum vocant eleemosynæ virtutem. Basilius in exhortatione ad baptizatos, vitæ religiosæ opera bona in telligit; Hieronymus ad Demetriadem vocat oleum bonorum operum; & Augustinus ad Honoratum haud dissimiliter interpretatur.

Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Quia sub tempore versamur, & expectantibus omne tempus tardum videtur, dicitur hæc mora, siue tardatio nostro iudicio. Durat quæ hæc tarditas, quantum quidem ad omnes attinet, ab ascensione Domini ad iudicium vsq; quantum autem ad priuatū quemq; si Christianus sit, ab vsu rationis vsq; ad exhalandum extremū spiritū; idem ad somnū facit. Idē autē dici possunt dormire, ac dormire, vel etiā diuersi: dormitant enim per ægritudines, & infirmitates, dormiunt per mortem. Vnde Dominus dixit, Lazarus amicus noster dormit: dormitauerat primò per languorē, deinde dormiuit per mortē. Is est enim vsus huius vocis in sacris literis: frequens est enim dictio; Dormiuitque cum patribus suis; & Apostolus, Nolumus vos ignorare fratres, de dormientibus vt non contristemini.

Propterea ridiculū est quod quidā nō de mortis, sed de negligētis somno presentē locū intelligunt: nā ante diem iudicij omnes inuenientur mortui: nullus etiam priuatū iudicium

subibit nisi post mortem. Et cum asferatur: Dormitauerunt omnes, & dormierunt, prudentes negligētis somno dormire non potuerunt. Possunt etiam dormitantes distingui à dormientibus: vt prudentes dicantur dormitasse, eo quod mortem ad tempus tantū sustineant, cum sperata quod suscitandi sint sua die; fatuæ autem dormire, quod nullam spem ad resurrectionem vitæ habeant. Vel potius dormitant reprobi, quia sine quiete conscientia hinc discedunt; dormiunt verò boni quietē perfruentes pace cōscientiæ. Vnde vnus ex his dicebat: In pace in idipsum dormiam, & requiescam.

Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Media nocte dicitur sponsus venturus, cum videlicet tenebræ perueniunt ad summum, vt tempore Antichristi. Et sic de aduentu ad iudicium media nocte ad literam, erit iudicium vniuersale (vt hoc loco ex traditione Iudæorum docet Hieronymus) quemadmodū dum Angelus percussit Ægyptum, media nocte venit: Vnde reor, inquit, & traditionem Apostolicam permansisse, vt in die vigiliarum Pasche ante noctis dimidium populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi. Augustinus verò, Media nocte, exponit; id est, nemine sciente, quia mors nescitur, quando sit vettura. Et fortassis veniet in medijs noctis delicijs, siue tempore inopinato, & minimè expectato, vt hic exponit Theophylactus, & confirmat Apostolus. 1. Thef. 5. Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Clamor dicitur factus per vocem Archangeli Michaëlis aientis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Erit etiam clamor signorū præcedentium, nempe commutatio cælorum, Solis, Lunæ, stellarum, quæ persuadebunt instare diem Domini. Et ita surgent omnes virgines illæ: quia communis erit omnium resurrectio, & vehemēs Dei pulsatio omnes per mouere potest. Et ornauerunt lampades suas. Ad iudicium resurgendo & organa corporea resumendo, &

ante

Caiet.

Qui dormi-
tent etiam.Qui dor-
miant.Tertius sen-
sus.Medianoctē
vt factus cla-
mor.Hieron. in
Mat. c. 25.
tom. 9.Exo. 12.
Apostolica
traditio quæ
dam.
Alter sensus
Augustini.
August. in
prædicto te-
stimonio.Per quē fiat
hic clamor;
idem rursus
qualis
Matth. 24.Virgines
prudentes
quomodo lā-
pades suas
aornauē-
riūt, & qua-
les.
Hilar. can.
27. in Mat.

20

Virgines fa-
tuæ à prudē-
tibus oleum
vt postulat?Quid vnus
alteri prome-
teri possit.Quotū lāpa-
des extrin-
guantur.In quē sen-
sum virgi-
nes, pruden-
tes stultis
persuaserint
oleū vt eme-
rent.

ante mortem opera iustitiæ præparando, vt Domino placeant. Fatuæ autem ornauerunt, id est, placere sponso, præmetu saltem geennæ, anxie desiderarunt. Lampades, sunt corpora, vt exponit Hilarius. Oleum, sunt bona opera. Ornare lampades est vni re animas corporibus: quod etiam erit in damnatis: quorum corpora etsi sint tetra, obscura, & deformia, habent ornamentum naturale: nam animata sunt anima ratione prædita, tamen agnoscunt lampades oleo bonorum operum destitutas.

Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. In iudicio damnati non petunt oleum, cum sciant id non iuuare: sed vt nos hoc sciamus, hic ponitur. Præterea hoc loco vt tempestiue prospiciamus nobis, ne deinde frustra mendicemus. Ante mortem quoque qui à charitate destituitur, & vocantem non vult audire, stultè petit ab alijs iuari: at qui charitatem habet, & vocanti respondere vult, temere flagitaret, si per alienos actus se gloriam promereri posse existimaret: secus si pro satisfactione pœnæ temporalis, aut pro liberatione à periculis, aut impetratione doni, vel gratiæ, quæ vnus alteri promereri potest, aut impetrare: sicuti viuenti statim morituro prodest vt conuertatur, cumque maiori gratia resurgat. Porro extinguuntur lampades eorum, qui vel bene non sunt operati, vel non perstiterunt in bono: quorum in conscientia opera bona sunt nulla. Ac fatuæ videntur petere hæc, eo quod non potest in alterum transferri vt sint opera illorum merito vel satisfactione digna: sentient ergo tum demum lumen ipsorum, quo hic lucrere per fidem & opera cœperunt extinguui, & deficere, & quod frustra ab alijs opem, & subuentionem desiderabunt. Responderunt prudentes, dicens, Ne forte non sufficiat nobis, & vobis; ite potius ad vendentes, & emite vobis. Ironia est, & derisionem sonans: quia etsi viri probi dum viuunt, morituris consilium dent, vt pecca-

ta eleemosynis redimant, & faciant sibi amicos de mammona iniquitatis; illo tamen tempore non est locus mercimonij. Quisque enim onus suum portabit, & cuique vix sufficiet opera bona sua: Nam si iustus vix saluatur; impius & peccator vbi parebunt? Non enim erit vltra Sanctorum communicatio, vt quod deest vni, ab altero suppleatur, præsertim cum de summa rerum agatur; neque enim suppleri potest ei quicquam, qui nihil habet. Et bene additur particula illa, Ne forte; ad innuendam libertatem Diuinæ voluntatis, quæ si vellet, operari in iudicio pro alio, acceptare posset: secundum tamen cōmunem iustitiæ cursum non facit. Quod verò Hilarius in Matthæum scribit: Responderunt non posse se dare, quia non sit forte quod omnibus satis sit: alienis scilicet operibus, ac meritis neminem adiuuandum, quia vnicuique lāpadi suæ emere oleum sit necesse: Hæretici nostri seculi, & præsertim Bodius, hanc sententiam detorquent, & Catholicis obijciunt, negantes preces, & auxilia Sanctorum ijs valere, qui eos implorant. Sed nō animaduertunt, Hilariū loqui nō de viuētibus, sed de his, qui cū in hac vita salutē suā neglexissent, post mortē ad Sanctos cōfugiūt, quando nulla est, aut subuentionis, aut pœnitentiæ, aut meriti facultas.

Dum autē irent emere, venit sponso: & quæ paratæ erāt, intrauerūt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Exprimat affectum virginum fatuarū: quæ etsi potuissent ire ante mortē, satius fuisset cū eleemosynis pergere ad pauperes, & ab eis oleū redimere, vt exponit Theophylactus, post mortē tamē nō licet. Vel doctores & Confessores sunt illi qui vendunt oleum, neque gratis donare possunt: nā quasi vendere est exigere veram pœnitentiam pro pretio olei. Et ita pars hæc applicari non debet, quia post mortem neque est ire, neque emere, neque redire: sed hæc dicuntur, vt dum viuimus, hæc fiant, quia postea nō erit locus. Et vt anxium eorum desiderium hæc optantium designet, additur, cas quæ paratæ erant, intrasse

ante

Luc. 16.

Gal. 6.
1. Pet. 4.Expeditur
id, Ne forte
nō sufficiat,
&c.Hilar. can.
27. in Mat.Quibus ad
Sanctos con-
fugiētibus,
eorum pre-
ces, & meri-
ta nihil pro-
desse dixit
Hilarius.
Bodius hæ-
reticus.

21

Theophyl.

Oleū vedē-
tes qui,

Parata virgines quæ & quo modo separaue rint.

Ianua cur clausa.

Calet. Ianua regni cœlestis quibus aperta. Ioan. 6.

22

Quâdo claudatur hæc ianua. Qualis virginum fatuarum sine oleo ad spolum aduentus.

Cur illæ bis dicentes Domine, Domine, excluduntur ab sponso.

Quid reditus virginum fatuarum ad sponsum significet.

cû sponso ad nuptias. Parate, quæ iam padê fidei seu potius vas plenu oleo bonorû operum, perpetuò alunt, ac sustinent. Dicuntur autê paratæ, quarum studium fuit se semper parare, vt placerent Domino. Accedût ergo virgines tanquam sponsa parata speculo fidei, galero spei, cingulo castitatis, tunnicacharitatis, coronahumilitatis, inauribus obediêtia, annulis bonorû operû, & pallio patientiæ. Et clausa est ianua. Nempe misericordiæ ad parcendum, & gratiæ ad promerendum, & gloriæ ad intrandum. Clauditur autê non dum viuimus, vt existimat Caietanus: quia nulli ex corde redeunti, hîc misericordia denegatur: & lacrymis, & precibus pœnitentiû aperitur, quia dixit, Eum qui venit ad me, nō eiciam foras: sed tantum in iudicio omnibus, & in morte cuiq; quia post hæc vitam nulli est fructuosa pœnitêtia, aut precatio.

Novissime verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait, Amê dico vobis, Nescio vos. Vigilate itaq; quia nescitis diem, neq; horam. Quod ad corticê parabolæ attinet, veniunt reliquæ virgines cum oleo: quantum ad sensum principalê verò, veniunt sine oleo. Si enim post iudicium possent dånati habere charitatem, quæ est oleû, proculdubio seruarentur, sed est pœnitêtia infructuosa, & charitas mercenaria, & timore pœnæ empta in platea. Neq; satis est dicere bis, Domine, Domine, sed ter: quia non tantum opere externo, & professione vocis, sed & corde per fidê viuâ, quæ opus externum, & confessionem laudabilê faciat, iterandum est, Aperi nobis. Frustra enim querunt beatitudinem, cuius merita non adferunt. Hic autem reditus fatuarum virginum significat ardentem, & naturalem appetitionem beatitudinis: sed sine ordine iustitiæ, quia appetunt illam affectu commodi proprii. Et quâ quâ sciant desiderium illud impleri nō posse; non minus tamen illâ desiderabunt, quia Deus illam appetitionem in pœnam, & tormentum damnatorum conseruat, grauitêr enim cruciat desiderium anxium, quod nō impleretur. Quod ele-

gâter Poëtę in Tantali fabuloso supplicio expresserunt. Cùm enim ardentissima siti, crucietur, & in medijs aquis collocatus sit, aquis tamen expleri nequit fugacibus: vnde illud: Tantalus à labris sitiens fugientia captat flumina. Verum istis virginibus redeuntibus respondet sponus.

Amen dico vobis, Nescio vos. Cùm sponus sit Christus, cuius oculis omnia sunt nuda & aperta, illum dicitur cognoscere, quem probat: illum ignorare, quæ reprobatur. Vnde de bonis dicitur: Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo; &, Cognouit Dominus qui sunt eius: & rursus, Ego sum Pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. De malis, & fatuis scriptum est: Nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: & iterum: Si quis ignorat, ignorabitur. Et vt plurimum verbum sciendi, & nesciendi, vel cognoscendi, & ignorandi, cùm Deo in scripturis tribuitur, de personis probationem ferè, aut reprobationem, amorem vel odium Dei, non nudam cognitionem, vel ignorationem significat. Nescio ergo vos tanquam discipulos meos, quia signo charitatis, quo discipuli mei à ceteris distinguuntur, caretis, nec agnosco vos vt filios, qui similitudine parentis destituti estis: nec vt milites, quia armis victoriæ hostium priuati estis, nec vt sponas legitimas, quia mihi fidem non seruastis, nec lampades detulistis accensas, nec misericordiam in proximum fecistis. Qui enim obthurat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit & ipse, & non exaudietur. Et concludens ait:

Vigilate itaq; quia nescitis diem, neq; horam. Vigilat qui in excubijs est, ne eum mors imparatum inueniat. Vigilat quoque qui in futurum de oleo charitatis, & misericordiæ sibi prospicit, qui quæ sobrietati, & orationibus vacat. Et quemadmodum naui onerata, accinctaq; ad iter, nec aliud quam secundum ventum expectans, vt è portu soluat, cuius aduentus hora ignota est, ac proinde qui in ea est

Horat. lib. 1. Saty. 1.

23

Fatuis virginibus Deus quomodo nescit, omnia scire. Heb. 4. 1. Cor. 8. 2. Tim. 2. Ioan. 10. Matth. 7. Psal. 6. 1. Cor. 14.

Quo ferè sensu scripturæ sciendi, vel nesciendi, cognoscendi, vel non cognoscendi Deo affectum accomodat. Ioan. 13.

PROV. 21.

24

Vigilet quis.

Qui in cœlestis portu bonorum operum nauigio conuertunt, quales esse debeant.

naui-

Grego. Magn. hom. 12 in Euangel. Semper cur nobis extrema dies metuenda.

25

Quid ad nos hæc parabola ab die iudicij remotissimos?

Ad bonis semper operibus incumbendum exhortatio.

26

In baptismo, cur oleo siue chrismate etiam vngi soleamus in vestite. Eccl. 31. Psal. 40. Vngi à Sacerdotibus cur soleant extremè laborantes.

naugaturus, vigilans, & sollicitus esse debet: ita nos, cùm in singulos dies & horas nobis ex hac vita soluendum sit, decet vt per omnia preparati, & accincti simus. Nam, vt ait Gregor. Magnus: Qui pœnitenti veniam spopondit, peccanti diem crastinum non promissit. Semper ergo extremum diem debemus metuere, quem nunquam possumus prouidere.

Dicit aliquis; Si hæc parabola de his qui proximi sunt iudicio, intelligenda est, & de his quæ in iudicio fient, quid igitur ad nos? Respondet Dñs: Vigilate, nescitis enim an vos futuri sitis illi, quos extrema mundi dies reperiet. Et quia quæ in die iudicij contingunt, similia ijs sunt, quæ in cuiusvis morte accidere solent: nam & ibi lampades impiorum, quæ nunc splendere videntur in oculis hominum, ante iudicij oculos obscurabuntur, & extinguentur, quia sine oleo charitatis erit etiã ibi recursus impiorum ad reliquos pios petentiû ab eis, vt pro ipsis deprecetur venientem Spolum: quos illi non audient. Erit & festinatio ad vendentes oleum, & reditus ad Sponsum, dicentium, Domine, Domine aperi nobis: quo significatur sitis illa ardentissima beatitudinis, quæ nunquam explebitur. Propterea præsens parabola maximè etiam ad nos spectat: nã quod in vniuersum omnibus in iudicio eueniet, idem & in cuiusvis morte continget.

Oleum igitur tempestiuè præparemus, & bonorum operum studium nunquam deseramus, atq; in ipsa virginitate, cæterisque heroicis virtutibus nihil nostrum, sed tantum quæ Christi sunt, spectemus: misericordiam ad proximum cum fide coniungamus. Propterea enim in Baptismo, oleo, siue chrismate inungimur, non tantum in pectore, vt fratrem propter Christum amemus, & in scapulis, vt eius onera feramus; sed etiam in vertice, vt quæ proximi sunt, ex nobis ipsis intelligamus. Beatus enim, qui intelligit super egenum, & pauperem. Denique dum extremè laboramus, vinctio per Sacerdotes adhibetur, non solum vt peccatorum reliquiæ remittantur, sed

vt etiam ad extremos agones, & lucta cum morte corroboremur, & memores reddamur de oleo coram Christo portando. Nam fortassis ob hanc causam morientium manibus candelam admouemus, vt tanquam sponsa cum lampade accensa Dño occurrant, & tanquam serui habentes lucernas ardentibus in manibus suis aduentum expectent, quãdo reuertatur à nuptijs Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre simul, ac Spiritu sancto perpetuò viuit, & regnat in secula seculorû. Amê.

TRACTATUS XXXIX.

In parabolam Talentorû; cuius tantum meminit B. Matthæus cap. 25.

SCILICET enim homo peregrinatus proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.

Præcedenti parabolæ hæc immediate subiuncta est. Cùm enim in illa de decem virginibus concludisset Dominus: Vigilate itaque, quia nescitis diem, neq; horam, statim cum coniunctione subiunxit causali; Sicut enim homo peregrinatus proficiscens, &c. volens præsentis parabolæ modum exigendæ rationis in iudicio, & quomodo ibi cum otiosis agatur, & quàm vanæ sint hominum excusationes, quod Dei gratia, vel talentis sint destituti, describere; & quanto præmio afficiendi sint serui Dei talenta sibi diuinitus tributa multiplicando; quantoq; supplicio puniendi sint serui ingrati, & otio detiti. Chrysostomus autem super Genesim, & Clemens Alexandrinus lib. Stromatum, insinuare videntur, hanc parabolam de Doctoribus maximè, quibus credita sunt talenta, id est, diuina, & casta eloquia, quæ sunt vt argentum igne examinatum, esse accipiendam: cæterum non excusari alios auditores, & inferiores, à quibus vt numularijs Deus exigeret non solum

Iacob 5. Moribundi candelam cur manibus teneant. Luc. 12.

Quid doceat in hac parabola.

Alter sensus Chrysostomi. hom. 41. in Genesim, p. pe. initium, tom. 1. Clem. Alexand. lib. 1. Strom. Psal. 11.

talentis

Vsura vbi non tantum licita, sed bona etiam, atque laudabilis.

Cice. lib. 3. de offic.

M. Catonis de vsura iudicium.

Christi talenta quo pacto multiplicanda.

Euthym. c. 60. in Mattheum.

Theophyl.

2

Huius parabole talentum ab illa minarum duplex discrimen assignatur.

Luc. 19.

Chryso. hom. 79. in Mattheum tom. 2.

3

Ab hac etiam parabola illa boni, & mali dispensationis a B. Matth. c. 24. descriptam longe differre.

4

Talenti Attici & Hebraei differre; & quo de illorum altero sit sermo.

talentum, sed vsuram, hoc est, augmentum, & fructum verborum diuinorum. Et quanquam dare ad vsuram, in temporalibus, peccatum sit, & quidem graue, adeo vt Ethnicus quidam, teste Cicerone, scelus homicidio æquiparet: in spiritualibus tamen licitum est, & gratum Deo officium: imò quo plures vsuras quis nouit exigere, vel alter soluere, eo sanctior est, & remuneratur copiosius. Debent igitur tales seruare talenta commissa in seipsis fructificando, & in fratribus, ad viam bonam illos adducendo. Atque hic sensus Chryso. qui, quem sequitur Euthymius & Theophylactus, tanto magis mihi probatur, quanto Ecclesia, quæ fida est Diuinorum verborum interpret, hanc parabolam in solennitatibus Sanctorum Confessorum, atque illustrium Doctorum legere consuevit. Et hæc de scopo.

Circa similitudinem primò statuedum, hanc parabolam differre ab illa minarum, quæ habetur apud Lucam, vt ex multis differentiis docet Chryso. quia illa dicta est ante diem oliuæ, hæc post: illa, ad ostendendum punitionem Iudæorum rebellium, hæc autem ad monstrandum modum Diuini iudicij. Et ne videar actum agere, non laborabo in re hac indicanda, quam fusc in prædicta alia parabola sumus persecuti.

Deinde hæc parabola distincta est ab illa, quæ habetur Matth. 24. vbi seruus vnus præest toti familie, & super omnia bona sua à domino constituitur: & alter dissipans bona, percutiendus seruos & ancillas, diuiditur, parsque eius ponitur cum hypocritis: quia hæc illi addita est ab eodem Mattheo; vt intelligamus, iudicium exterius non tantum ad eos, qui bona Domini dissipant, sed ad eos etiam qui non lucrantur, siue causa sunt minoris lucri, per tenere.

Tertiò constituendum, talentum Atticum monetam esse, siue pondus auri, vel argenti rudis valens minas sexaginta, hoc est, aureos monetæ duos catos sexcentos. Sed hoc loco loquitur de talento Hebraico, quod Hebraeis dicitur Cichar. Eratque pondus

centum minarum, sicut & talentum Ægypticum. Quod ostendit Iosephus lib. Antiquit. cum pondus aurei candelabri dicit fuisse centum minarum: Hoc pondus, inquit, Hebraei Cichares, Græci Talentum sua lingua nominant. Sic ille. Vbi Græcè Iosephus ait *καχάρης*, quod respondet verbo Hebraico Cichar. Illud aduerte, verbum illud Iosephi Græcum respondere potest, quod Itali vocant Citaro, id est, pondus 270. circiter librarum, quæ alibi rotuli appellantur: de qua re loco alio locuti sumus. Fingitur hæc parter familiæ proficisci peregrè ad lucrum maius negotiatione comparandum: & seruis suis prius reliquisse bona sua, non quidem omnia, sed partem eorum, de quibus lucrum poscebat, reliqua verò filio, vel amico dimisit, et si faceatur, quod non esset ad rem. Finguntur lucrum comparasse emendo possessiones, vineas, campos, vel negotiando, vel etiam ad mensam pecuniam dando. Quanquam hic tertius modus soleat esse periculosior hominum vitio, & rei ipsius difficultate: quia sæpe quod illicitum est, honesti speciem habet. Malus autem seruus, quia ad Dominum minus bene erat affectus, & quia otium amabat, noluit negotiari, ne videlicet negotiatio perderet: vnde casu, vel timore abscondit talentum. Post multum tempus dominus reuertitur, bonos diu fideles, & malos diu pigros ostendens. Posuit autem rationem cum seruis de forte accepta, & lucro, siue dispendio: hinc libri mercatorum ratiocinia continent. Bonusque seruo dixit, *Euge serue bone, & fidelis*: quod ob lucrum, & fauorem dicitur serui, cui laus in parte mercedis datur. Et dicitur bonus, quia affectus ad dominum, atque illi morem gerens. Ait verò, *Super pauca fuisti fidelis*; respectu scilicet facultatis dñi, & tibi, & tuæ industriæ committendorum. *Intra in gaudium domini tui*. Vt sis particeps fructuum domini, quia fortè domi conuiuium ob aduentum seruorum celebrabat. *Accessit malus seruus, dicens, Domine, scio quia homo durus es: metis vbi non seminasti, &c.* Quod per exaggerationem intelligendum

Ioseph. lib. 3. Antiquit. cap. 10.

Cichar Hebraeis quid teste Iosepho.

Sensus historicus huius parabole.

Lucrum minus tutum terè quod.

Bonus seruus quis.

Intrare in gaudium dñi tui, quidam licetiam.

est;

Quorum id: Sciebas quia meto vbi non semino, & congrebo vbi non sparsi.

Quibus cum tua, & licita negotiatio.

Quibus olim foenerari cõcellum. Deut. 23.

5 Homo peregrè proficiscens quis ille.

Act. 1. Quomodo peregrinatur

Gregor. hom. 9. in Euangelia in initio, tom. 2.

est; id est, Rapis aliena. Et subdit: *Et timens abij, & abscondi talentum tuum in terra*. Nonnulla erat legitimæ excusationis species, sed minimè sufficiens. Quem Dominus redarguit, dicens, *Serue male, & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrebo vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs*. Significat; Si non audebas aliter negotiari, debebas saltem ad mensam ponere. Nótamè Dominus ad id illum restrinxerat, quia non esset industria illorum, nec propterea laudarentur: idè non sunt vsi hac securæ negotiationis specie. Nam id dominus facere potuisset per se ipsum; nummularij enim dedissent vsuram propter mutuum, vel vsuram leuiorem soluerent, vt alijs gratiores possent imponere: cum his autem negotiari, nullum periculum immineret seruo, nullaque ferè industria, ac sollicitudo fuisset, nisi solum in recuperando. Et id dominus volebat facere, cum ait: *Veniens ego, recepissemetiq; quod meum est, cum vsura*. Nummularijs autem maior labor imminet, quia cum multis agunt. Et si autè dare pecuniam suam ad vsuram, minimè licitum sit: tamen loquitur secundum illud tempus, quo vsura cū extraneis habebatur licita: & ob id quia licito lucro nõ studuit, damnatur. Et loquitur secundum existimationem ipsius serui, id est; *Quia tu existimabas quod meterem vbi non seminabam, debebas consequenter existimare, quod lucrum vsuræ acciperè*. Et hoc quadrat contextui ex ore proprio seruorum cõdemnanti. Et hæc sufficiant de cortice literæ.

Circa sensum præcipuè intentum, homo iste in primis Christus Dominus est, qui ascendens in cælum, peregrè profectus est, sed ita, vt se reuersurum prædixerit, attestantibus Angelis in ipsius Domini ascensione, & dicens tibus, *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quem admodum vidistis eum euntem in cælum*. Pulchrè autem dicitur peregrè profectus: quia, vt Gregorius ait, *Carnis locus proprius terra est, quæ quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorem nostrum in*

cælo collocatur. Sinit etiam nos liberè operari ac si abesset; cum tamen præfens, & intus nobis sit. Longanimis etiam est, neque statim rationem commisi talenti exigit, sed ad tempus expeccat. Peregrè etiam proficiscitur, vt exponit Chryso. propter charitatem Christi ad fideles, à quibus non aliter diuellitur, quam spòsus ab amantissima coniuge, & à dilectis filijs, à quibus ad tempus abesse cogitur. Denique facit nos Christus per fidem ambulando peregrinari ab ipso, vt nõ tantum ipse à nobis, sed nos ab ipso peregrinemur. Oratio ista: *Sicut enim homo peregrè proficiscens, incompleta est, & perficienda est hoc modo: Simile est regnum cælorum, sicut homo peregrè proficiscens, vel alio consimili modo.*

Vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talenta, alij autè duo, alij verò vnum: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Omnes quidem fideles tanquam seruos vocat Dominus ad salutem, & gratiam, quibus ait; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*; paucos autem ad negotiationem in cura animarum gerenda accire solet, vt Episcopos, Sacerdotes, Diaconos, Doctores, & Pastores: & tamen multi non vocati, à se ipsis veniunt. Et quamquam Deus omnibus etiã qui se ipsos ingerunt, conferat potestatem Episcopatus, siue Sacerdotij, siue munus docendi, & pascendi: à se tamen electis, & non nisi suo Spiritu ad munus Euangelicum euocatis, præter illam potestatem, gratiam conferre solet, vt idoneè, & cum fructu animarum munere defungi queant: ita vt dicerè valeant cum Apostolo, *Per quæ accepimus gratiam, & Apostolatam, &c.* Et in alio loco; *Qui & idoneos nos fecit ministros Noui Testamenti.*

Distribuit autem bona sua, ita vt vni daret quinq; talenta, alij duo, alij verò vnum: vnicuique; alij plus, alij minus, secundum propriam virtutem, & virium facultatem; id est, suam industriam, prudentiam, fidem, & diligentiam, prout videbat ab vnoquoque posse fideliter administrari.

Carnis locus proprius.

Act. 17. Quam longanimis sit Christus, & quare peregrinetur. Chryso. homil. 79. in Mattheum. 2. Profusus eiususdè in nos amor. 2. Cor. 5.

6

Matth. 11. Quos vocet ad spiritalè animarum negotiationem Dominus. Ephes. 4. et 1. Cor. 12.

Rom. 1. 2. Cor. 3.

7

Cur alij plura, alij pauciora à Domino talenta percipiãt.

Diuisio

Diuisit igitur Dominus inæqualiter etiam ipsis Apostolis, tum ob pulchritudinem Ecclesiæ, quæ ex varijs gradibus resultat; tum ob capacitatem maiorem, vel minorem: & vnumquëq; Deus pro sua mensura implet. Varietas autem in tres distinguitur gradus, & in parabola decem minarum, & in ista: quia omnes boni sunt plus, vel minus recipientes, vel mali omittentes. Omisio autem vt talis est, non recipit magis, & minus, cum sit priuatio: idè vnus malus tantum punitur seruus, & duo boni renuntiantur. Et quaquam hos numeros varijs modis Patres interpretentur; nempe quinq; duo, vnum, & quidam eos referant ad quinq; libros Moyfi, vel ad quinq; sensus hominis, vel ad quinq; Christi vulnera, & alijs modis, possumus tamen breuius dicere, quæ in Ecclesia exercentur ad meritum, quinq; esse bona. Primum, bonum naturæ, & ingenium, & ratio. Secundum, bonum gratiæ. Tertium, bonum scientiæ, ad docendum. Quartum, bonum commissæ potestatis, ad gubernandum. Quintum opulentiæ, & diuitiarum, ad vtiliter dispensandum. Hæc autem quinq; dantur omnibus pastoribus, quos Deus per seruos suos legitime vocat. Duo verò talenta, sunt naturæ, & gratiæ bona; vnum verò talentum, naturæ est: quod omnibus datur, de quibus in lib. 1. Paralipomenon mysticè agitur: ibi enim mentio fit talenti auri, argenti, æris, & ferri, & apud Zachariam plumbi. Possumus autè hæc talenta aptè accommodare, ita vt talentum auri, sit gratia animam ditans: argenti, scientia Scripturæ, quæ sonore est prædicanda: ferri, quod omnia domat, potestatis est coërcētis: æris apti ex se in alia conuerti, naturæ bonum est, quæ alijs applicatur: plumbi, quod grauisimum & vile est, pondus, diuitiarum opulentiæ designat.

Hieronymus verò, quem sequitur Gregorius, per quinq; talenta intelligit bonum rationis vsum in quinq; sensibus: duo talenta, intellectum, & operationem: vnum verò, intellectū. Porro alijs breuiter, & simpliciter dicunt quinq; talenta accepisse Christi-

stianum, qui nouit Christum pro se in cruce quinq; plagis vulneratum: duo verò talenta, Iudæum, qui præter rationem legem Moyfi acceperat: vnum verò talentum, Gentilem. Et ita parabola comprehenderet vniuersos homines in legibus diuersis. Alij verò non sunt solliciti in hisce numeris extricandis: sed in his tribus numeris signari perfectos, proficientes, atq; incipientes: & alios plus, alios minus, pro Diuinæ bonitatis dispositione, accepisse. Et subdit: *Vnicuiq; secundum propriam virtutem.* Id est, secundum capacitatem seu captum naturæ, vel fidei, vel humilitatis, quæ vas est ad omnia Dei dona recipienda disponēs. Hanc tamè dispositionem ab ipso habent, à quo & talenta. Nulli præterea talentum dedit, cui vires non dederit ad eius talenti vsum. Nam vt naturæ prouidentia hæc est, si cui dat formā, det quoq; ea instrumenta, & adiumenta, quibus forma suas functiones exequatur: similis est Dei prouidentia, nā dat talentum, & vires ad talenti vsum.

Qua in re docuit nos, vt cum locū Dei sustinemus, Diuina dona alijs cōmunemus, non quidem æqualiter, sed singulis pro captu suo. Vnde Paulus Corinthijs non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: *Tantumquam paruulis in Christo lac potum dedit, non escam. Nondum enim poteratis, inquit, sed nec nūc quidem potestis.* Et vt qui docent, debent dare vnicuiq; doctrinam fidei, sicut ille capax est: ita & qui docentur, non debent pati maiora sibi dici quàm ipsi capiāt. Vnde Hieronymus in hæc verba ait: *Non super largitate, aut parcitate alteri plus, alteri minus tribuens, sed pro accipientium viribus, quomodo & Apostolus eos qui solidum cibum capere non poterant lacte potasse se dicit.* Hæc ille. Similiter & qui docentur, admonentur non quærere altiora se, iuxta illud Petri: *Quasi modò geniti infantes, lac concupiscite,* id est, Nō petatis ardua in fide, quæ sunt solidus cibus; sed parua, quæ sunt, vt lac, id est cibus tener; & sit illud lac tantum, quantum secundum rationem capitur à vobis. Sed quo hæc plenius intelligantur, cō-

Illud: Vnicuiq; secundum propriam virtutem, explicatur.

Naturæ, Dei que prouidentia, ea quibus imitanda potissimum.

1. Cor. 3.

Ecclesiastici 3.

1. Pet. 2.

stituo

Animatio nis pariceps quatenus æqualis sit in omnibus hominibus, quatenus verò inæqualis.

Gradus animæ humanæ

De quibus Dei donis nullā sumus reddituri rationem.

Abulens. q. 133. in Mat. the. c. 25.

stituo primū, animam, quantum ad essentiam suam, æqualem esse in omnibus hominibus; quantum autè ad gradum perfectum essentiæ, non esse æqualem in omnibus. Etenim cum anima creatura quædam sit, hoc ipso finitum, & limitatum esse habere oportet. Caret autè terminis per se, vel ex natura sua, quia esset hypostasis per se subsistens, vt Angelus: ergo ex corpore, cui vnitur, terminos habet. Et in ipsa quidem vnione, & non antè, quia non posset vniri deinceps, vt forma semel terminata: neq; etiā post, quā nullos haberet terminos, quia in se anima nihil per successionem acquirit, sicut corpus. Dispositio igitur corporis ad animam humanā requisita causa est, quod anima perfectior sit, vel imperfectior, hoc est, vt summa sit, vel mediā, vel infima in specie humana.

Primum igitur donum ex his, quæ simul cum esse datur, corporis est dispositio: quæ quia primum donū est, non dat illam Deus secundum capacitatem, quia ante hoc nihil erat disponens. Et de hoc nulla exigitur ratio, quia non est ad lucrum comparandum accommodatum, hoc est, immediatè agens, sed donat illud Deus, prout vult dare animam, atq; ad illum finem ordinat cælum, semen, & reliqua omnia. Secundum autem captum corporis, hoc est, eius dispositionem, datur secundo animæ terminatio, per quam est hoc, vel illo modo perfecta, vt exigit talis dispositio, non autè minus, neque magis. Non minus, quia Deus non est avarus in dādo: nec magis, quia non potest corpus plus capere. Hinc necessariò captus animæ sequitur capacitatem corporis. Atque hæc est Episcopi Abulens. sententia in hunc locum: quem secutus videtur Caietanus in primā part. q. 85. art. 7. & B. Thomam eodem loco ita interpretatur, & cæcos vocat eos, qui aliter Thomam interpretantur. Producit quoque rursus Thomam in 2. senten. distin. 32. quæst. 2. art. vlt. De hoc autem secundo dono, quia non immediatè agit, nempe tale esse animæ, sed per facultates suas, quas potentias

Theologi vocant, reddenda est nulla ratio: etiā debeamus tā de hoc, quàm de priori dono, quod eius radix existit, gratias immensas Deo agere. Tertium donum consequens corporis dispositionem, sanitas est, sine qua imperfectæ operationes sunt, itè robur, quod directè iuuat ad actiones præstādas, quemadmodum vigor sensuū, qui summè ad id conferunt, propterea de illis reddenda est ratio. Pulchritudo autem ad agendum nihil confert; agendæ tamen sunt gratiæ donatori. Atque hæc quidem ita dantur iuxta captū, vt nec minus, quia Deus non est avarus; nec plus, quia corpus amplius non capit, donentur. Externa præterea bona, vt diuitiæ, dantur quidem; sed nō pro captu animæ, vel corporis, quemadmodum regnum hypocritis datur, ppter peccata populi, sunt enim minima, & abiecta bona. Porro intrinseca corpori, vel animæ postea aduenientia, dantur quidem prout tantum sunt homines capaces: sed cum ea Deus augere vult, auget capacitatem, vt cum largitur scientiā, prudentiam, virtutes, & alia dona gratis data. At gratiam primam iustificatē, & gratum hominem Deo reddētem, dat quidem pro mensura gratiæ præuenientis, & conatu animæ præfenti, & similiter augmentum gratiæ. Semper ergo dat iuxta capacitatem præsentem, quia non est avarus: sed cum plus dare decreuit, magis facit capacitatem. De quibus Apostolus: *Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, &c.* Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult.

Quod verbum minimè pugnat cū eo, Vnicuiq; secundum propriam virtutem: quia, vt diximus, cum cuiquam aliquod donum dare disponit, prius donat pro volūtate sua capacitatem, seu dispositionem, siue meritum, ad id quod dare vult, idoneè præparans. Ita etiam intelligendū est illud Apostoli: *Vnicuiq; autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi:* id est, non iuxta dignitatem nostram, vel merita nostra sed pro

Iob. 34.

Gratiam gratum efficiente Deus homini quatenus dicit.

1. Cor. 12.

Si vnicuiq; talentum daret Deus secundum propriam virtutem: quomodo igitur dicitur Spiritus diuidere singulis prout vult.

Ephe. 4.

Verbum Apostoli: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, quem sensum habeat.

volun

Ambros. li- bro 2. De vocat. Gen. cap. 2. post med. tom. 2. Quo sensu Prosper A- quitanus il- lud: Vnicui- que secundū propriā vir- tutem, inter- preteretur: se- cundū natura- lem pos- sibilitatē, nō autem secun- dū ppiū meritum.

Seruis Dei quatenus ta- lenta tradan- tur.

1. Cor. 4.

1. Pet. 4.

Quid est quod pater familiās tra- ditis cuique seruorum ta- lentis, profe- ctus est sta- tim.

Matth. 21.

IO

voluntate ipsius Christi, qui volens plura dare dona, prius maiorem con- fert capacitatē. Igitur (ait Ambrosius, aut potius Prosper lib. De vocatione Gentium) secundum propriam & natu- ralem possibilitatem, non autem secun- dum proprium meritum: quia aliud est posse operari, aliud operari: & aliud est posse habere charitatē, aliud habere charitatem: & aliud est capacem esse cō- tinentiā, iustitiā, sapientiā, aliud verò esse continentem, iustum, atq; sapiētem: Hæc, inquam, Ambrosij verba nō tol- lunt vel meritum augmenti talentorū, vel meritum vitæ æternæ bono vsu talentorum comparatum: quia hīc tantum est sermo de talētis seruis do- natis, ante quæ non ponitur vllū meri- tum talenti, sed tantum natura, quæ in diuersis variam habet virtutem, & am- plitudinem, vt explicatum est: ex ac- ceptis autem talētis, & ipsorum vsu resultat ipsum meritum. Hæc autem dona tradit seruis suis Dominus; non tanquam dominos faciens istorum do- norum, vt orientur, & glorientur in eis, sed quo dispensatores eos consti- tuat, & negotientur, ac sua domino lucrum afferant, & vt ea expendat in præscriptos vsus eorum, pro quibus bona illa tradita sunt. Ita ait Paulus: Sic nos estimet homo vt ministros Chri- sti, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Et Petrus, V- nusquisq; sicut accepit gratiam, in al- terutrum illam administrans, sicut bo- ni dispesatores multiformis gratiæ Dei. ¶ Et profectus est statim. Quia postquā donat munera sua, libertati nostræ, in qua nos constituit Deus: vt agere pos- simus vel benè, vel malè, otari, vel ne- gotiari relinquit. Sic enim quandiu Dominus astat, serui illi velut cogituri ad opus: & plerunq; pigerimi serui ad sudores vsque laborāt; ipso autem absente, liberius agunt, neq; probatur seruorum erga dominum fides nisi ab- sente domino. Hoc est ergo quod ait, Profectus est statim: sicut de vinea dixit, quod locauit eam agricolis, & per- egrè profectus est: nam idem est sensus verbi huius in vtrāq; parabola.

Abijt autem qui quinq; talenta acce-

perat, & operatus est in eis; & lucratus est alia quinq; talenta. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. In his duobus forma fidelium seruorū pro- ponitur, qui diligenter talentis ad lu- crum domini vsi sunt. Dicitur autem abire, siue in sui considerationem in- grediens, & id quod acceperat, reco- gitans, vel abijt, qui profectum fecit, & vterq; duplicauit donum quod ac- cepit. Qui enim prudentia, aut scien- tia, aut gratia sermonis, aut potestate sibi commissa, aut diuitijs non tantum sibi prodest, sed & alijs, tam viris, quā fœminis sanctè operando, & rectè do- cendo prodesse voluit, proculdubio talenta sibi credita duplicauit. Nam in duplicato maximum mercimonij lu- creū significatur. Et vt Euthymius in- terpretatur: Duplicant ea quæ sibi con- credita sunt, omnes qui proficiscuntur ad salutem discipulorum, facientes eos: rursus præceptores aliorum. Hæc ille. Vnde Apostolus rectè dixit: Hæc com- menda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Denotat etiam hæc duplicatio, quod ex actionibus nostris bonis Deus habitus infusus in- tendat: quia ad id disponunt actus, il- ludq; promerentur, licet non efficiant: habitus autē acquisiti etiam efficiunt, & intendunt.

Qui autem vnum acceperat, abijt for- dit in terram, & abscondit pecuniam do- mini sui. In hoc forma mali & pigri serui proponitur, qui non est vsus ta- lentis, vel in secreto ea tenēdo, & ne- gotiando, vel occupando in terrenis & mundanis ingenium. Describitur hic solus, qui vnum talentum accepit, decoxisse, quasi eorum, qui quinq; & duo talenta acceperant, nullus extite- rit, qui talentis sit abusus: nam & ex illis nonnullos excidisse probabile est. Sed quia frequētius accidit in primis illis qui magnam charitatem habent, etiam minores gratias, quæ gratis da- tæ vocātur, nedum magnas, bene ex- pendere; propterea in postremis acci- pientibus talentum vnum, exemplum posuit. De illis, etiam si absconderent quinq; vel duo talenta, mirū esse non deberet, si arguerentur: quod verò il- le, qui vnum accepit talētum, atq; eo

Quinq; & duo talenta accipientes quos deno- tent.

Quemadmo- dum illi ab- eant ad mul- tiplicandum talenta sibi commissa.

Credita sibi talenta qui duplicent.

Euthym. c. 60. in Mat- thæum.

2. Tim. 2.

Quid hæc ta- lentorum du- plicatio sig- nificet.

II Credendum si- bi talentum quis abscon- dat in terrā.

Quorum ty- pus ille sit.

abusus

Vt quis sal- uetur, multis talentis non necessario indigere:

Luc. 19.

Furtum A- chan cui si- mile. Iosue. 7.

Achani il- lus imitatio- res.

12 Magnos Dei seruos imma- tura morte non solere preuenire, te- stis est Gre- gorius. B. Gregor. hom. 25.

Ioann. 21.

abusus est, nullā possit iustā obtēdere excusationē, illud mirabile videtur, & magnū terrorē incutit, quod si is, qui vnū talētum otiosum habens à dño lucri cupido tā seuerè est cōdēnatus; longè magis qui pluribus acceptis ta- lētis nihil lucri attulerūt. Multi ergo habentes quinq; talenta, saluati sunt, multi etiam suo vitio damnati: rursus multi vno talento salutē assecuti sunt, ac multi rursus, qui vnum, vel plura ta- lēta acceperāt, salutē amiserūt. Quod alia parabola isti quā simillima demō- strat: nā apud Lucā tres serui propo- nūtur, & singulis singulæ minæ datur. Et primus sua mina lucratus est alias decem. Secundus, sua mina quinq; vlti- mus vero suam quā acceperat abscon- dit in sudario. Fodit ergo in terrā, vt reponeret talentū: cū terra esset effo- diēda vt erueretur abstrusum talētū. In libro Iosue legimus, Achan inter spolia terræ infodisse palliū coccineū valde bonū, & ducentos siclos argētī, regulāq; aureā quinquaginta siclorū. Quod loco præsentī iuxta mysticum sensum accommodari potest. Abscōdit enim vnum ex tribus talentis, vel tria simul, qui argentum eloquentiæ natu- ralis, & acquisitæ, vel regulā aureā iu- stitiæ ad dirigēdos actus virtutū, quā nouit, & pallium coccineū charitatis in aliorum salutem exponendæ deie- cto, ac timido animo in terrā abdidit. Post multū verò temporis venit dñs seruorum illorū, & posuit rationem cū eis. Post multum temporis est dies iu- dicij omnibus, cuiq; verò in morte. Solent magni prædicatores, & verbi Dei ministri, & qui magna talēta à Deo acceperunt, nō ita matura morte pre- ueniri, vt testatur B. Gregorius: hinc Petro dictum est: Cū senueris, extends manus tuas: & Paulus se interdum se- nē appellat, & Ioannes Euangelista longam vitam traduxit, vt in vtrāq; epistola se seniorem appellet. Malorū verò, & infidelīū ministrorū, quoduis tempus longum est secundū æstima- tionem nostrā. Et quanquā Christus abusum cognoscat, dissimulat tamen, & dicitur venire per mortem. Quæ, si cut cōuersio ad Deū, in potestate no- stra non est, sed Dei: idē ille venit

ad nos, non autem nos ad illū. Ponit autē rationem, quia agit nobiscū ita, ac si poneret rationem, vt nos remu- neret; cū tamen rationem non po- nat qui nouit omnia, & nos quid fu- turum sit, ignoremus. Qui quinq; talenta acceperat, dixit; Ecce alia quinq; superlucratus sum. Id est, Ita pronūtianda est à iusto iudice sentētia, ac si ita diceret, & sciret sibi esse dicēdum. Serui autem vtilēs, & si deles in bonæ cōscientiæ testimonio prodibunt cōfidenter, procedentq; obuiā Dño, & lucrum suum adferent: nō quod ibi sua iactabunt merita, sed quod vniuscuiusq; cōscientia mōstra- bit quæ egerit, & quā fidelis Dño fuerit. Opera enim illorum sequūtur il- los. Et ibi seruis fidelibus fiet bona re- tributio propter lucra quæ attulerint, non propter bona quæ acceperant: & vnicuiq; illic reddetur nō secundum dona sua, sed secundum opera sua. Quod ait, Superlucratus sum, Græcè dicitur, Lucratus sum in eis: quod per inde est ac dicere, superlucratus sum, vt habet nostra lectio. Atq; hinc colli- ge in primis rationē meriti in bonis operibus sitā esse: quia propterea lau- datur hic seruus, qui talenta multipli- cauerat. Deinde agnosce vim liberi ar- bitrij in eo quod ait, superlucratus sū. Agnosce & ex alia parabola vim gra- tiæ Diuine operantis nobiscum, cū dicitur: Dñe, mina tua decem minas acqui- siuit. Ex quibus colligitur ad boni o- peris meritum, nec solum liberū arbi- trium, nec solā gratiam, sed vtrumq; mirificè concurrere. Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia su- per pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudiū domini tui. Laudat dominus seruum bene operā- tem, mercedemq; laborum suorū pe- tentē: quē Hæretici nostri traducūt, & vituperāt quasi vilē operarium, & mercenarium. Nam si de initio, id est, de conuersione peccatoris pœnitentiam agētis gaudium est in cælo, quā- to magis de termino? Euge, ait, Græcè dicitur iū, id est, bene, siue rectè. Est- que vox applaudentis, & approbātis, quā pulchrè interpret noster ver- tit dicendo Euge. Seruum bonum, &

Deus ponat rationē no- biscum quo- modo.

13 Quis dicat: Ecce alia quinq; ta- lenta super- lucratus sum

Apocal. 14.

Matth. 16.

14

Ratio meriti vbi cōsistat.

Liberi arbi- trij vis, & gra- tiæ Diuine, Luc. 19.

Ad Diuinam gratiam que- necessariò concurrant.

Qualem ser- uum laudet Dñs, Hæreti- ci vituperēt infelices.

Luc. 15.

Euge quid.

Serui præ- mium fide- lis.

Ff fidelē

fidelem agnosceret tunc Dominus: quoniam omnis qui confessus eum fuerit coram hominibus, & usque ad mortem fidelis fuerit, hunc & ipse confitebitur coram Patre, & Angelis.

Super pauca, inquit, fuisti fidelis. Respectu eorum bonorum scilicet, quae summa sunt, & in premium gloriae expectantur. Vel pauca talenta respectu tentationum huius vitae, à quibus magna gratia vix defendimur, ut majori bello etiam pauca acquirentes triumphemus: sicut Romani pauca magna hostium strage acquirentes, triumphum, & multa sine strage multorum operantes, oratione utebantur. Nec hoc dicitur ad vituperationem serui qui laudatur, sed ad laudationem domini supra condignum remuneratis. Quod ait, Super multa te constituam; hoc est, super omnia bona mea: nam minus dicit, & maius significat. Super omnia autem seruos fideles Christus constituet, quando eos iuxta verbum Apostoli, suos coheredes, & patris sui haeredes efficiet, ac iuxta sacram Apocalypsim Reges & Sacerdotes efficiet, ut regnent super terram viventium in secula. Intra in gaudium domini tui. Id est, quo ipse dominus gaudet in seipso: quia haec summa felicitas est, laetari de gloria Dei: vel quod praestat per se ipsum, non per creaturas, ut hic facit. De eodem ergo gaudio, quo Deus gaudet, participat beatus, ut propterea dicantur edere, & biberere in mensa sua. Quod verò dicitur de multiplicante duo talenta, Super multa te constituam: illa multa non sunt aequalia multis promissis multiplicanti quinq; nisi in hoc, quod vitata poena, obtinetur summa gloria. Non est autem par gloria in caelo; sicut nec aequalitas gratiae, vel talentorum. Intra in gaudium, tanquam in cubiculum quoddam: nam supra se habet gaudium de visione Dei: intra se, de pace conscientiae: sub se, de corporis glorificatione: & extra se habet gaudium de aliorum beatorum consortio. Modò autem intra in nos gaudium, quia nos magni, & gaudium paruum: contra in caelo, nos quidem parui, gaudium autem immensum.

Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es: metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti. Et timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Haec, secundum quosdam non possunt applicari, quia dona Dei, & talenta nequeunt furto auferri, & cum exercentur, crescunt, otio autem minuuntur. Nec est timendum ob veredundiam paruitatis donorum: nam donata ex Deo, & non ex nobis sunt, & in parua habentibus haec accidunt. Possunt haec etiam dici aduersus eos, qui falso Deum insimulant, quasi impossibilia praeeperit; & propterea se de negligentia excusant. Ex duritia autem domini recte infertur timor pendendi, sed non abscondio talenti. Quae ergo dicunt: Scio quia homo durus es: metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti: quibus verbis, quasi proverbio quodam, magna rigiditas, & leueritas designatur; vel non sunt applicanda, quoniam ex opinione mali serui profecta sunt: vel etiam aliquo modo sensum habent, ut dicamus, Dominum ex peccatis quae non seminant, velle usuram, & fructum poenitentiae, & humilitatis, & maioris post-calam feruoris, & prudentiae. Ex poenis etiam & supplicijs, quae ipse non seminant, quia Deus mortem non fecit; fructum exigit poenitentiae, humilitatis, & precationis. Sunt & verba haec quorundam haereticorum, quales olim Pelagiani extiterunt, qui opera sua bona putabant non à Deo seminante, & gratiam infundente, sed propria virtute effici: à quibus tamen operibus Deum gloriam suam, & laudem, & gratiarum actiones velle mereere dicebant. Gloria quidem sua, ut propter eam fiat; & gratiarum actionis, quia opera eius facta sunt. Rursus metis ubi non seminasti: quia rationem exigit de fructu populi, qui ad praedicationem verbi Dei conuerti possunt.

Vel si haec Gentili applicentur, qui relictus est in vno talento summissis naturalis, dicendum esse, Deum in metere fidem, ubi non seminasti verbum praedicationis, aut perse, aut per alios: & hoc est serere, ut exponit Dominus. Quem sensum confirmat Hieronymus

16 Primus sensus huius loci: Sciebam quia homo durus es, & quae sequuntur.

Alter.

Haec verba: Scio quia homo durus es: metis ubi non seminasti, &c. Domino quatenus valeant applicari.

Sapient. 1.

De operibus bonis vnde proficiuntur, falso olim quidam serine Pelagiani.

17 Altera verborum illorum applicatio.

15 Quare in pauca fuit fidelis ille seruus.

Christus seruos fideles quando constituet super omnia. Rom. 8. Apocalyp. 1. & alijs infra. Intra in gaudium domini, quid.

Ecclesiastici 24. Luc. 22. Quinque talenta multiplicas, & qui duo multiplicauit, aequae intrent in gaudium domini, quo modo.

De quibus gaudebunt serui Dei in caelo.

Hieronym. in Matthae. lib. 4. tom. 9.

Rom. 2.

18 Illud mali serui & pigri ad dominum suum: Ecce habes quod tuum est: quae sensum habeat.

19 Otiosorum qualis excusatio.

Abscondere talentum in terra quid.

mus his verbis: Ex eo quod malus seruus ausus est dicere, Metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti, intelligimus etiam Gentilium, & Philosophorum bonam vitam recipere Dominum, & aliter habere eos qui iuste, aliter qui iniuste agant, & ad comparationem eius qui naturali legi seruiat, condemnari eos qui scriptam legem negligant. Haec ille.

Quod verò subdit: Ecce habes quod tuum est: difficile videtur quibusdam intellectu, aut quomodo possit applicari: qui enim gratiae abusus est talento, quomodo dicere potest, Ecce habes quod tuum est? Sed facile expediemus, si memores simus, eum, qui unum talentum accepit, significare eos, qui tantum rationem, & intellectum acceperunt: hic autem agnoscit, naturam donum esse Dei, dicendo, Ecce habes quod tuum est: sed non satis est hoc, nisi natura utaris bene. Idem etiam, si per talentum unum intelligas scientiam, vel sacerdotij potestatem: quia cum haec peccato non amittantur, possumus Deo dicere, Ecce habes quod tuum est.

Sed excusationem serui refellit Dominus, dicens: Serue male, & piger, sciebas quia meto ubi non semino, & congregas ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & veniens ego recepissem utique quod meum est, cum usura. Hic piger seruus pigritiae suae praetexit timorem domini, quo se dicit retractum ne operaretur. Ita otiosi ne pereant, plerumque praetexit timorem Dei, allegantes quod est in usu donorum periculum: & quod illi, qui publice aliquo officio occupantur, aut aliorum salutem volunt proficere, facile in aliquod peccatum labuntur, & minora esse pericula his qui sibi ipsis solis viuunt, & dulci otio fruuntur. Deus, inquit, seruus est iudex: difficile est illum, qui publicae utilitati intendit, non offendere: & qui in paucioribus se occupat, peccat minus: Melius est, ut in otio mihi viuiam, & sim securus de mea salute, quam si multos lucrer, & ipse forte peream. Custodiunt isti quidem talentum, sed in terra absconditum,

& lucrum non faciunt. Quoniam plerumque huiusmodi videntur vitam factis probam ducere, & quantum ad se ipsos attinet, abstinent à communibus hominum ceterorum vitijs. Veruntamen his rebus Deo non satisfaciunt, cuius in vanum acceperunt gratiam, quam illis Deus non pro se tantum, sed & pro alijs contulerat. Vnde illum reprehendit: Sciebas quia meto ubi non semino, &c. Quia videlicet timor Dei, quem praetextunt pigri, & consideratio Diuinae seueritatis, debebat esse potius stimulus sedulo operandi, & fideliter commissa dona expendendi, quam cessandi ab opere. Nam ut ait Paulus, Neceffitas mihi incumbit, & enim mihi est, si non euangelizauero. Et ait, Serue male, & piger. Malus est, qui agnoscit viam, nec vult ambulare ex pigritia. Leo est, inquit piger, in via, & leana in itineribus. Sic Salomon de pigro ait: Sicut enim ille, qui duo talenta acceperat, imitatus est eum, cui quinq; data erant: sic & tu debebas aemulari illum, cui fuerant duo talenta commissa.

Quod vult Dominus committi pecuniam suam nummularijs, qui Graece rpani (suras) dicuntur, & cum usura ea accipere: non aliud significat, nisi quod vult Christus, non in vacuum gratiam suam, & dona à nobis accipi, sed in lucrum semper intendere, ut ad Dei gloriam, & proximorum utilitatem iuxta accepimus, conuertamus. Possunt etiam dici nummularij, pauperes quibus elemosynam erogamus, ut eam cum faenore in caelo recipiamus: Nam faeneratur Domino, qui miseretur pauperis. Possunt & auditores, quibus verbum Dei proponimus, nummularij dici iuxta expositionem Chrysostomi: ita ut Deus non tantum exigit talentum scientiae à Doctore, sed cum faenore, & lucro auditorum. Grande ergo periculum praetato, & praedicatori, si verbum Dei non seminat: grāde etiam periculum auditori, si non reddit cum usura bonorum operum acceptum fidei verbum. Quidam per nummularios interpretantur Angelos, qui iuant ad meliora dona, qui preces nostras ad Deum offerunt cum faenore,

1. Cor. 9.

Malus quis

Prover. 26

20

Quid est quod dominus pecuniam suam committit nummularijs mandat.

Nummularij mystice quis

Prou. 19.

Chrysostom. hom. 29. in Matthae.

Qui rursus nummularij.

Act. 10. vt Angelus ille, qui orationes Centu-
rionis, & eleemosynas Deo præsenta-
bat, & Angelus Raphaël orationes
Tobiae, quas cū lacrymis fundebat.

Tollite itaq; ab eo talentū, & date ei,
qui habet decem talenta. Omni enim ha-
benti dabitur, & abundabit: ei autem qui
nō habet, & quod videtur habere, aufer-
retur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in
tenebras exteriores. Quod Dñs iubet
in vltionem auferri talentum à pigro,
& dari fideli seruo habenti iam decem
talenta; significat id, quod frequenter
contingit etiam in hac vita. Nam qui
acceptis gratijs bene vtitur, augeri si-
bi sua dona meretur, & ex inferiori
gradu ad celsiorem ascendere: in alia
quoq; vita ex impiorum, & segniū cō-
demnatione auferbitur gloria seruorū
fidelium, quod in maximū cedet gau-
dium beatorū. Et opera bona facta in
gratia Dei, quæ in re pbis remunerata
nō fuerūt, cedūt in vtilitate Ecclesie,
cuius illi, dū bene agerēt, mēbrū erāt,
& pars. Hinc scriptū est: Tene quod ha-
bes, vt nemo accipiat coronā tuam; aliās
nō dixisset, Coronā tuam: nam eā quā
quisq; suis laboribus promeretur, nō
est coronā alterius, sed propria ipsius
operātis, & promerētis. Vt enim disci-
plinæ & artes reproborū in vsum &
vtilitatem Ecclesie cedūt, & sunt ab
illis tanquā ab iniquis possessorib; in
vsum nostrū vindicandæ: & vt bona
rebellis in Regē solēt fisco Regio as-
signari, vel per Regis priuilegiū nobi-
li alicui fideli, & strenuē se gerenti in
Regis seruitio applicari: multo magis
bona opera quæ ediderūt, nec in ipsis
præmio affecta sunt, debent vtilitati
Ecclesie aliqua ratione deseruire, vt
ita iustus Deus nullū opus relinquat
irremuneratum.

Quid est
quod seruo
malo, & pi-
gro auferri
iubetur talē
tum ac dari
seruo, quide-
cē habebat
talenta.

Bona opera
malorum o-
lum irremu-
nerata quib-
us profunt.
Apocal. 3.

22
Dona Dei,
seu talenta
quæ ob cau-
sam ab vno
auferri, & da-
ri alteri non
possint.

tutō fuissent cōmissa, cū ea quæ ha-
buit, diligēter exercuit. Et dicitur ha-
bens, id est, donis rectē vtens: cui dari
dicitur, quia exercitiū efficit, vel au-
get habitū suū acquisitum: infusus ve-
rō promeretur vt. à Deo intendatur.
Alios verō virtutū, habitus non suos
per modū meriti augent opera, pinde
in genere dicit: *Omni habenti dabitur;*
quia omni benē vtenti dono Dei, ipsū
donū augetur per modum meriti. Et
habenti hoc meritū datur gloria pro-
portione quadā merito suo respōdēs.
Tertulli. aduersus Marcionē: *Quid da-
bitur? Adiectio fidei, vel intellectus, vel
salus ipsa. Quid auferetur? vtiq; quod da-
bitur. A quo dabitur, & auferetur? Si à
Creatore auferetur, ab eo dabitur.* Sic il-
le. Porro qui nō habet, id est, lucrū,
quātū ad parabolā, quātū ad sensum
verō, nō habenti meritū, siue vsū bonū
doni, in morte auferūtur bona, quia ni-
hil ei profunt. Sed Deus laudatur ex
reproborum scientia, & talentis: pin-
de illa rapere ad se dicitur Deus. Vide-
tur autem habere, sed non habet, quia
ei non profunt: quod perinde est, ac si
non haberet. Quemadmodū de aua-
ro dicere solemus: *Auaro tā deest quod
habet, quā quod non habet.*

Ex his elicitur regula in sacra Theo-
logia trita, & peruulgata: Quod si quis
bene vtatur ijs bonis quæ naturaliter
habet, Deo tamen iuuante (sine quo p-
pter corruptam naturam abuteremur
omnibus) idoneum se reddit, vt ad al-
tiora ascendat, id est, ex natura ad gra-
tiam, & ex gratia prima & præuenien-
te; ad perfectiorem, & consequētē,
& ex illa ad donum perseverantiæ, &
ex dono perseverantiæ ad donum su-
preum æternæ gloriæ.

Et inutilem seruum vocat, dignum q;
qui eijciatur in tenebras exteriores,
vbi est fletus, & stridor dentū, eum
qui vel per omissionē peccat tātum.
Quare spirituales viri sibi diligenter
picipiant, ne vitio omissionis, & igna-
uiæ, inertiaq; damnentur. Nec enim
satis est iuxta sententiā Spiritus sancti
per os Davidis prolātā, declinare à
malo, nisi etiā bonum faciat. Huc con-
tendit scopus huius parabolæ, vt scilicet
tet à somno permutas, qui gūstatis

Talentum
quid habe-
re, vel non
habere, mo-
re Scripturæ

Quemadmo-
dum augean-
tur Dei do-
na in seruo.
Tertul. lib.
4. aduers.
Marcio. ali-
quanto an-
te med.

Non haben-
ti, qua ratio-
ne talentum
auferatur, &
quando.

23
Qui minori-
bus Dei do-
nis bene vti-
tur, ad maio-
ra, & altiora
ascendere p-
meretur.

24
Inutilis ser-
uus quis ille

Psal. 33. &
1. Pet. 3.
seruo: id est
ni minus
dignus

A quibus oc-
cultis David
delictis orat
emundari.

Psal. 18.

Ea delicta
cur occulta
Prophetæ.

Dei excellētibus ornati sint, præferūt
tamen labori, in quo est lucrū anima-
rum, mollem, & otiosā vitā. Atq; de
istiusmodi generis delictis, quæ de
negligētia, inertiaq; oriūtur, intelligo
verbum Prophetæ: *Delicta quis intelli-
git? ab occultis meis mūda me, & ab alie-
nis parce seruo tuo.* Vocat delicta, vi-
tia, quæ per omissionem incurrit, quæ
magna pars hominū negligere, & ni-
hili facere solet, quasi aut peccata nō
sint, aut saltē leuissima sint. Vocat etiā
occulta sua, hæc nimirū peccata, quæ
multorū oculos fugiunt, & abscondū-
tur. Deniq; aliena delicta vocat pecca-
ta, quæ nostra negligentia ab alijs a no-
bis nō præmonitis admittuntur: vnde
in timore, & tremore maximo versari
debent vniuersi viri spirituales, ne for-
tē otiiū diligentes, talentum Dñi abs-
cōdant in terra, quibus nihil profutu-
ras vllas excusationes apertē docuit
in hac elegantissima parabola Dñs no-
ster Iesus Christus, cui est cum Patre
gloria, simul ac Spiritu sancto, & po-
testas, & imperium. Amen.

TRACTATUS XL.
In parabolā pastoris,
ouium, & hœdorū,
à Matthæo tantūm
descriptam cap. 25.

V V M autem venerit Filius
hominis in maiestate sua, &
omnes Angeli cum eo, tunc
sedebit super sedē maiestatis
sue: & congregabuntur ante eum omnes
gētes, & separabit eos ab inuicem, sicut
pastor segregat oves ab hœdis. Et reliq;
Non dubitauerim hæc quæ sequun-
tur, inter parabolas referre, sequutus
sententiā Gregorij Nazianzeni, qui in
carmine de parabolis Matthæi Euāge-
listæ, & in carmine de parabolis qua-
tuor Euāgelistarum hanc inter para-
bolas enumerat: ait enim priori loco:
*Cōmittit Christus seruis nō æqua talētas
& Laua hœdi, dextra parte locatur oves.*
Et illam interdum parabolā pastoris,
ouium, & hœdorū appellari intelli-

I
De Pastore,
ouib; & hœ-
dis quæ pro-
posita sunt,
parabolica
esse multis
ostenditur.
B. Gregor.
Nazianz.

go: nam etsi historica videatur nō nul-
la complecti, parabolicum tamen est
quod ipse se sub nomine Regis & pa-
storis, probos, & improbos sub no-
mine ouium, & hœdorū designet.
Illa etiam separatio ouium, & hœdo-
rum, vt hi ad sinistram collocandi, illi
ad dexteram sint, parabolica est. Illud
item quod iusti dicent: *Domine, quādo
te vidimus esurientem, & pauperem? aut
stientem, & dedimus tibi potum, &c.*
Et quod dicent iniqui: *Domine, quādo
te vidimus esurientem, aut stientē, &c.*
in parabolę similitudinem confictum
videtur, vt constet nobis responsum
illis datum, quemadmodū in alijs
parabolis fieri solet. Deniq; post tres
alias parabolas serui ad custodiam do-
mus deputati, virginum prudentium,
& fatuarum cum lampadibus, seruorū
cum talentis, postrema hæc pastoris,
ouium, & hœdorū ponitur: quam
Lyranus parabolam vocat, & vt talē
interpretatur.

Quis sit autem scopus eius, nō est
obscurum: nam cū superioribus pa-
rabolis iudicium vniuersale omnibus
impendere declarasset, atq; illud qui-
dem repentinum, & inopinatum, ita
hac parabola quasi hypotyposi quadā
& imaginem sub aspectum nostrum
subiecit. Et vt ex virginibus quædam
receptæ sunt ad nuptias, quædam ex-
pulsæ: & ex seruis negotiantibus talē
ta, quidam laudantur, & super multa
constituuntur, quidam verō vitupe-
rantur, & in tenebras exteriores de-
truduntur: ita in hac parabola oves, id
est, misericordiæ operibus vacantes,
ad regni possessionem admittuntur;
hœdi verō, id est, illis destituti, ad sup-
plicium æternum adiudicantur.

Diligenter etiam aduerte, primam
illam parabolā de seruo custodiae do-
mus deputato, qui dicebat: *Morā facit
dñs meus venire: & cepit percutere cō-
seruos suos, & ancillas, illos nobis re-
præsentare, qui per cōmissionem de-
linquūt, & per flagitia Deo, aut proxi-
mis sūt iniurij: reliquas verō tres, quæ
ordine se inuicē consequuntur parabo-
las, & in hoc 25. c. Matth. continentur,
eō omnes tendere, vt peccantes per*

Secunda
ratio.

Tertia.

Quarta & v-
tima.
Matth. 24.
Infrā 25.
Ibidem.

Lyran.

2
Quò tendat
præfens pa-
rabola.

3
In seruo per-
cutiente cō-
seruos suos
& ancillas
qui nam adū
brentur.

omissionē, & iustitiæ operū negligē-
tiam, æternæ damnationi ostēdat ad-
dicendos. Nā virgines fatuæ propter
defectum olei, à nuptijs exclusæ sunt:
seruus talētum abscondens, neq; nego-
tians vt debebat, in tenebras detrudi-
tur exteriores: in hac verò parabola
qui operibus misericordiæ Chro in
proximis impēdēdis nō vacarunt, tan-
quā maledicti in ignē æternum conij-
ciuntur. Vnde videmus, horrendum
suppliciu imminere omnibus, qui pro-
pterea se tutos, & securos existimant,
q̄ à peccatis quæ proximū offendere
possunt, abstineant, nihil cogitantes, an
in proximos sint benefici, & charitatis
opera exerceat, de quibus putat nullā
esse rationem reddēdam apud Deum,
cū tamē et si quis ab omni alio scele-
re, & flagitio purus, & integer sit, hoc
ipso magnus sit peccator, quōd bene-
ficia in proximū nō contulerit, illūq;
necessitate aliqua, aut spiritali, aut tē-
porali, aut corporali laborātem, pro fa-
cultate adiuuare noluerit. Atq; ita de-
clarat, oleū virginū, quod dixit in alia
parabola, nihil aliud esse, quā opera
misericordiæ. Rectē profectō docuit
beatus, & magnus Theologus Tho-
mas, viros spirituales, & religioni ar-
ctiori mancipatos, frequentius per o-
missionem, quā per cōmissionē de-
linquere: vt p̄pterea illis magnopere
sit inuigilādum, & in seipos descēdē-
dū, vt eiusmodi peccata in seipsis &
agnoscant, & emēdēt, & pro eorū re-
missione Deum deprecētur. Habet &
hoc peculiare hæc parabola, q̄ cū re-
liquæ parabolæ de virginib⁹, & seruis
talēta accipiētibus tātū de fidelibus
Christianis rectē intelligantur: hæc ta-
mē etiam Gentes, & Iudæos comprē-
hēdere posse videatur. Nā vt dicitur,
Congregabuntur ante eū omnes gen-
tes: iudiciū enim hoc vniuersale est, &
proinde vniuersum hominum genus
complectitur. Quāquā sentētiæ prola-
tæ tantū cōtineant eos, qui aut fidē
cū bonis operibus cōiūctā habuerūt,
aut fidē citra opera coluerunt. Cū
enim superius de his, qui ab Adā vsq;
ad diē iudicij, quibus de Christo reue-
latū fuit iudicium explicauerit (Nā hi
vel domū, vt æconomī, vel oues, vt

pastores custodierunt, vel obuiam cū
lāpadibus sponso exierūt, vel talēta à
dño accepta multiplicarunt) de his, at-
que similibus prius iudicium fiet. Hi
autē alij, sicut quidā sentiūt, à quibus
tātū vsus exigitur misericordiæ, sunt
omnes Gētes, quibus ab Adā lex Na-
turæ, & opera misericordiæ in fide v-
nius Dei remuneratoris ignota nō fue-
runt, et si de Trinitatis mysterio, &
nuntio à Deo missio, deq; eius Diuini-
tate, & Humanitate nihil apertē, & ex-
plicitē nouerint: tales sunt qui hac pa-
rabola examinantur, atq; iudicantur.
Et hæc de proposito.

In cortice nihil occurrit annotatio-
ne dignū: & si quid erit, in sensu eius
declarādo explicabitur. ¶ Cū autē ve-
nerit Filius hominis in maiestate sua.
Apertē loquitur de secundo suo aduē-
tu, quō ad iudicādum in maiestate ve-
niet. Primus enim aduētus in humili-
tate iā præterierat: tūc enim venit in
die gratiæ ad misericordiam effunden-
dam, & ad peccata nostra in suos hu-
meros reponēda, vt pro eis Patri satisf-
faceret. Postea autē in die, qua minū
putabimus, in die iræ veniet iustitiā
administraturus, & peccata omnū pro-
meritis vindicaturus: & qui primō ve-
nit iudicandus, postremō veniet iudi-
caturus. Quapropter statuendum est
secūdum fidem Catholicam, præter
iudicium particulare quod quisq; in
mortē subibit, & de quo testatur Apo-
stol. ad Hebræos: *Statutum est homini-
bus semel mori*, post hoc autē iudiciū,
generale quoddam, & vniuersale mū-
di iudicium superesse.

Quod ex Scripturis Veteris, & No-
ui Testamenti, & pluribus commina-
tionibus Christi, & Apostolorum cō-
probatur: vt interim omittā, & Sybil-
las, & Gentiles Philosophos, qui ea de
re varicinati sunt, vt inuimus in secū-
do libro. Deinde hoc demonstratur Di-
uinę prouidentię consentaneum esse
ex eo, vt tantus iudex à toto mūdo
agnoscatur, id est, Christus; cui Pater
omne dedit iudicium, & potestātē dedit
ei iudicium facere, quia Filius hominis
est, hoc est, mitius ager, quā quisquā
putet, quia expertus nostras miseras;
semper enim punit iustē, sed citra cō-

4
Quis ille Do-
mini aduen-
tus in mai-
estate sua, iu-
dicaturi o-
mnes gētes.

Isa. 53.
1. Pet. 2.

Heb. 9.
Vniuersalis
iudicij veri-
tas compro-
batur.

5
Secundū ar-
gumentum.

Ioan. 5.

dignum.

B. Thom.
Viri religio-
si in quo fre-
quētius pec-
cant.

Hæc parabo-
la de ouibus,
& hædis
quā late
pareat.

Christus tā
benignus est
iudex, vt li-
cēt iustē, ci-
tra cōdignū
tamē puniat
semper.

1. Cor. 1.

Tertium ar-
gumentum.

Propriū ho-
minis suppli-
cium, eiusdē
præmium ē
contrario.

Vnde repro-
bi confundē-
tur.

Apocal. 6.
Luc. 23. &
Isa. 2.

Quartum ar-
gumentum à
triplici de-
fectū iudicij
particularis:

Quibus pec-
næ, quibus
præmia au-
geantur in
dies.

dignum. Conuenit etiam Christo iu-
diciū, quia Dei sapientia ad ferēdā
sententiam: nec enim falli, aut fallere
potest, qui de iure & facto optimē in-
structus est. Ipse etiā est virtus Dei,
& potentia, à quo nulla est appellatio:
nulla etiam tarditas in exequēdā iusti-
tia: tā fortis etiam, vt nec timore, nec
prece, nec pretio, aut alio affectu cō-
moueri possit. Postremō ipse est, qui
dedit talenta vnicuiq; seruorum, vt in-
telligat quantum à quoq; in obserua-
tione legis sue erat exigendū. Tertio,
iudicium erit vniuersale; vt homo ius-
tus digno præmio afficiatur, aut de-
bita pœna plectatur iniustus. Est autē
propriū hominis suppliciu cōfusio,
& dedecus; sicut nullum excellentius
præmium quā gloria, & laus. Nā fla-
gellis cædi, aut gladio pcuti, aut igne
vri, aut vllō dolore affici, ad corpus
spectat, & ad animā ratione corporis:
tamē hæc cōmunia nobis sunt cū bel-
luis; probra verò, aut dedecora bellūq;
non sentiunt. In iudicio igitur vniuer-
sali, vbi omnia opera bonorum dete-
gentur, laude sua, & honore digna ab
omnibus agnoscentur. Contra verò
peccata, & flagitia omnia impiorū re-
uelanda sunt, vt ita confundantur re-
probi, & pudeant, dicantq; præ con-
fusione montibus & petris, *Cadite su-
per nos, & abscondite à facie sedentis
super thronū, & ab ira Agni*. Quarto,
quoniā in iudicio particulari triplicē
inuenimus defectum. In eo enim ani-
ma tantum, siue bona, siue mala; præ-
mium recipit; corpus autē, quod fociū
fuit in peccādo, vel in bene agendo,
necdū remuneratur. Deinde et si vita
hominis morte terminetur, pendent
tamen adhuc hominis iam defuncti
merita, siue demerita. Nam v. g. Arrij;
siue Lutheri impiæ, & falsę opinionēs
post illorum mortē multos inficiunt,
& inuadunt, nec deceat Deum prius
esse vltorē, quā homo sit peccator:
idcirco Hæretici illi non sunt plenē
puniti adhuc. Rursus B. Pauli, aut B.
Benedicti merita adhuc extāt, & mul-
tis illorum doctrina, & religio magnū
adferunt ad salutem adiuuētum. Nec
ergo in morte cuiusq; malè facta pu-
niuntur; aut benefacta remunerantur

Ad hæc, cōgruum est, vt qui impulso-
res extiterunt ad peccata; cōsortes
quoq; fiant in supplicio. Constat autē
malignos spirit⁹ multos impulsisse, so-
licitasq; ad peccata. Consonū igitur
est Diuinæ iustitiæ, vt vniuersale iudi-
cium existat, in quo non tantum pec-
catores, & peccati impulsores punian-
tur, sed etiam in quo totus homo in
anima & corpore cōdignū præmium
recipiat, & in quo merita & demerita
omnia plenē remunerentur. Meritō
etiam Dñs ad supplicium crucis profe-
cturus, in quo iniustissima sentētia dā-
nandus erat, & vt vilissimus & abie-
ctissimus tractandus, præmisit sermo-
nem de vniuersali iudicio, & de aduē-
tu suo in maiestate, vt testatur B. Hi-
larius, vt Iudæos à tam horrendo faci-
nore auocaret, vt cognoscerent quis
esset is, in quem manus iniicerent, &
cui tanti sceleris pœnas essent daturi.
Nam cū interrogaretur à Caipha, an
esset Christus Filius Dei? ob eandem
causam respondit, *Tu dixisti. Verunta-
men dico vobis, amodo videbitis Filium
hominis sedētem à dextris virtutis Dei,
& venientem in nubibus cæli*. Certissi-
mus est igitur aduentus Christi, & in-
dubitatus; dies verò aduentus eius
prorsus incerta, nec nobis vtile foret
illam rescire.

Quare falsa sunt, & inutilia eorum
studia, qui in coniectando nouissimo
die elaborarunt: siue illi sint, qui ex
traditione Hebræorum, & præsertim
ex domo Heliæ iuxta numerum die-
rum, quibus mundus est conditus, as-
serunt in fine sexti millenarij annorū
mundi cursum complendum, & iudi-
cium mox affuturum; siue illi sint, qui
ex eo quod dicitur: *Domine, opus tuū
in medio annorum; vniuersa illud*, pu-
tant totidem annos à Christi aduentu
ad iudicium vsque effluxuros, quot à
creatione mundi ad ipsum Christum
præcurrerunt. Et cū quatuor millia
Christi primum aduentum præcesse-
rint, totidem ad secundum vsque ad-
uētum Domini superesse; siue deniq;
illi sint, qui totidem annos iubileorū
in Christi corpore mystico à Christo
ad iudicium existimant complendos,
quos annos naturales Christus sua æ-

Cur Domi-
nus passioni
proximus de
die iudicij
fecerit men-
tionem.

Matth. 26.
B. Hila. cā.
25. in Mat-
theum.

Matth. 26.

Supra 24.

6
Contra eos,
qui vltimum
iudicij diem
inaniter cō-
lectare stu-
dent.

Habac. 3.

Nicolaus Cussa.

7 Verbis Christi qui illudant aientis nec diem, ne que horam iudicij sciri posse Matth. 24. Per diē, aut horam Scripturæ quid indicent. 1. Ioan. 2.

Vbi generale iudicium fiet.

Gen. 7.

B. Hieronymus in cap. 3. Ioëlis initio, tom. 6. & alibi. 1. Theff. 4. Locus iudicij postremi omnes vt capere poterit iudicandos.

Ioël 3.

Act. 1.

Ibidem. Vallis Iosaphat, quid interpretetur.

tate compleuit: quam rationem coniecturæ fecutus est Cardinalis Cuffanus. Et computando paucos menses anni trigelimi quarti, quem ingressus est Christus, pro anno integro, essent ferè mille septingenti anni à primo Christi aduentu ad secundum.

Porrò illud ridiculum videtur, cum Christus dixerit, De die autem illa & hora nemo scit, interpretari, diem quidem, & horam coniectari non posse, millenarium verò annorù, siue, quod idem est, seculum, aut denarium apprehendi posse. Quia hoc esset illudere sententiam Christi, & qui hoc dicunt, ignorant morem scripturæ, in quo dies, aut hora pro tempore quocunq; sumi solet. Ita enim dicitur à Propheta, & à Paulo Nouum Testamentum dies salutis, & à dilecto Discipulo, *Filioli, nouissima hora est.*

Quo loco autem veniat celebrandum vniuersale iudicium, & quo modo ille locus tot hominum millia capere possit, curiosum videtur: sicut & illud, Quomodo arca Noë tot animalia capere valuerit. Tamen probabilitate non caret illud celebrandum in valle Iosaphat, quæ inter Hierusalém, & montem Oliueti sita est, in qua, & circumvicinis locis eius, vt ait Hieronymus, erunt omnes damnati: electi autem rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra per gloriosorum corporum agilitatem. Quod si opus fuerit dānatos omnes ibi adesse, aut suspendet Dominus sua virtute corporum occupationem, aut dabitur corporum penetratio. De illo loco Propheta Ioël vaticinatur: *Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallē Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, &c.* & Angeli dixerunt in Actis: *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quæadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Ascēdit autem ex monte Oliueti iuxta vallē Iosaphat, quæ interpretatur vallis iudicij, siue Dominus iudex: quia in ea detogetur Christus iudex, ac verus orbis dominus. Congruit autem hic locus iudicio, quia Hierosolymæ coniunctus est, quæ est umbilicus terræ habitabilis. Decet etiam, vt vbi factu

fuit iudicium misericordiæ, in Cruce videlicet Christi, ibi etiam fiat iudicium iustitiæ. Hinc illud Psalmistæ, *Rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ.* Ad hæc, Angelos mittet Deus, qui cōgregabūt electos suos à quatuor plagis terræ; congregatio autem fiet ab extremis terræ in medium: quemadmodum Rex cōgregationem procerum suorū facere solet in medio regni sui. Deinde hoc cedit in maiorem Iudæorum confusionem, & maiorem Christi gloriam. Est enim gloriosius, si Rex proditione de regno suo expulsus, quod illuc reuertatur cum potestate magna, & maiestate, quàm si alibi summo splendore, & honorificentia afficiatur. Vnde in alia parabola dixit: *Veruntamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.* Creditur etiā Antichristus ex monte Oliueti moliturus ascēsum in cælum, quem tamen, vt ait Paulus, Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & illustratione aduentus sui. Postremò opportunè ex illo loco Dominus beneficia redemptionis impropenabit omnibus reprobis. Insultabit enim eis; Ecce Nazareth, in qua pro vobis homo factus sum. Ecce Bethlehem, in cuius præsepio, quæ primum natus fui, sum repositus. Ecce tēplū, in quo frequēter vos docui. Ecce Hierusalēm, in qua propter vos flagellatus, & ad mortem crucis dānatus fui. Ecce montē Caluariæ, vbi inter duos latrones pependi. Ecce sepulchrū, in quo mortuus iacui, & post mortē ad vitam surrexi immortalē. Ecce mōs Oliueti, ex quo antequam cælum conscenderem, discipulos in vniuersum orbem emisi ad prædicandū Euāgelium omni creaturæ. Habes igitur & iudicium generale, & supremum iudicij dicenda hoc loco videbantur: reliqua in expositione Euangelij explicanda erunt.

Quum autem (inquit) venerit Filius hominis in maiestate sua. Id est, vt Græcè dicitur, in gloria, siue euidentia magni status, qui propriè ad Reges, & Principes pertinet, de qua loquitur

Psal. 73. Matth. 24. Vnde congregatio electorum fiet.

Luc. 19.

Antichristus vnde conabitur in cælum conscendere.

1. Theff. 2.

Luc. 1. Infra 2.

Matth. 26. Ioan. 19.

Ibidem. Ibidem.

Infra 20.

Act. 1. & Mar. ult.

8 Venire Christum in maiestate, quid.

Dan. 7.

Gloriam quæ habet quo duplici iure possidet Christus. Rom. 4.

Philip. 2. Angeli cur Christo iudicij assistent, & quomodo.

Heb. 1.

9 Super quæ sedet Christus sedebit in iudicio. Act. 1. Matth. 26.

Matth. 19. Luc. 22. Sedes, & sessio quid significant.

Daniel, cum inquit: *Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniebat, & usque ad Antiquum dierū peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrūpetur.* Hæc ibi. Sua est igitur gloria, siue maiestas, siue quatenus Deus est, siue quatenus homo est; duplici iure: tum prædestinationis, *Quia prædestinatus est Filius Dei in virtute*, tum iure obedientiæ, & meriti, nā per obedientiam exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Et omnes Angeli eius cum eo. Siue vt Græcè dicitur, omnes sancti Angeli; ad differentiam spirituum immūdorū. Hi autem tanquam comites, & principes magni stipabunt latus eius: Et isti vel apparebunt visibiles in assumptis corporibus, vt maiori terrori sint reprobis: vel etsi sub aspectum non cadant, edent tamen signa sui ministerij, & potestatis ad gloriam Christi, & maiestatem indicandam. Sunt nonnulli, qui existimant, Angelos per Christum gratiam quam habuerunt, quamq; sunt consecuti, Christo debere salutem. Vel propter eā meritò in iudicium venient; quia illis ministris, & rectoribus hominis salutem cōsecuti sunt: vt docet Paulus ad Hebræos.

Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Sedem intellige nubeam, siue corpoream, & tantæ maiestati congruā, & ab Angelis tanquam ministris sustentatam: Vt enim cum ascendente nubes suscepit ab oculis Apostolorum; ita in reditu videbunt Filiū hominis venientem in nubibus cæli cū potestate magna, & maiestate. Atque hanc sedem associabunt sedes duodecim Apostolorum, de quibus apud Matthæum, & Lucam fit mentio; quo magis illustri, & perspicua reddatur sedes Christi. Sedes verò designat iudicis auctoritatem: nam iudices, sedentes pro tribunali pronuntiant sententias. Sessio etiam tranquillitatem, & quietem animi denotat: quia sine vlla

animi perturbatione debet esse iudicium. Sedebit ergo in secundo aduentu tanquam dominus, qui in primo aduentu tanquam seruus, & ministrans stetit. Venit enim primò ministrare, & non ministrari. Sedebit postremò, quia omnia tunc pacata erunt, & sibi perfectè subiecta: qui tamen nunc stat, vt bellantibus nobis opituletur. Vnde Stephanus vidit Iesum stantē à dextris virtutis Dei, & qui nunc sedet ad dexteram Patris, & non videtur, nec ab impijs creditur, qui etiam bonis ministrat, & à peccato redeuntē apertis brachijs vt recipiat, expectat: tunc magna in gloria, & potestate ab omnibus sedens videbitur.

Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Hanc cōgregationem, quæ ministerio Angelorum fiet, & ideò passiuo verbo designatur; præcedet ignis conflagratio, & tuba vocans mortuos ad iudicium. Hæc verò congregatio, ex parte iustorum spontanea erit; ex parte verò reproborum, violenta, & qualis esset solet eorū qui trahuntur ad supplicium, qualisq; esset mulieris, quæ nuda duceretur in forum, vt vltimo plecteretur supplicio. De hac congregatione loquitur Hieronymus ad Heliodorum Epistola prima in fine: *Tunc, inquit, ad vocem tubæ pauebit terra cum populis, & tu gaudebis. Iudicaturus Domino, lugubre mundus immugiet: tribus ad tribum pectora feriet. Potentissimi quondam Reges, nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cum prole sua Venus. Tunc ignitus Iuppiter adducetur, & cum suis stultus Platonis discipulis. Aristoteli sua argumenta non proderunt. Tunc tu rusticamus, & pauper exultabis, & ridebis, & dices: Ecce crucifixus meus ecce iudex, qui obuolutus panis in præsepio vagiit. Hic est ille operarij, & quæstuarie filius: hic qui matris gestatus sinu, hominem Deus fugit in Aegyptum: hic vestitus coccino, hic sentibus coronatus: hic magus demonium habens, & Samarites. Cernè manus, Iudæe, quas fixeras: cerne latus, Romane, quod foderas. Videte corpus an idē sit, quod dicebatis clam nocte sustulisse discipulos. Hæc ille, imitatus Tertullianum, qui similem, sed minus verbis*

Quale debeat esse iudicium. Matt. 20. Luc. 22. Stet quare nunc Christus. 1. Cor. 15.

Act. 7.

IO Hæc cōgregatio omnium gentium ante Christum iudicē qualis erit, & per quos fiet. 1. Cor. 15.

Hier. tom. 1. initio.

Luc. 2. Mat. 18. Supra. 2. Ioan. 19. Infra. 8. & 10. Zach. 12. Apoc. 1. Ioan. 19. Matt. ult.

Tertull. ornatam continet sententiam. Cōgre-
lib. de spe- gabuntur igitur omnes gentes, ut ubi
ctaculis, in olim congregatæ fuerunt gentes ad
fine. eius crucem, & ignominiam, congregentur ad eius gloriam spectandam.

Matt. 24. Et boni quidem, ut aquilæ ad corpus,
sic illi ad Christum confugient: mali autem vel inuiti comparebunt ad vocem Christi, & quàm omnia animalia fuerint olim in arca congregata facilius.

Gen. 7.
11

Quæ tria o- pera summe
Christi vir- tutis, & po-
tentiæ sicut in iudicio.

Matt. 13.
2. Tim. 2.
Matt. 3.
Qualis bonorum à malis secretio in iudicio.

Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hædis. Et statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Primum quidem, & admirandum opus erit, suscitatio omnium hominum generalis. Secundum, omnium ante se congregatio, ut tanquàm ante iudicem sistantur. Tertium non minus reliquis stupendū, erit separatio eorum à se inuicem, ita ut per separationem Dei discernatur quisque, in locum suum, maximè in tam numero sa hominum multitudine. Et rectè ait de futuro, Separabit: quia hoc tempore non separat, dum in pascuis huius mundi admixti sunt ouibus hædi, cū grano palea, cum tritico zizania, cum valis in honorem vasa in contumeliâ: at ubi Christus acceperit ventilabrū in manu sua, secernet eos ab se inuicè tanquam rosas ab spinis, palmites fructiferos ab infructuosis, & bonos pisces à malis. Quemadmodum enim tempore noctis retum facies non apparet, sed ablata luce omnia confunduntur, & gemma lapis vilis reputatur, verum adueniente luce, singula suis coloribus distinguuntur, & quæ sint vilia, & quæ pretiosa, cōspicitur: ita quæ modò implicita sunt, & à nostro sensu longè remota, detegentur. Et ut hyemis tempore inter fructiferas, & infructuosas arbores nulla est discretio; cum autem accesserit tempus vernale, distinguimus inter illas, & agnoscimus hanc esse pretiosam arborem, quæ fructus maturos edat, illam verò inutilè. & dignā ferro, & igni: ita prorsus de hominibus cogitandū est, quorum iudicium, & discretio etsi nōs fugiat, non tamen Christum, qui sicut pastor, id est, facillimè, & cum cognitione, & iudicio segregabit eos ab se

inuicem. Ad id etiam utetur Angelorum ministerio, de quibus dicitur in alia parabola: *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum.* Illud autem quod ait, *Separabit eos*, non intelligas omnes gentes, quia dixisset eas, & Græcè ea, quia *ἕως* Græcè neutrius generis est: neque dixit, *ἀπὸ*, sed *ἀπὸ* in masculino. Nec in hac separatione discernentur perfecti viri, qui venient cum iudice tanquam assessoribus: nec rursus infideles, quorum causa discussione non indiget: quia *Qui nō credit, iam iudicatus est*, nec eorū propriè fuit pastor, cuius vocem per fidem audire noluerunt, etiam si ipse ex se eos pascere voluerit sed alij boni mediocres, ut oves, vel mediocriter mali, ut hædi. *Sicut pastor segregat oves ab hædis.* Ad passum ducuntur ouium greges & caprarum permixtæ, & inuicem commixtæ inter se pascuntur, noctu verò, cum domum redeunt, pastor eas ab se inuicem separat ac distinguit. Significat autem, quod Christus ex se non tantum ouium, sed etiam hædorum, & reproborum, si ta lento bene vsi fuissent, fuit pastor. Neminem igitur Christus indurat, neminem ex se reprobat, nemini se pastorem negat, si modò velit eius vocem audire. Erit autem hæc separatio iocunditatis, & consolationis plenissima electis, doloris, & cruciatus referatissima reprobis. Erit etiam separatio valde facilis, quoniam facile oves ab hædis separantur, quoniam sunt diuersæ speciei: omne autem animal diligit sibi simile: & hæc parabola desumpta est ab Ezechiele Propheta. c. 34. ubi mentionem facit pastoris, ouium & hædorum. *Et statuet oves quidem à dextris, hædos autem à sinistris.* Duos tantum ordines hominum efficiet pius iudex, quemadmodum Moses in typum huius tremèdi iudicij, sex tribus ordinavit in monte Garizim ad proferendas benedictiones, quorum patres ex liberis vxoribus Iacob, Lia & Rachele, genus ducebant, & totidem sex alias (quorum patres ex ancillis nati erant, excepto Ruben, qui cum filijs ancillarum meruit apponi, quia ascendit cubile patris sui) in monte He-

Matt. 13.

Quiminimè separabuntur in iudicio.

Ioan. 3.

Duplex bonorum à malis discretio nis cōditio. Duplex ordo bonorum & malorum in iudicio ubi præsignatus. Deut. 27. & seq. Gen. 49. Supra. 35.

bal

In hoc d is probi cur, electi in ouibus designentur.

Leuit. 16.
& seq.
Ibidem.

Ouivm vir- tutes.

Ioan. 10.
& seq.

Oves pro- priè quosde noter, quos verò arietes, & agni.

Hædorū vi- tia.

Virg. in Eclog. 3.

Seir Hebrai eū quid. *Gen. 25.*

Rom. 9.
Gen. 25.
Pilofas manus Esau in star, quis hæ beat.

bal ad maledictiones pronuntiandas. Sed mirum quod electi per oves, reprobi per hædos designentur. Sed in specie capri plerumque apparere fertur dæmon, quemadmodum in forma agni, vel ovis Christus à Prophetis descriptus. Capri etiam, & hædi in lege pro delictis populi offerebantur in sacrificium; propterea & quasi peccata foras mittebantur. Pulchrè autem in ouibus referuntur electi: quia animal est mundum, esui, & immolationi aptum, tales enim edit Christus, & tanquam holocausta sibi placent: per mansuetudinem, ut oves neminem lædunt; per patientiam, læsi sustinent, per obedientiam sinūt se duci à pastore; per misericordiam alijs sunt utiles; per charitatem alijs cōcordes, & sociales; per hoc quod agnoscunt vocem pastoris, & alienorum fidem seruant; per orationem ad Deum balatum emittunt; cum tondentur, occiduntur, non recalcitrant; per imitationem item Christi non contradicunt; lupum diabolum siue hæreticum per prudentiam fugiunt. Et significant oves, fideles omnes mediocres, non arietes, id est, summos viros, & perfectos: nec agnos, id est, pueros baptizatos, & innocentes. At reprobi rectè in hædis delineantur. Sunt enim fœtidi per luxuriam, cornibus ventilantes, & ferientes per rebellionem & rixam, steriles per avaritiam, ascendentes in præcipitia, & loca præalta per superbiam, semperque gestant pudenda detecta per infamiam, & vitæ obscenæ turpitudinè, ad solam occisionem utiles, ut reprobi ad mortem; flagrant invidia, ut Poëta dixerit,

Transuersa tuentibus hircis.

Dicitur Hebraice hædus Seir, quod erat regnum Esau, cuius manus ut hædi erant pilosæ: quia Esau typus est reproborum, ut Iacob electorum, iuxta illud, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Et ille habet pilosas manus, qui iniqua opera, & reproba confectatur, & qui vili lenticula vendit primogenita sua, ut ille fecit. Vel fanè hædus omnia bonus, nisi quod fructus non edit villos, ut ovis; ut sententia operantium fructus charitatis, & non operan-

tium constare possit, quam intendit. Sunt etiam hædi, mediocres peccatores: quia vel vnum lethale delictum æterna punitur morte: & non magni designati in hircis. Possimus etiã simpliciter dicere, gregem Christi tantum ouibus, & hædis constare: qui enim Dei voluntatem facit, amat proximos, & qua potest ratione iuuat, ovis est: at si quis se tantum pascat, hædus est, etiam si non luxuriat, hædus est, etiã si non se precipitet, etiam si cornibus non feriat, etiam si mali exempli factorem non proferat. Talis autem solet esse hædus, secus verò hircus.

Statuet autem oves à dextris: quia eo loco habebit Christus suos, quo ipse à Patre suo est habitus. Pater autem dixit Filio, *Sede à dextris meis.* Dominus habet dexteram misericordiae, & sinistram iustitiæ. Pij, & electi misericordiam hinc amarunt, & fuerunt tanquam Benjamin, id est, filij dexteræ, quæ Christus est, qua pugnarunt in Christi hostes. Et quia ad æterna, quæ dextera sunt, aspirarunt; sinistram temporalium bonorum contempserunt, & ut latro, qui ad dexteram Christi erat, per penitentiam conuersi sunt, & qui vulnus lateris dextri tanquam ostium paradisi dilexerunt, & qui dextere, & in dexteram partem interpretati sunt facta proximorum, & qui denique, ambidextri sunt, sinistra & aduersa fortuna instar dexteræ & sinistræ vtentes. Quod si interdum pij, & electi Dei hominum iudicio ad sinistram positi, infani, miseri, & reprobi existimantur, & de quibus improbi dicunt, *Nos insensati vitam illorum existimabamus infantiam, & finem illorum sine honore:* tamen intelligat mundus tales ad dexteram pertinere, & dextera Christi benedicendos. Nam Christus more Iacob cancellatis manibus benedictionem est daturus, ita ut minori, & inferiori in oculis hominum contingat dextera, maiori sinistra. Dexteram igitur diuinæ misericordiae affectemus, ad æterna bona aspiremus, & indes nos ipsos in hoc studio superemus, ut verè dici possit de nobis: *Hæc mutatio dexteræ excellit.* Sed nihil magis electis proprium, quam il-

Quos hædi, quos hirci significant.

Ovis Christi quis; & quis hædus.

Ezech. 34.

12
Statuere o- ues à dextris quid. *Psal. 120.*

Gen. 35.
Filij dexteræ (ut Benjamin) cur

electi. *Luc. 23.*

Sap. 5.

Gen. 48.

13
Quomodo assequemur, ut in die iudicij à Christo audiamus Venite benedicti Patris mei. *Psal. 76.*

lum

Electorum
nil æquepro
priū, ac diē
iudicij reco
gitare supre
mum.

Matt. 24.
Luc. 9.

I. Cor. 11.

lum diem præcogitare, in quo cele-
brandum est iudicium, & sentētia de
nobis proferenda. Tuba illa insonet
auribus nostris per memoriam iudi-
cij, eam frequenter recolendo: præce-
dat signum Crucis Filij hominis, cru-
cē nostram libenter amplectēdo, &
quotidie portādo. Rursus præcedat
ignis desiderij consumētis peccata no-
stra, & nos ardore charitatis inflāman-
do, vt digni simus, quos Deus separet
à malis in iudicio. Studeamus dū viui-
mus, separare nos à vitiosis moribus,
& perniciosis exēplis reprobōrū. In-
duamus per omnia ouiuū naturam, vt
nos Pastor ille magnus pro suis agno-
scat. Iudicemus nos metipfos, & malè
facta debitis pœnis puniamus; Nam
si nos metipfos diiudicauerimus, non vti-
q; à Domino iudicabimur. Et si nos sen-
tentiā contra nos feramus, sentētiā
pro nobis ille pronuntiabit. Neq; du-
bito eos omnes qui talibus meditatio-
nibus, cogitationibusq; corda sua præ-
munierint, & in ipsis iudiciū humanā
præuenerit diuinum, auditorus illud
dulce verbum, *Venite benedicti Patris
mei, &c.* quod magna cū suauitate vo-
cis, & electorum delectatione pro-
nūtiabit Dominus noster Iesus Chri-
stus, cui cum Patre & Spiritu sancto
detur omnishonor, gloria, & imperiū,
in seculorum secula. Amen.

TRACTATUS XLI.
In eandem parabolā
pastoris, ouiuū, &
hœdorum.

Vnt dicit Rex ijs qui à dex-
tris eius erunt. *Venite bene-
dicti Patris mei, possidete pa-
ratum vobis regnum à cōsti-
tutione mundi, &c.*

I
Quod vni-
uersale iudi-
cium vocali
sit sermone
celebrandū,
futurūq; sen-
sibile.

Probabile valde est, rationiq; ipsi
consonum, iudicium vniuersale voca-
li sermone celebrandum: nam cum
iudex omnium oculis sit appariturus
cum sede nubea & gloriosa, & cū ex-
terna, & magna pompa, comitatuq;ue
uenturus sit, & cum hominibus, qui

tempori subduntur, & omnia simul
capere non possunt, sit agendum, pro
fecto sensibile erit iudicium, & vox
iudicis sensibilis, & aliquo tempore
durabit. Nam etsi omnia possit vno
momento absolueret, quemadmodum
in momento, & in ictu oculi resurre-
ctio celebrabitur, vt ait Apostolus, &
sententiæ suæ rectæ æquitatē omni-
bus aperire: tamen ad maiorem aucto-
ritatem, & maiestatem indicandam, &
quo maius pondus habeant sentētiæ,
quidam nō improbabiler existimāt,
à sexta hora ad nonam duraturum iu-
dicium, per tres horas nempe, quibus
ipse Filius Dei, & iudex, in ligno cru-
cis iniuste iudicatus pependit: vt qui
illo spatio tēporis illusus fuit, & acer-
bissimis verbis lacessitus, ipse sua sen-
tētia reprobos quosq; lacessat, & cru-
ciet vidētes in quē transfixerunt: quā
quā non ignorem quosdam mentale
fore iudiciū opinatos, inter quos est
B. Thomas.

Multi autem hoc loco querūt, an
pueri nondū Baptismi Sacramēto ini-
tiati sub nomine ouiuū, vel hœdorū cō-
prehēdendi sunt. Et reuera si seridē ex-
pēdamus quæ hīc dicuntur, pueri neq;
à dextris, neq; à sinistris erūt, sed, vt,
quidam volunt, retro Christum erūt,
nec faciem eius digni erunt cernere,
ob Adæ, quo tenentur, delictum: non
tamē digni supplicio æterno, qui pec-
cata personalia ad illud Adæ nō adiu-
xerunt. Proinde nulla istarū duarum
sentētiarū in illos cōueniet. Nā in pri-
mis nō potest exprobrari illis, quod
opera misericordiæ nō ediderint: vel
rursus laudari, quod fecerint, cū etate
ad vtrūq; præstādū destituti fuerint.
Deinde quia Daniel scribit: *Multi de
his qui dormiūt in terre puluere, cui gi-
labūt: alij in vitā æternā, alij in oppro-
briū, vt videāt semper.* Vbi cū manifestē
dicat multos, & nō omnes euigilatu-
ros, liquidū relinquitur aliquos nec ad
opprobriū, nec ad vitā æternā excitā-
dos: hi autem præter pueros alij esse
nō possunt. Ad hæc, in libro Iob, ac
Hieremiæ scribitur: *Quare non in-
vulua mortuus sum? egressus ex vtero
non statim perij? Quare exceptus ge-
nibus? Cur lactatus vberibus? Nunc*

1. Cor. 51.
1. Theff. 4.

Quandiu du-
rabit genera-
le iudiciū se-
cundū quos-
dam.

Matt. 27.

24
Zacha. 12.
Ioan. 9.
Apoc. 16.
D. Thom.
4. dist. 47.
q. 1. art. 1.
q. 2. & o-
pus. 3. c. 23
& alibi.

Quod pueri,
sine baptis-
mo quihinc
migrarunt,
ouium, vel
hœdorū no-
mine cōfen-
di non sūnt.
Gen. 3.
Rom. 5.
Primum ar-
gumentum,
Secundū ar-
gumentum.
Dan. 12.

Tertium ar-
gumentum.
Iob. 3.
Hier. 20.

enim

Quantum ar-
gumentum.
Ioan. 3.
Quintum ar-
gumentum.

Innoc. 3.

Peccati ori-
ginālis, item
actualis pœ-
næ quæ sit.
Ambros.
to. 5. circa
finem.
Rom. 5.
Mors pro-
prei quid sit,
& quæ mors
secundā.
Apoc. 21.
Greg. Na-
zian.

B. Gregor.
tom. 1.
Aug. libr.
de fide, &
operi. cap.
15. circa
mediū.
4. Ambro.
libr. 2. de
vocat. Gen.
cap. 2. pro-
pe. finē. to. 2.

3

enim dormiens silerem, & somno meo
requiescere. Quod si pueri ante baptis-
mum mortui pœnas geennæ incurre-
rent, profecto non diceret, *Nūc enim
dormiens silerem, & somno meo requie-
scerem.* Ad hæc, nondum renati ex a-
qua & Spiritu sancto, non possunt in-
troire in regnū Dei. Rursus, tales non
mittentur in ignem æternum paratū
diabolo, & angelis eius: quia commi-
natio gēnē, & pœna sensuum affligēs
nunquam nisi peccato personali in
Scripturis tribuitur. Hoc etiam Inno-
centius. III. statuisse videtur, dum in
titulo de Baptismo, & eius effectu,
Cap. Maiores, asserit, pœnam peccati
originalis esse carētiā visionis Dei:
actualis verò pœnā peccati esse geen-
næ cruciatum. Ait idem etiam Am-
brosius, qui scribens super illa Apo-
stoli verba ad Romanos: *Et per pecca-
tum mors, ita ait: Mors, dissolutio cor-
poris est, cū anima à corpore separa-
tur. Est & alia mors, quæ secunda dici-
tur in geenna, quam non peccato Adæ
patimur, sed eius occasione proprijs pec-
catis acquiritur, à qua boni immunēs
sunt, &c.* Hęc ille. Gregorius item Na-
zianzenus Oratiōne in sanctum La-
uacrum pueros baptismo destitutos
neq; pœna, neq; gloria afficiendos ex-
istimat: a iusto iudice. Quod verò hoc
loco neutra harū sententiā pue-
ros baptismo destitutos afficiat, ratio
apposita in sententiā satis indicat. Et
sententiā illā, *Discedite à me maledicti
in ignem æternum,* tantum eos qui fidē
hābent, sed opera non habent, com-
prehēdit, vt disertis verbis tradit. Gre-
gorius Magnus Homil. super hoc E-
uangelium, & August. libr. de fide, &
operib. & Ambrosius, siue Prosper
lib. de vocatione Gentium.
Et profecto si rationem consula-
mus, infideles nō potissimum ob ne-
glecta misericordiæ opera damnabū-
tur, sed ob contemptam fidem agni-
tam, quia qui non credit, iam iudica-
tus est. Tales ergo iudicio discussionis
non indigent sicut fideles: nec rur-
sus inducuntur hīc à Domino omnia,
de quibus fideles tunc erunt exami-
nandi, sed ea, quæ ad vniuersos fide-
les in communē spectant, & de qui-

bus nemo se facillè excusare valeat.
Nam, vt præcedente parabola ratio-
nem exigendam in iudicio de vsu, &
fructu talentorum significauit, id est,
charismatum diuinorum, quæ para-
bola ad Apostolos maximè, & eorum
succesores dicta est, qui cum illis in
ecclesia accepturi erant singularem
aliquam gratiam, & prærogatiuam,
sui voluit officij admonere: nunc de-
tegit rationem in iudicio exigendam
de operibus misericordiæ factis, vel
neglectis, vniuersos fideles sui officij
commonefaciens, vt in pauperes mi-
sericordes, & benefici existant. Vnde
quod hæc non propter Apostolos,
vel alios Apostolis similes sint dicta
à Domino, indicat quod subdit: *Quan-
diu fecistis vni de his fratribus meis mi-
nimis, mihi fecistis.* Vbi per fratres mi-
nimos, & pauperes, Apostolos, & illis
similes designauit. Voluit namq; Do-
minus omnibus constare fidelibus
non iudicandos iuxta fidem suā, sed
secundum opera dilectionis proximo
impensa. Et hæc satis sint hoc loco ad
hanc quæstionem, quæ fortassis alio
loco fusiùs erit disputanda. Iā ad ver-
ba singula exponenda accedamus.

Primo quidem loco Dominus vo-
catus est Filius hominis, postea verò
parabolicè pastor: nunc iam Rex dici-
tur, cuius proprium est legem conde-
re, & eius obseruatores remunerare,
rebelles autem, & contumaces puni-
re. Iure autem cū daturus sit regnū,
dicturusq; *Possidete paratum vobis re-
gnum,* Rex prius vocatur, & tunc ple-
nè implebitur verbum Angeli: *Da-
bit illi Dominus Deus sedem David pa-
tris eius: & regnabit in domo Iacob in
æternum, & regni eius non erit finis.* In-
cipiet autem ferre sententiā in fauo-
rem eorū qui à dextris sunt: princi-
pium enim motus secundum naturam
à dextris est. Proprium autem, & natu-
rale Deo est semper misereri, & bene-
facere; alienum autem ab eo, & pere-
grinum opus est punire, & hominum
malefacta vindicare. Rursus, quod
quodammodò contra Dei naturam,
quæ tota bonitas est & benignitas,
militare videatur punire, & pœnas fu-
mere, ex eo patet; quia si Deus suppli-

Infideles
quare dam-
nabuntur.
Ioan. 13.

Quibus nā
fratribus
Christi mi-
nimis bene-
faciendū sit.

4
Triplex
Christi no-
men hoc lo-
co sibi ipsi
impositum.
Cur regē
vocet Chri-
stus.

Luc. 1.

Idem quare
primū ius-
tos benedi-
cet.

Propriū Dei
quid.

Opus Dei
peregrinū,
& ab eo alie-
num.

cijj

Secunda ratio.

Sap. 5.

Quid est venire benedicti Patris mei

Psal. 41. Psal. 83.

Rom. 8.

Ephes. 1. Patris aeterni benedictio qualis a postolo. Deute. 1. 1.

Iusti quoque, & electi cur a Deo Patre benediciuntur.

Rom. 8. Gal. 4.

cijs peccatorum delectaretur, se ipsum pro peccatoribus tradidisset nunquam. Rursum procedit sententia electorum illam reproborum; ut videntes reprobi excelsum honoris gradum, ad quem assumuntur electi, propterea maiori dolore, & cruciatu afficiantur. Videntes enim turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione imperata salutis, gementes praangustia spiritus: dicentes intra se poenitentiam agentes, & praangustia spiritus gementes, Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos in sensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est.

Venite, inquit, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum, &c. Hae est sententia prima ad electos directa, continetque inuitatorium dulcissimum in primo verbo, Venite. Venite ergo, qui semper desiderastis venire, & huc peruenite totis viribus contentis: & qui dicebatis, Quando venia, & apparebo ante faciem Dei. & qui de virtute in virtutem progrediendo semper venistis, donec videretis Deum deorum in Sion. Et benedicti dicuntur, qui benedictione gratiae maledictum peccati exuerunt, & spiritum adoptionis induerunt: & quoniam ad benedictionem hanc Christi in iudicio porrigendam summo studio anhelant. Ait autem, Benedicti Patris mei, quia, ille est qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus, & instar patris filios charissimos benedicens benedixit illis: sed sub conditione, si videlicet benefecerint. Propono, inquit, in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem: Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quae ego precipio vobis: Maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri. Rursum benedicti Patris mei: quae ipsi suis cordibus clarificarunt, suis operibus eius gloriam illustrarunt, & tanquam legitimi filij mores, & imaginem parentis caelestis retulerunt: ut sit perinde dicere, Venite benedicti Patris

mei, ac filij Patris, quibus iure debetur haereditas. Proinde illis tanquam haereditibus, & legitimis ius ad vitam aeternam habentibus dicitur, Possidete regnum, siue ut elegatius Graece dicitur κληρονομήσατε id est, haereditatis iure possidete. Quo significatur, quod non ad tempus, sed in aeternum sint possessuri, & in illam haereditatem caelestem duplici iure ingressuri: altero quidem filiationis, quia Si filij, & heredes; altero vero obedientiae, & militiae in bonis operibus praestitae, de quo subdit: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Ita ut meritum coniunctum sit cum gratia, & haereditas cum mercede: nam haec non pugnant in hac parte: imo ut hic Dominus, ita Paulus ad Colossenses illa coniungit. Hortatus enim seruos, ut quodcumque faciunt, ex animo operentur sicut Domino, & non hominibus, subdit postea: Scientes quod a Domino accipietis retributionem haereditatis. Possidete ergo regnum vos, qui ad illud & filiationis, & bonorum meritorum ius habuistis: & qui artham & pignus Spiritus sancti in nobis delitescens possedistis. Et quia regno nihil est vobis augustius, nihil honorificentius, vtilius nihil, nihil magis voluptatis plenum, & iocunditatis: propterea per illud describitur vitae aeternae felicitas. Possidete ergo regnum, quia voluistis me regnare super vos, & regnastis in vobis ipsis dono meo, & intellectu quidem, per fidem, in voluntate per charitatem, in carne & sensu per continentiam, & abstinentiam, & tanquam violenti regnum caelorum rapuistis, & eruti de potestate tenebrarum fuistis, & translati in regnum filij dilectionis; subdit, Paratum vobis. Paratum fuit per aeternam praedestinationem regnum omnibus obicem non ponentibus. Quia ergo vos ad illud praeparastis, & quia quae virgines erant praeparate, intrauerunt cum eo ad nuptias; ideo ait, Paratum vobis. Et qui charitatis oleum adfert in lampade sua, satis se praeparat, iuxta illud: Oculis non vidit, Deus absque te, quae praeparasti expectantibus te. Paratum ergo est regnum, non quidem personis, sed meritis bonarum operum

Idem regnum possidebunt duplici nomine.

Rom. 8.

Meritum, & gratiam, haereditate etiam & mercedem secum minime pugnant. Coloss. 3.

2. Cor. 1. & alibi. Aeternae vitae felicitas nomine regni cur veniat

Matth. 11. Coloss. 1.

Regnum iustis quatenus paratum sit. Matth. 25.

Isa. 64. & 1. Cor. 2.

Matt. 20.

Illud: A constitutione mundi, quid significet. Ephes. 1.

Sap. 3.

Alter sententia

Electorum quantum decur.

Gen. 18. 2. Tim. 2. Matt. 24.

rum, ac per haec personis illa habentibus: unde in alio loco dixit: Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Et quando fuerit praeparatum, ostendit, dicens: A constitutione mundi. Quo verbo quidam putant significari distinctionem eorum, quibus praeparatum est regnum ante mundi constitutionem, ut dicitur ad Ephesios: ut per illos significetur absolute, & ab aeterno praedestinati, qui in iudicio non opus habent iudicari, sed ipsi tanquam iudices assessores iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: reliqui vero, qui tanto gradu digni non fuerunt, dicuntur a constitutione mundi etiam in mente Dei electi, atque illis tunc primum regnum fuisse praeparatum. Vel sane dicitur non incommode potest, non pugnare haec inuicem, ante mundi constitutionem, & a mundi constitutione: quia regnum hoc, quod attinet ad locum, id est, caelum Empyreum, & Angelos, qui in eo loco conditi sunt, & beati effecti, ante mundi constitutionem fuit praeparatum; a mundi vero huius nostri constitutione, quantum attinet ad beatorum hominum visionem Dei, ac fruitionem, nam ex tempore contingit, & non est ab aeterno, vel ante mundi constitutionem. In Proverb. 8. habetur Dominus posset me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio, ubi videtur idem esse, ab initio viarum suarum, vel a principio, & antequam quicquam faceret. Ad haec Eccle. 24. Sapietia loquitur: A binitio, & ante secula creata sum, & idem per utramque particulam, scilicet ab initio & ante secula, item a constitutione & ante constitutionem idem ipsum explicatur. Ergo paratum vobis a constitutione mundi, imo propter vos mundus ipse conditus est, imo propter eos conseruatus, si propter decem iustos conseruabat ciuitatem Sodomae. Omnia enim propter electos. Illo igitur verbo, Venite, coniunctio corporis mystici cum capite Christo designatur, aquilarum ad corpus, filiorum ad parentem, ouium ad pastorem, & sponsae ad sponsum praesentem

tia. Venite igitur de tenebris ad lucem, de seruitute ad libertatem filiorum Dei, de labore ad requiem aeternam, de bello ad pacem, de morte ad vitam sempiternam, de malorum societate ad Angelorum consortium. Erunt enim homines beati sicut Angeli Dei. Venite, quia non obstantibus tot remoribus, & impedimentis mundi, carnis, diaboli, viam mandatorum, & ad brauium supernae felicitatis cucurristis. Benedicti Patris mei, Quia propter me, & Patrem maledicta hominum sustinulistis, verbo meo auscultantes: Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Possidete regnum. Qui vestris omnibus possessionibus in vita renuntia stis propter me, saltem affectu, dicitis meis audientes: Qui non renuntiauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus: & vocem Apostolicam intellexistis: Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Paratum vobis a constitutione mundi. Qui mundo & eius amicitiae renuntia stis, memores illius verbi: Quicumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Et ita vixistis in hoc mundo, ac si extra eum essetis collocati, ad venturi seculi vitam aspirantes. Subdit: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me. Nudus, & operuistis me: infirmus, & visita stis me: in carcere eram, & venistis ad me. Adiungit Dominus causam suae sententiae: Nam etsi iudices terreni consulto causam in sententia non apponant, ne illa lecta, possit ab aliquo maiori ratione expugnari, & vinci: Deus tamen, qui supremus est iudex, & cuius rationes euidentissimae erunt illa die, & cum omni equitate, & iustitia constituta, efficiet, ut non solum expugnentur, sed ab omnibus adorentur, & summa cum veneratione suscipiantur. Et proinde consulto causam sententiae non supprimit. Nam

Electorum felicitas supra. 22.

Luc. 20.

Matt. 5.

Electorum ius ad regnum aeternum, caelestique haereditatem.

Luc. 14.

Hebr. 10.

Illud eiusdem cur fuerit praeparatum.

Iacob. 4.

Cur praeter more iudiciorum Christi iudex sententiae de bonis, malis que ferenda rationibus confirmata

vt in hoc seculo semper pro sententia iudicium præsuntur, etiam si nobis res comperta non sit, atq; explorata: in die tamen illa postrema, etiam si satis esset ad iustificandam sententiam, scire Deum esse eius auctorem, in quem ignorantia, aut malitia cadere non potest, quemadmodum plerumque in homines cadit, Deus tamen pro incomparabili sua sapientia non eget praesumptionibus aut coniecturis, sed rei euidentia, & vnusquisque certissimo, & euidenti lumine agnoscat se aut damnatione, aut vita aeterna dignum existere. Ait enim. *Esurui enim, & dedisti mihi manducare.* Id est: Non tantum ex pura misericordia, & gratia dono vobis regnum, sed etiam ex iustitia, admixta tamen gratia: nam opera bona, quibus promeremur vitam aeternam, ex gratia sunt, vt propterea recte ab Apostolo dicatur, *Gratia Dei vita aeterna.*

Est autem hic locus plane memorabilis, atq; inuitabile telum aduersus bonorum operum hostes, qui nunquam non vociferantur satis esse solam fidem ad salutem: bonis operibus nos bona temporalia forte promereri posse, aeterna nequaquam: cum potius sit oppositum: nam aeternam vitam sub pacto bonorum operum tamquam remunerationem pollicetur frequenter Deus, de temporalibus nullum in noua lege extat pactum, sed tantum iustis adiunguntur vt additamentum quoddam. Vt ergo intelligamus, ex bonis operibus meritum vitae aeternae confurgere, cum coniunctione causali dixit: *Esurui enim, & dedisti mihi, &c.* Nec in hoc gratiae quicquam, aut magnificentiae Dei detrahitur, vel de rogatur, sed arrogatur potius. Maior enim est Dei gratia, & sublimior gloria, quod non solum gratis donet vitam aeternam, sed etiam quod largiatur bona merita, per quae illam consequamur. Nam etsi possit dare vitam aeternam sine meritis, imò etiam sine fide; tamen quemadmodum noluit dare sine fide, ita nec sine meritis: quae & ipsa dona Dei sunt, vt fides, sed non sine nobis. Vnde illustrior redditur Dei gratia, neque habet homo vnde

offeratur, aut quicquam sibi tribuat. Tertio nota Dei bonitatem, qui in numero habet omnia opera nostra, & omnia illa sigillatim explicat, modo nos ab illorum enumeratione auertamus oculos, nihilque nos fecisse putemus. Enumerat autem sex species misericordiae corporalis: in quibus intelligimus misericordiae spiritualis opera, quae & maiora sunt, & tanto magis ad salutem necessarium illa proximo impendere, quanto anima praestantior est corpore: & necessitates spirituales maioris sunt ponderis, & maiori commiseratione dignae quam corporales. Quarto aduerte, tantummodo de operibus charitatis, & misericordiae facere mentionem, quia Christus solam legem charitatis tulit, & dixit: *In his duobus mandatis* (scilicet dilectionis Dei, & proximi) *vniversa lex pendet, & Propheta; & Apostolus, Pleinitudo legis, est dilectio.* Cuncta ergo examinasse & discussisse videtur, cum de charitatis fructibus examinauerit: vt recte admonuit Augustinus libro de verb. Domini. Nam praedicatione operum charitatis non tantum Vetus, aut Nouum Testamentum docuit, sed etiam lex ipsa Naturae, quae docet: *Quod tibi vis fieri, alteri facito: Et quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Et consonum est hoc praecipio illi, *Quod de proximo diligendo, & curanda ab initio homini est tributum, de quo in Ecclesiastico dicitur: Mandauit illis vniciq; de proximo suo.* Itaque omnis Lex, sine Naturae, siue scripta, siue Evangelica, charitatis praecipium tradit.

Nota verò modestiam praecipientis: non enim ait, *Esurui, & sitiui, & fatistis me, vel laute me tractastis:* nam fatiare famentem, esset opus liberalitatis, sicut subuenire extremè egenti, opus necessitatis esset, non liberalitatis: medio verò modo egentes subleuare, opus est misericordiae. Nec ait, *Nudus eram, & splendide me induistis: nec, Hospes, & magnifico apparatu excepistis me: Infirmus, & sanitate mihi reddidistis.* In carcere eram, & ex eo me eduxistis: sed tantum ait, *Dedisti mihi manducare, & bibere;*

7
In electos bonitas Diuina.

Opera misericordiae corporalis quam proximo necessaria.

De ijs, & non de alijs operibus cur homines iudicandi.

Rom. 13.

August. de verb. Domini, to. 10.

Lex naturae quid praescribat.

Eccles. 17.

8
Christi iudicis modestia.

Proprium Diuinae sapientiae.

Iustis regnum caelorum datur duplici iure.

Rom. 6.

6
Aduersus Haereticos, solam fidem sine operibus satis esse ad salutem dogmatizantes.

Matt. 6.

Ordo Diuinae prouidentiae.

Ephes. 2.

Christi onera qualia sint.

9

Huius responsi iustorum ad Christum iudicem: Domine quando te vidimus esuriientem, & pauperem, & reliquias primus sentus.

Euthym. c. 65. in Mat.

Luc. 17.

Tertius sentus.

2. Cor. 4.

Rom. 8.

Quartus sentus.

Heb. 11.

operuistis, collegistis, & venistis ad me, vt ostendat quam leuia, quamque facilia sint Christi onera quae praecipit: nam potius exonerant, quam grauent: & in his intellige septimum opus misericordiae, quod corpori iam mortui impenditur.

Quinto aduerte responsum Sanctorum; *Domine, quando te vidimus esuriientem, & pauperem, & de dimus tibi potum, &c.* Verba haec secundum Euthymium in parabola ficta sunt, vt cognoscatur responsum, nempe: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Non enim in die iudicij ignorabunt iusti, propter quem opera misericordiae exercuerint, cum vel haec sola parabola abunde essent instructi in Christum conferti, quod in proximum eius causa confertur. Alij vero haec humilitati electorum tribuunt, qui se ipsos perfecte agnoscentes, & quid ex se ipsis producere valeant, & quod omnia merita ex Deo sint, & illi maxime tribuenda, propterea seruantes praecipium Domini, non ignorant illud: *Cum feceritis omnia, quae praecipita sunt vobis, dicite, Serui inutilis sumus, agnoscunt se nihil boni ex proprijs viribus fecisse.* Alij volunt, verba haec ex admiratione electorum profectum irrisum videntes caelum pro terra, & aeterna pro temporalibus, & aeternae gloriae pondus pro leui tribulatione rependi, admirati Diuinae largitatis retributionem, dicent, *Domine, quando te vidimus esuriientem, aut sitiientem, quasi dicant: Non sunt condigna opera nostra, aut passiones temporis ad tantam gloriam, quae in nobis reuelatur.* Rursus, alij sunt, qui sentiunt, eos, qui de pauperibus & afflictis benemeriti sunt, & in eis Christum non agnouerunt, vel eos, qui eis nihil profuerunt (nam vterque populus, & electorum, & reproborum interrogat) eos esse intelligendos, qui non sunt familiares, & domestici fidei, qui fidem de Christo explicitam, vel de Mysterio Trinitatis non habuerunt, sed in fide illa: *Quia Deus est, & inquirentibus se remunerator sit;* opera misericordiae proximo impenderunt: qualis

fuit Cornelius Centurio, antequam ad fidem vocaretur, dixit enim illi Angelus, *Orationes tuae, & elemosinae tuae ascenderunt in memoria in conspectu Dei.* Nam tales non sine aliqua fide, & gratia operantes, etsi Christum explicitum minimè nouerint, vel in fine vitae illuminabuntur vt Christum agnoscant, & in eum omnia sua opera referant, vel etiam si hic non agnoscat, quem nisi ex reuelatione Dei agnoscere non possunt, quam non habent, aeterno premio remunerabuntur, & tunc dicent, *Domine, quando te vidimus, &c. Qui enim misericordiam egerunt, digni sunt Diuina misericordia.*

Potest praeterea intelligi de Christianis crassioribus, qui non intelligunt fideles quosque membra Christi esse, neque hoc vsque ad auditum eorum peruenit, quos tamen opera misericordiae seruabunt. Et rursus de his, qui peccatores membra Christi esse non putant, sed postquam peccauerunt, excisos esse à Christi corpore existimant, quos dum in vinculis peccatorum visitant, aut ab illis soluant, dum animi famè verbi Dei pabulo satiatur, dum eos extraneos vt hospites excipiunt, non Christum in illis, vel pascere, vel excipere, vel visitare putabant, quos Christi membra esse non credebant. Sed quoniam Christus in suis fidelibus peccatoribus peccator est, sibique delicta eorum, qui ad ipsum conuertuntur, imputari vult, quod actum illis peccatoribus videt, sibi actum esse, & imputat, & recordatur: eos verò qui peccatores sunt aspernati, neque quoad facere poterant, reducerunt eos, cum in his ipse sit spretus, contemnit.

Et respondens Rex, dicit illis: *Amē dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Id est, Quandiu propter me fecistis, siue mei amore, mihi censeo esse facta: secus si amore humano, scilicet quia ciuis, quia cognatus, quia amicus. Et Regē se vocat hoc loco, quia tunc vt Dominus & Rex aget, de quo dicitur: *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis.* Graeca vox respondens verbo, quandiu, est *quoad*.

Act. 10.

Diuina misericordia digni qui.

Quintus sentus.

Quid est: Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis: Psal. 71.

id est, in quantum, vel quatenus, vt quidam verterunt. Estq; sensus aptus. Eatenus, vel in tantum mihi hæc fecistis, quatenus, vel in quantum fecistis etiam vni de his minimis fratribus meis. Euangelium Syrum habet: *Quotiescunq; fecistis vni ex his fratribus meis parvulis.* Minimos autem, vel, vt Græcè legimus *ταπεινών*, hic & inferius, & B. Hieronym. minores verit, vt in hunc locum docent Hieronymus, & Augustinus libr. de verb. Dom. eos, qui omnibus dimissis secuti sunt Christum: quia tales humiles, pauperes spiritu, & fratres Christi sunt minimi: quos digito videretur ostendere, dicendo, De his fratribus meis minimis, de quibus ipse Dominus alibi extensa manu dixit, *Eccè mater mea, & fratres mei.* Quicunq; enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Quamquam & ad omnes simpliciter referri possit, ac debeat; quia tales mendicij, abiecti, ac despicabiles sunt. Et vide, Dominum in gloria, & maiestate agnoscere pro suis fratribus mendicos & abiectos, paupertatis cultores, & amatores: sicut à mortuis suscitatus non est dedignatus. Apostolos vocare fratres suos: Quare Paulus hortatur nos ad benefaciendum omnibus, maxime autem domesticis fidei. Tunc dicit *et ipsi, qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.* Hæc sententia horrenda erit, & omnibus audientibus contremiscenda. Hic non fit mentio Regis, vt in sententia prioris pijs, & iustis data: quia vt Deus est, Rex, & omne bonum electis suis, ita reprobis nihil erit nisi vindex, & iudex. Hæc est vox diei Domini amara; *Gladus ex utraque parte acutus, qui animam, & corpus ferit.* Fulgur illud, quod minatur in Deuteronomio; *Si acvero vt fulgur gladium meum;* & tonitrum illud Davidis, de quo; *Ab increpatione tua fugient, à voce tonitru tui formidabunt.* Est ventilabrum in manu sua, virga ferrea; verbum asperum, de quo scriptum est; *Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium;* & à

Verbo aspero. Et vt sigillatim verba huius sententia scrutemur: *Discedite*, inquit, qui nunquam mecum voluistis permanere, qui me abiectis, & à vobis recedere coegistis. Omnis enim qui male agit, odit lucem, vt non arguatur opera eius. Dixistis; *Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus;* & cum Adam, & Cain fugistis à facie mea: Omne enim peccatum non est aliud quam à Christo discedere. *Discedite à me*, qui sum vitis vera, & vos palmites infructuosi, & steriles igni tantum digni & idonei: *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial?* *A me, qui sum via, & veritas, & vita:* Vos autem semper à via aberrastis, mendacium dilexistis, & cum morte pactum inistis. *A me etiam;* id est, à confortio meorum: nam modò commixti boni reprobis sunt. *Maledicti.* Non dixit, *Patris mei*, sicut benedicti, vt annotat Origenes: quia benedictio ex Deo est, maledictio ex diabolo, & propria hominis voluntate. Quisq; enim est sibi ipsi auctor maledictionis, qui maledictione digna operatus est. *Maledicti ergo, qui maledictionem peccati semper adamastis,* iuxta illud: *Dilexit maledictionem, & venit eis qui excommunicati;* & maledicti demonis audistis consilia, & cum transgressoribus Diuine legis maledictis societatem habuistis, de quibus scriptum est: *Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Quod si tantum timetur maledictio patris, aut matris; quantum erit expauescenda maledictio Aeterni Patris? *In ignem,* id est, careritiam regni, & beatitudinis: quia ignis opponitur regno. Vel præter pœnam damni significatam in illo verbo, *Discedite à me*, ponitur pœna sensus acerbissima in igne significata. In ignem etiam, quia abiectis charitatis ignem, quem ego veni mittere in terram; & ignem proprii amoris, sensusque nutriuistis, quem pabulo carnalium delectationum aluistis: ignemque discordiæ inter fratres non extinxistis. *Æternum;* Quia in æternum

IO
Reprobiquare simul cum Christo esse noluerunt.
Ioan. 3.
Iob. 21.
Gen. 3.
Infra. 4.
A Christo discedere, quid sit.
Ioan. 15.
2. Cor. 6.
Ioan. 14.
Sap. 5.
Psal. 4.
Eccli. 7.
Isa. 28.
Matt. 13.
Orige. tra. 34. in Mat. tom. 11.
Benedictio vnde sit, ac que maledictio.
Reprobi quare maledicti.
Psal. 108.
Gen. 5.
Psal. 118.
Quid ire in ignem eternum.
Luc. 12.
Reprobi quo igne delectati dum viuerent, infelicis.

Frates Christi qui minimi.
Hieron. in Matt. libr. 4. cap. 35. tom. 9.
August. loco prescripto.
Matt. 5.
Infra. 12.
Alter sensus
Christi humilitas, & charitas.
Infra. 28.
Gal. 6.
Quibus maxime benefaciendum, teste A postolo
Vox illa Domini qualis; Discedite à me maledicti in ignem æternum.
Sopho. 1.
Apoc. 1.
Deut. 32.
Psal. 103.
Matt. 3.
Apocal. 2.
Infra. 19.
Psal. 90.

In ignem cui gratiam deprecantur, & quomodo.
Matth. 13.
Sup. 3.
Ioan. 15.
Matth. 7.
Filius dæmonis qui nam sint. Ide vt præparentur ad ignem æternum.
Apoc. 12.
Diabolus quid sonet.
Quid sint angeli diaboli.
Regnum celorum Christus Angelis Dei (vt diabolo & Angelis eius ignem æternum) cui non dixerit esse paratum. Bona hominum merita vnde potissimum oriatur.
Sententia Christi iudicis in reprobos pronuntiantis conditiones quatuor.
Isa. 66.
Mar. 9.
amallis viuere in peccato. Et in ignem proijci solent zizania, paleæ, palmites sine fructu, arbores infructuosæ, & adulterinæ monetæ. *Qui paratus est diabolo.* Cuius filius est peccator, & reprobus, & maxime auarus, & immisericors, & ad quem præparastis vos, reddendo vos arbores steriles, paleas, pecuniâ falsam, liberos hæreticis opinionibus vitiatos, & magicas continentes artes, qui de more Ecclesiæ igni adiudicantur. *Paratus est diabolo;* id est, omni ei, qui se diabolus reddidit, hoc est, Dei calumniatorem, & fratrum accusatorem. *Paratus est etiam angelis eius,* id est, omnibus, qui voluntatem diaboli facientes, in nassam peccati alios pertraxerunt, & scandali auctores, & duces extiterunt. *Quod si perconteris, cur non dixit superius, regnum, ad quod vocantur iusti, paratum esse sibi & Angelis Dei,* sicut ignem docet paratum diabolo, & eius Angelis? dicendum est, id factum, ne similiter intelligas ita iustos mereri sanctorum Angelorum confortium, sicut reprobi & impij promerentur malorum dæmonum societatem: nam bona hominum merita non ex sola nostra pendent arbitrij libertate, sed potissimum ex Dei gratia, & benignitate proficiuntur: at humana malitia per se supplicia promeretur æterna. *Discedite ergo à me:* quod verbum usurpamus, cum deformia, & tetra videmus, quæ ne oculi nostri videant, faciem auertimus. *Quod si illi diceret: Postquam nos à te repellis, saltem dignare nos benedictione tua;* subdit, *Maledicti.* Quod si illi instent, saltem mitte nos in locum amænum, & delectabilem, subijcit, *In ignem.* Si illi responderent, saltem mitte nos ad tepus, vt in eo pœnitentiam agamus, subinfert, *Æternum,* ne peccata, vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quod si postremo hiscere audeant, & replicent: *Liaceat saltem nobis bona societate frui;* addit; *Qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Et ne tam seueræ sententiæ causam ignoret possint, & vt habeant vnde plus crucientur, subiungit: *Esuriui enim, & non dedistis mi-*

hi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum. Hæc verba magnopere sunt expendenda, & ruminanda, quia omnes vanas excusationes amputant. Non enim ait: *Itē in ignem æternum,* quia non estis ex numero prædestinatorum, electorum ve. Neq; rursus, quia non habuistis opem gratiæ meæ: nec iterum: quoniam pro vobis sanguinem meum non effudi: ad hæc quia non fuistis in clariori luce Euangelij: neq; rursus, quia non fuistis Religiosi, aut reclusi in monasterio. Ponit enim hic sermo, nihil ex parte electionis, aut Diuinæ gratiæ defuisse, nihil sibi ad salutem, præceptum ex eo quod vixerit in hac, vel illa lege, aut in hoc vel illo statu: quia in omni lege, in omni statu, & conditione omnibus qui salutem suam sitiebant, patuit aditus ad vitam æternam: nunquam tamen ex solis viribus naturæ, sed ex dono Dei per fidem, & gratiam: quamquam Sacramenta ad sanctificationem hominis instituta diuersis ætatibus varia extiterint.

Deinde considerat, eos tantum hic damnari, qui bonorum operum fructibus destituuntur, non qui vitiosa opera admittunt. Quale ergo iudicium subituri sunt de flagitijs commissis, qui de omissionibus & negligentijs talem sententiã ferunt? Quid erit de impietatibus, & flagitijs in Deum, si sic iniurijs in proximum puniuntur? Et si de neglectu operum misericordiarum, quæ ad corpus spectant, tanto supplicio plectuntur: quo supplicio plectendi sunt qui spiritualium exercitium deserunt, quod sæpius maiori cum facilitate, & sine sumptibus præstare possumus? Ad hæc, si tantum sit defectus charitatis apud Deum, quanti fiet defectus operum iustitiarum, ad quæ quis erga proximum præstanda lege tenetur? Ad extremum, si sola denegata pauperi misericordia totum hominem in discrimen adducit, quam seuerè improperia, & conuitia in pauperes propter Christum mendicantes iactata puniuntur: nam illa magis in Christum, quam in pauperem petentem tendunt. Vnde hoc loco scribit Theophylactus: *Tarresce igitur, homo, cum cogita ueris hoc, quod illi neq; vt scorta neq;*

His verbis: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, & rel. quas reprobus præcedet excusationes exquisissimus iudex Christus, ac seuerissimus.
Act. 10.
II
Quibus Christus hic ignem infligat æternum.
Theophyl.

ut latrones, neque ut qui graue aliud flagitium perpetrarunt, puniuntur, sed ut hi qui bonum non fecerunt. Profecto si bene consideras, raptor est, qui multa habet, & non misetur, etiam si neminem manifesta contumelia afficiat. Quia enim quedam habet, quibus non indiget, rapit omnino ab his qui egent, & non accipiunt ab ipso. Hæc ille.

Tertio considera, Christum se vocare pauperem, nudum, infirmum, &c. cum ait, Esuriui enim, &c. Tanta est enim vnio Christi cum corpore suo, ut illo egrotante ægrotet, illo esuriente esuriat, illo peregrinante peregrinetur. Vnde pulchre Origenes in hæc verba scribit: Sicut anima habitas in corpore, cum non esuriat quantum ad suam substantiam spiritalem, esurit tamen vnumquodque corporis cibum, quia copulata est corpori suo: sic & Saluator patitur quæ patitur corpus eius Ecclesia, cum sit ipse impassibilis quantum ad suam diuinitatem. Sanctis enim indigentibus cibo, & ipse esurit. Hæc ille. Rursus vide Dominum gloriari coram vniuerso orbe de eo quod nos ridiculum & contemptibile existimamus. Quod confideras Petrus Rauenas ser. in Psal. 40. O quid agit, inquit, amor pauperis? gloriatur in celo Deus, vnde pauper erubescit in terra, & hoc reputat in honore sibi, quod pauperi computatur iniuria. Dixisse suffecerat, Dedisti mihi potum: sed præmittit, Esuriui, sitiui: quia paruus fuisse amor pauperis quod pauperem suscepisset, nisi & passiones pauperis suscepisset: & certe verus amor non nisi passionibus probatur. Verus amor est fecisse suas angustias angustias: nimis est quod sapit Deo pauperis cibus, qui totius creature bona non esurit: saginatum se in esca pauperis prophetizat in regno celi coram omnibus Angelis in conuentu resurgentiu. Quod Abel passus sit, quod seruauit mundum Noe, quod Abraham fidem suscepit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus crucem resupinus ascendit, Deus tacet, & hoc clamat solum quod comedit pauper. In celo prima est esuriens annona, prima stipendia pauperis tractantur in celo, erogatio pauperis prima diuinis scribitur indiurnis. Et infra: In die (inquit)

mala liberabit eum Dominus. In die mala illi Deus liberator assistet, qui a malis pauperem liberarit. In angustiis illi clamantem audiet, qui pauperem cum clamaret, audiuit: Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit. Videbit diem malum, qui diem iudicii sine aduocatione paupertatis intrauerit. Sine causa accusant peccata, quæ pauper excusat. Excusari non potest, quæ fames pauperis accusauit. Supra etiam dixerat: Et si labor intelligentiæ nullus est: vnde est intelligentiæ fructus? Oremus, fratres, ve ipse nobis intelligere intelligenda concedat, qui se intelligi in paupere sic demonstrat: quod ipse qui celum tegit, sit nudus in paupere, quod in esuriente esuriat saturitas rerum, quod sitiit in sitiite fons fontium intelligere, quomodo non magnum est? quomodo non beatum intelligere quod ei sit ampla paupertas, cui angustum est celum? qui ditat mundum, quod eget in egente? quod frustum panis, aquæ calicem dator omnium querat? quod se Deus amore pauperis sic deponat, ut non adsit pauperi, sed ipse sit pauper? hoc cui videre dedit Deus, ipse videt, sed quomodo aut in se transfuderit pauperem, aut se in pauperem fuderit, dicat ipse iam nobis: Esuriui, inquit, & dedisti mihi manducare. Hactenus ille, satis doctus, & copiose, ut solet.

Quarto expede responsum datorum. Domine, quando te vidimus esuriente, aut sitiente, aut hospite, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi. Proprium filiorum Adæ, sed præcipue impœnitentium, est se excusare de culpa. Sed ut in præcedenti parabola ille qui vnum talentum acceperat, & illud terræ infoderat, frustra se excusauit; ita & hic hædi purgant se apud iustum iudicem, quod illi non agnouerint aliqua necessitate laborantem, ut illi deberet succurrere. Sed hæc purgatio, neque legitima, neque valida est, quia ut Dominus pronuntiat: *Quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi, inquit, fecistis.* Annotauit Erasmus, falsum tamē & caluniose, Franciscanos nomen suum fratrum Minorum ex hoc loco desumpsisse, ut largiores acciperent elemosynas: sed pugnat nomen, & in Græcū, quod minimum, non minorem signat, qui &

Psal. 40. In die mala cui Deus liberator assistet.

Videbit idem malum quis.

Christus quanto opere intelligat suum per egenum, & pauperem, intelligere itaque nos doceat.

13

Filiorum Adæ propriam.

Matth. 25.

Franciscanus familiaris professoribus iis quos vocant mendicantes.

Raptor quis

12. Christus, quare ratione esuriit, sitiuit, &c.

Origenes. tra. 34. in Mat. tom. 2. Exemplum Originis.

Opera misericordie quo loco sint apud Deum. Petrus Rauenas. uen. serm. 14. paullo ante med.

Verus amor quomodo probetur secundum Chrysostolum.

Gen. 4. Infra. 6. Infra. 15. Exo. 20.

Auarorum in genium & excusationes ab elemosynis faciendis.

Mar. 14.

Seneca. Pauper quis.

Tob. 4.

Matth. 10. Luc. 21.

14

Quibus modis humane ferre sententia rescindantur.

Esther. 7.

titulus est alterius religionis mendicantis. Et vocant Christum, Dominum, sed tardè illum agnoscunt: serò enim (ut dici solet) sapiunt Phryges. Et inter peccatores auaris est proprium tenacitatem suam excusare, dicunt enim: Nullus indiget, nullum noui qui indigeat, aut si quis sit, plures illi subueniunt, ita ut opera mea non egeat; cum tamen scriptum sit: *Semper pauperes habebitis vobiscum: & cum volueritis, potestis illis benefacere.* Dicunt præterea, Nos magis pauperes sumus. Atqui in ea re verum imprudetes dicunt, quia quo plus habent, plus auerent: *Auaro enim tam deest quod habet, quàm quod non habet.* Rectè Seneca: *Pauper est, qui multa cupit, & multa sibi putat deficere.* Aliqui verò hoc obtulerunt excusationis genus: Pauper elemosyna nequaquam dignus videtur. Sed satis est illum esse maximè dignum, Christum scilicet, propter quem datur. Alij prætexunt, sibi parum facultatis suppetere. Quibus dandum est consilium Tobie: *Simultum tibi fuerit, ab uero dater tribue: si exiguum tibi fuerit, etià exiguum libenter impertire stude.* Nam si vel calicem aquæ frigidæ porrexit, vel duo æra minuta cum vidua miserit in Gazophylacium, copiosa mercede non carebit.

Et ibunt hi in supplicium æternum; iusti autem in uitam æternam. Conclusio est amanda bonis, & formidanda malis: quæ sola satis est ad declinanda peccata omnia, & ad amplectendas omnes virtutes. Nam agitur in ea de toto asse hominis, ut dici solet: completitur enim salutem, vel interitum totius hominis, & hoc in æternum: quod verbum diligenter est ruminandum, & in visceribus & medullis cordis reponendum. Et si autem sententiæ humane plerumque rescindantur per appellationem ad superiorem, aut per potentiam, aut per rei fugam, aut per malitiam ministrorum, solâ filij Dei sententiâ, qui & testis, & iudex, & pars læsa est, cum ait, *Et non dedisti mihi, executionem habet paratam, & inuitabilem.* Nam si de mandato Regis Assueri scribitur in libro Esther: *Necdum verbum de ore Regis exierat, & statim operuerunt faciem eius: Suspensus est itaque Aman in*

patibulo, quod parauerat Mardocheo: quanto magis Deus, cuius nutui omnia obediunt, & qui ministros habet potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: Ut faciant in eis iudicium conscriptum.*

Expende, prius mitti reprobos in ignem æternum, quàm iustos ad regnum: Vel quia narrationis ordo id suo iure poscebat (erat enim sermo de impijs) vel ad significandum impios mox abituros in supplicium in conspectu iustorum quod ad eorum maiorem gloriam, & vberius gaudium spectat. Pondera deinde verbum, *Ibunt hi*, nomine eos ne dignans quidem, & quibus ait, *Nescio vos*, cum tamen electos, iustos vocet, quæ nomenclatura maximam dignitatem & decus continet. Et iustos vocat, ut omne os hæreticorum obstruatur, eos, qui operibus pietatis suam fidem testatam reliquerunt. Ibunt autem impij à facie Dei eiectionis, & omni Dei fauore destituti: atque ita tanquam plumbum, & quasi lapis descendent in profundum inferni, vbi perpetuis pœnis, sublata omni spe veniæ, crucientur; ex quibus emergant nunquam. Iusti in corporibus gloriosis assumptis, & immortalitate donatis per dotem subtilitatis cœlos penetrabunt, & per dotem agilitatis in momento vitam æternam in cœlo Empyreum possidebunt, vbi misericordias Dei in æternum decantabunt.

Perpende tertio, quosdam extitisse, qui ex præsentis Domini sermone ansam acceperunt asserendi, eos solum arduos æterni ignis supplicio, qui facere elemosynas neglexerunt: eos verò, qui eas fecerunt, licet alioqui male uiuant, ab æternis supplicijs liberos fore: ut testatur Augustinus lib. de Ciuit. Dei, & alibi idem docet. Et isti adferunt rationem suæ sententiæ, eo quod hæc Dominus non commemoret se aliud dicturum iustis vel iniustis, nisi quod elemosynas coluerunt, vel deseruerunt, eo quod Iacobus ait: *Iudicium sine misericordia illi, qui non se-*

Psal. 102. Psal. 149.

15. Cur reprobis in ignem prius mittitur æternum, quàm iusti in regnum assumuntur. Matth. 7. Infra. 25.

Rom. 3. Contra hæreticos, imputatiuam duntaxat iustis tribuentibus sitiam.

Psal. 88.

Qui soli damnabuntur, vel salui fient, se cum dum quosdam, sed falso, & ineptè hinc argumentantes. Aug. libr. 1. de Ciuit. Dei. c. 2. 2. tom. 5. Iacob. 2.

Cur sermo hic institutus à Domino de operibus misericordie.

3. Reg. 8.

Psal. 13. Rom. 3. 1. Pet. 4. Prou. 10.

Tob. 4.

Vita æternã à regno minime distingui.

Augus. lib. de verb. A. post. Serm. 14. c. 2. & seq. to. 10.

16

Vno verbo ignis, seu supplicij æterni Dominus quot erro-

cerit misericordiam. Superexaltat autẽ misericordia iudiciũ. Sed certẽ dogma ipsum vanum est, ac falsum, & ratio parum firma. Non enim perpendunt causam sermonis hinc à Domino instituti, idcirco Dominum de operibus misericordie locutum, vt ad hæc fides prouocet, quæ præcipue Dominus à nobis exigit. Et iusta est merces, vt sicut inhumanitas, ita misericordibus misericordia repẽdatur: vt ait Iacobus in sententia citata. Quia ergo non est iustus quisquã qui faciat bonum, & non peccet, aliquando remedium est misericordia in pauperes, & charitas quæ operit multitudinem peccatorum, quæ hinc impetrat peccati remissionem, & per consequens adipiscitur vitã æternam. Vnde Tobias ait: Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animã ire in tenebras. Pondera quartò, vitam æternam, & regnum idẽ esse. Nam cum prius dixisset, Possidete regnum, postea dixit, Ibunt iusti in vitam æternam. Et hoc contra Pelagianos, qui inter regnum, & vitã æternã quiddam medium excogitarunt: quos merito reprehendit Augustinus. Porro nomẽ vitæ æternæ proprium est scripturæ Noui ipsius Testamẽti, licet res ipsa sub alijs vocibus in veteri scriptura non taceatur, sub eo tamẽ nomine expressa nõ inueniatur: quæ vox et si secundũ Grammaticam rationẽ cõpetere possit vitæ damnatorũ, qua in tormentis in æternum perdurabunt; in sacris tamen pro beata vita, quæ in Dei visione & fruitione consistit poni solet: vnde Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christũ: idcirco hoc loco vita æterna opponitur supplicio æterno. Quoniam ergo damnati etiam habebunt vitam æternam, nõ propterea vt iusti beatitudine perfruentur, quia eorum viuere erit mori, & ob id vita eorum æterna mors erit immortalis.

Postremò ex illo verbo, Supplicij æterni, & vitam æternam, corruunt omnes hærefes, siue antiquæ Origenis, siue nouellæ Anabaptistarum negantium supplicij damnatorum æter-

nitatem. Nam alij senserunt, dånatos homines, & ipsum quoq; diabolum cum angelis suis post diuturna p meritis suis supplicia, tandem eruedos, & sanctis Angelis sociandos, & alternantes fore sine cessatione beatitudines, & miserias. Alij verò, hominum damnatorum supplicium aliquando terminandum, non autem dæmonum putauerunt. Alij verò, homines, putauerunt, postquam missi fuerint in supplicium, mox sanctorum intercessione liberandos. Alij rursus, non omnium malorum supplicium terminandum asserunt, sed tantum eorum, qui Baptismo sancto abluti fuerint, & participes corporis Christi effecti, maximè si in Ecclesia Catholica perceperint Sacramenta, & in ea ad mortẽ vsq; perseuerauerint. De quibus omnibus Augustinus loquitur lib. de Ciuitat. Dei. Sed isti non vident, se in verbũ Christi pugnare, Ignẽ æternum, supplicij æternum, ignem deuorantem, ardores sempiternos: & alio loco dicitur: In diebus illis quærent homines mortẽ, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis; & alibi, Verbis eorum non morietur, & ignis eorũ non extinguetur.

Quòd verò hoc cũ iustitia non pugnet, sed æquitati valde consonũ sit, vt peccatum temporale æterno puniatur supplicio, docet Augustinus prædicto libro. Non enim aliqua humanæ legis iustitia attendit, vt tanta mora temporis quisq; puniatur, quantum tanta mora tẽporis peccauit. Nam humanæ leges pro quibusdam delictis æternas inferunt pœnas: vt cum infligunt pœnam exilij, vel seruitutis. Quòd enim hæ pœnæ non sint æternæ, inde est, quòd vita non porrigitur in æternum: & cum humanæ leges pro grandi crimine morte mulctant, non æstiment supplicium eius iuxta moram breuissimam, qua occidit, sed quòd tale miferentur in sepiternum de societate viuorum. Deinde si bona breuissimo temporis momento facta remunerat æterno præmio, iuxta illud; Id quod in præsentem est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pon-

ditur.

res, & dogmata penitus extinguat, & topiar.

Aug. lib. 21. de Ciuit. Dei, capit. 17. in fine tom. 5. Apoc. 9. Isa. ult. Mar. 9.

17 Aug. lib. prædicto c. 9. & ii. Quam sit æquitati diuine consonum, temporale delictũ æterno plecti supplicio, multis ostenditur. Ratio prima.

Secunda. 2. Cor. 4.

Tertia.

Aug. c. 12.

Quarta.

Arist. libr. 5. Ethico.

Quinta. Greg. libr. 4. Dialog. c. 44. sub initio. to. i.

Sexta ratio.

Aug. to. 5.

Heb. 4. Qua ratione Christum iudicẽ ac vindicem nobis cõciliare valeamus.

us operatur in nobis; quid mirum, si malefacta breui tempore patrata puniunt sempiterno supplicio? Ad hæc, peccauerunt impij contra bonum æternum, dum contempserunt vitam æternam, vt ibidem tradit Augustinus; ob id factus est homo malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonũ, quod esse posset æternum. Similiter etiam peccatum est in Deum infinitum; idẽ infinitam promeretur pœnam, saltem secundũ durationẽ: quæ, secundum Philosophum, infligitur habita ratione eius, in quem delinquitur. Præterea, homo, quantum est in se, in æternum peccat: nam, vt ait Gregorius in lib. Dialogorum, Iniqui ideò cum sine deliquerunt: nam voluissent viuere, si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendit enim quia in peccato semper viuere cupiunt, quia nõquã desinunt peccare, dũ viuunt. Ad magnã ergo iustitiã iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. Sic ille. Ad hæc, iustũ est, vt dũ culpa manet, & pœna permaneat: culpa autem non potest remitti sine gratia, quæ post mortem non potest acquiri: ergo iustẽ in æternum puniuntur. Ruit hinc simpliciter Platonis sententia, qui docebat, omnes pœnas, siue diuinis, siue humanis legibus infligtas, siue in hac vita, siue post mortem emẽdandas, & quãdoq; finiẽdas: vt idẽ Augustin. lib. 21. de Ciuitate Dei. c. 13. & tribus sequẽtib; refellit: libro etiam de hæresib; ad Quod uult. eundem errorem in hæresi Origenis refutat: nam Origenes in eundẽ errorem prolapsus secutus Platonem: de qua etiã re lege Epistolam Hieronymi contra errores Ioãnis Hierosolymitani, Epistolamq; Epiphani; quæ extat inter illas Hieronymi. Et de his satis sit dictum. Nemo ergo sibi blandiatur, aut se ipsum decipiat, sed ex quo sententiam iudicis flectere non possumus, quoniam incorruptum se, & inexorabilem exhibebit illa die, reliquum est, vt nunc ad eam ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus: in auxilio opportuno: quod fiet, si pœ-

nitentiam agamus, & vitam in melius commutemus. Ipse enim dixit, Agam ego pœnitentiam super malo quod cogitavi vt facerem ei. Inutilis tunc erit pœnitentia, frustra fundentur preces, munera nequaquam illum placabunt, sed hæc nunc pretiosa sunt, maximè pœnitentia, confessio, & lacrymæ gratæ sunt, preces suscipiuntur, munera in pauperes effusa libetẽr admittit, facile consanguinitate nobiscum iungitur.

Et postquam dignatus est detegere capita, de quibus examinãdi sumus, demus operam vt rectam de illis rationem, cũ de illis examinandi ante Christum iudicem sistemur, reddere valeamus. Qua in re pulchrẽ nos admonet Theophyl. At tu fuge, inquit, immisericordiã, & fac eleemosynas, & alias quidẽ sensibiles, alias autẽ spirituales. Pasce Christũ, qui esurit salutẽ nostrã: sed esurientẽ doctrina si paueris, pauisti Christum, & potasti. In Christiano enim Christus est, & fides pascitur, & crescit doctrinis. Sed etsi videris peregrinum à superna patria, induc tecum, & collige, hoc est, dum tu ingredieris in cœlos, introduc illum, ne alijs prædicans ipse sis reprobis. Et si quis incorruptionis vestem abiecerit, quam per Baptismum induit, & nudus sit, induc illum. Et infirmum fide, vt Paulus dicit, assume; & vinctum in carcere, hoc est, in carcere illo tenebroso, inuisẽ, illi quasi splendorem admonitionem donas. Has sex species charitatis imple quidem corporaliter, imple autẽ & spirituales: nam cũ duplicis naturæ simus, possunt hæc & bifariam perfici. Hęc ille.

Ministremus igitur Christo in anima nostra, dando ei cibum bonorum operum, vinum amoris, hospitij per fidem, Christum in Eucharistia peregrinum excipiẽdo, vestibus virtutum induendo; visita illum vt infirmum, id est, quando nihil, vel parum potest in nobis, fac vt multum possit in te: quod fiet, si in eo speraueris, & super eum iactaueris cogitatum tuũ. In carcere est, quando tantum in intellectu detinetur: idẽ inde erue eũ, vt per regnum animæ nostræ, & per facultates eius, & per totum corpus,

18

Theoph. in Mat. 25.

Fides pascitur, & crescit doctrinis.

1. Cor. 9.

Rom. 14.

19

Vt nobis sit Christo ministrandum.

Psal. 54.

& singula eius membra pergat liberè. Deinde miserendum corporibus proximorum, non eos quasi viles & minus reputando, sed Christum in eis cernendo. Aliàs si, vt Apostolus ait, distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Quamquam non omnes, neq; soli facientes eleemosynam, salui fiant, nec enim eleemosyna in peccato mortifero facta, vllum continet meritum ad salutem, nec quisquam sibi de eleemosynarum largitate blandiatur. Postremò miserendum est Christo, in animabus proximorum laboranti: quod etsi potissimum ad animarum pastores spectet, omnium tamen eorum, qui iuuare possunt, munus est. Huiusmodi sunt; Porrigere panem doctrine fidei, vinum, & verbum amoris; nudum doctrina virtutum, quasi vestium stola cooperire; peregrinum, nec habentem vbi caput reclinet, colligere; infirmum spiritu sustinere, & suscipere; in carcere affectuum, vel passionum existentem, liberare. Quæ opera non possunt nisi amplissima, & opulentissima mercede remunerari à supremo iudice & largissimo remuneratore Domino nostro Iesu Christo, cui cù Patre, & Spiritu sancto habeatur omnis honos, gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen.

TRACTATUS XLII.
Atq; postremus, in quo parabola distinguitur, & quomodo singulis diebus Quadragesimæ applicari valeant, exponuntur.

Quoniam multi sunt, qui forsatis tractatione parabolarum explicare populo expendant, quoniam perutilis est,

& populi captui valde accommodata, volui postremò huc laborè subire in gratia studiosorum, & præsertim eorum, qui munere concionandi defunguntur, vt indicarem breuiter, quo die quæq; parabola comòdè explicari queat. Cù enim dies Quadragesimæ sint quadraginta, & propter dies Dominicos paullo plures, & in eodè ferè numero inueniatur parabola, vt ipse certo experimèto deprehendi (Nà illas aliquando me exposuisse memini, nò sine magna auditorum voluptate, & iocunditate) propterea nò erit difficilis, opinor, ne dicam infructuosus, labor. Nà si dies deessent parabolis, aut parabola numero dierum, facilè esset vel duas vno die parabolas absoluerè, vel vnam longam in plures dies distribuere. Nà quædã sunt quæ difficilè vno quædam die expediri: rursus aliæ breuiores, quæ vt vni dici possint sufficere. Idè etiam labor Tractatui disceptationum, vel miraculorum, & signorum Christi accommodari posset, si quis desiderio teneretur illa omnia per totam Quadragesimam declarandi. Quod etsi sine nostro labore quibus vel mediocri ingenio præditus facilè assequi possit: tamè studio gratia in eundem apud eos, qui Apostolicum munus obeunt, ratione, & methodum, quam ego in explicandis obseruari parabolis, breuiter insinualo.

Præmittendū etiã est, in Euangelij Quadragesimæ diebus assignatis, parabolas nonnullas inueniri, præter quas nò videtur expedire aliam eodè die parabola explicare, postquam illæ sunt, quas præcipuè tractare intendimus. Poterit etiã qui volet, Euangelium, quod illa die ab Ecclesia legitur, simul eum parabola, quæ in illo Euangelio legitur, vel quæ opera nostra aliunde aduehitur, illo die edisserere, vt parabola cõdiat Euangelium, & Euangelium parabolam. Rursus præmittendum, quæ de parabolis in genere tradenda videbuntur, vno aut altero die ante Quadragesimam, vel in principio eius explanari oportere; vt ita, quæ generalia sunt, præcedant singularia, iuxta rectum doctrinæ ordinem. His positis, iam digerã illas quo ordine sint docendæ.

Pastorū spiritualiū officium.

Huius tractationis vsus.

Huius tractationis vsus.

Matth. 13.
Marc. 4.
Luc. 8.

Matth. 6.

Infra 8.
Luc. 7.

Matth. 5.
Luc. 6.

PRIMA igitur di Cinerum proponenda videtur prima parabola: Ecce exiit qui seminat, seminare semen suum: nam illa die prodeunt Concionatores ad semen Verbi Dei disseminandum. Congruit etiam parabola Evangelio de bene & malè ieiunantibus, quod illa die legitur: nam semen in tres partes terræ frustra decidit, & perijt: in aliam partem cadens, protulit fructum bonum. Congruit præterea ceremonia Ecclesiæ, quæ illa die cineres capitibus fidelium imponit: & præcepto ieiunij, quod illa die initium sumit. Nam semine quod in terram bonam cadit, sub terra latitat, & patitur multa à frigore, ab imbribus, & tadem, vt Dominus interpretatur, significat eos qui fructum adferunt in patientia: quem fructum nos patienter ieiunantes ferre debemus.

FERIA V. Cinerum, in cuius Euangelio agitur de fide Centurionis præposito Israëlitis, potest proponi parabola duorum filiorum missorum à patre in vineam: ex quibus alter cum dixisset se iturum, non iijt, & hic est Iudeus: alter dixit se non iturum, & iijt, & hic est Gentilis: Matth. 21.

FERIA VI. Cinerum, traditur Euangelium diligendi inimicos, & remittendi iniurias: cui argumèto maxime quadrat

parabola Regis ponentis rationem cum seruis suis. Ex quibus vnus oblatu est debitor decem millium talentorum; qui cum remissionem à domino accepisset, conseruum debentem centum denarios suffocabat: Et hæc habetur Matth. 18.

SABBATO Cinerum, in quo legitur Euangelium continens, Apostolos per totam noctem in navi laborasse contra ventos contrarios, & Christum post quartam vigiliam ad eos aduenisse. Potest autem parabola grani sinapis eo die explicari, quod contritum magnam acrimoniam edit, quemadmodum & tribulationes perficiunt homines. Et habetur Matth. 13. et Luc. 13.

DOMINICA I. Quadragesimæ proponitur in Euangelio conflictus Christi cum diabolo, et victoria de illo. Valet comòdè explicari parabola illa, et si parua, cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, et spolia eius distribuet: quæ habetur Luc. 11: Matth. 12. et quam Marcus cap. 3. apertè vocat parabolam.

FERIA II. post primam Dominicam continet Euangelium aduentus Christi ad iudicium, in quo est parabola pastoris, ouium, & hædorum; nec

Matth. 14.
Mar. 6.

Matth. 4.
Mar. 1.
Luc. 4.

Matth. 23.

opus est aliam eo die explicare parabolam.

Suprà 21.

FERIA III. in qua legitur ingressus Iherosolymae in civitate Hierusalē, & eiectio vendentium & ementium de templo, & accessus cecorum, & claudorum, quos sanavit, potest non ineptè explicari parabola sagenae missae in mare, & ex omni genere piscium congregantis: ex qua boni assumuntur in vasa, mali mittuntur foras. Et habetur Matth. 13.

Suprà 12.
Luc. 11.

FERIA IIII. post primam Dominicam, in Evangelio Dominus acriter redarguit Pharisaeos tentantes se, & signum petentes: & in virtute poenitentiae de peccatis agenda praefert illis Ninivitas. Posset illo die parabola applicari ficus plantatae in vinea, & per triennium expectata, nec tamen fructum producentis: quae habetur Luc. 13.

Matth. 15.
Marc. 7.

FERIA V. post I. Dominicam conflictus Chanaanæ cum Christo describitur, & ab eo donum quod petebat, impetrantis. Opportunè adduci posset parabola viduae, iudicem illum, qui nec Deum timebat, nec hominè reverebatur, improbitate sua expugnatis, & habetur Luc. 18.

Ioan. 5.

FERIA VI. post I. Dominicam, in qua paralyticus ad piscinam sanitati restituitur, & interrogatur an velit sanus fieri: commodè exponi potest parabola: Sic est regnum Dei, quem

admodum si homo iaciat semetipsum in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & semen germinet, & increseat dum nescit ille. Ultrò enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum inspica. Et habetur Mar. 4.

Matth. 17.
Marc. 9.
Luc. 9.

SABBATO post I. Dominicam, & ipsa II. Dominica Quadragesimae idem legitur Evangelium Transfigurationis, in quo gustus quidam magnitudinis gloriae exhibitus est Apostolis: posset illis duobus diebus commodè explicari parabola patrisfamilias mittentis operarios in vineam suam, atque illos denario remuneratis: nam illa parabola longior est, & multis scatet difficultatibus; quae possent merito operam dierum duorum exigere. Matth. 20.

Ioann. 8.

FERIA II. post II. Dominicam legitur Evangelium: Ego vado; & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quod ego vado, vos non potestis venire: posset non ineptè explicari parabola illa: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: & habetur Luc. 12.

Matth. 23.

FERIA III. post II. Dominicam, in quam incidit Evangelium: Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate & facite; secundum verò opera eorum nolite facere: posset eo die adduci parabola il-

la:

la: Quis, putas, est fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, &c. Quae refertur à Matthaeo cap. 24. & à Luca 12.

Matth. 20.

FERIA IIII. Evangelium habet duorum filiorum Zebedaei affectantium primas sedes in regno Dei: Quo die aptissime adducetur illa parabola: Quum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo: Et habetur Luc. 14.

Luc. 16. & seq.

FERIA V. Legitur historia Lazari mendici, & diuitis epulonis: quo die elucidari potest parabola, de qua Luc. 12. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam; Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animae meae, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare, &c.

FERIA VI. Evangelium totum, parabola est vineae plantatae à patrefamilias, quam sepi, torculari, & turri muniuit, & locavit eam agricolis, &c. Matth. 21. Marc. 12. & Luc. 20.

SABBATO post II. Dominicam, legitur elegantissima parabola parentis habentis duos fi-

lios; quorum iunior abiit in regionem longinquam, & dissipavit omnia bona sua, Luc. 15.

Matth. 12.
Marc. 3.

DOMINICA III. obijciunt in Evangelio Pharisei Christo, quod in Beelzebub eijceret demonia. Ad quos productis nonnullis parabolis respondit Dominus. Ex quibus illa posset late explicari, quae de recidivo peccato in reditu diaboli designato tractat, & quae incipit: Quum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, &c. Luc. 11.

Matth. 13.
Marc. 6.
Luc. 4.

FERIA II. ubi Dominus de Nazarenis conqueritur, quod si deus apud eos non inueniret, parabola fermenti aptè elucidari potest: de qua Matth. 13. & Luc. 13.

Matth. 18.
Luc. 17.

FERIA III. in qua traditur praecipuum correptionis fratris peccantis in nos, pulchre adduci potest parabola descendentis ab Hierusalē in Hiericho, & incidentis in latrones, spoliati, & vulnerati, cuius plagis infudit oleum, & vinum Samaritanus, Luc. 10.

FERIA IIII. Evangelium continet parabolam à Christo expositam: Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem: De qua Matth. 15. & Marc. 7.

Matth. 8.
Marc. 1.
Luc. 4.

FERIA V. ubi socrum Petri febricitantem ad preces Apostolorum sanavit, adduci

potest

potest parabola de amico veniente in media nocte ad petendum commodato tres panes ab amico: Et habetur Luc. 11.

Ioan. 4. & seq. **FERIA VI.** agitur de conversione Samaritana ad Christum: & potest eleganter adduci parabola pastoris querentis ouem perditam: Matth. 18. & Luc. 15.

Infrā 8. **SABBATO** agitur de historia adulteræ ad Christum adductæ, nec ab eo cõdemnatæ, sed potius accusatoribus extra templum eiectis: potest ea die adhiberi parabola drachmæ perditæ, & inuentæ: Luc. 15.

Supra 6. & seq. **DOMINICA III.** proponitur Euangelium de multiplicatione panum per signum facta: quod multi panem a Domino acceptum retinentes impedire solent: Et ideò potest adduci parabola villici iniquitatis, & qui defraudauit dominũ suum: & habetur Luc. 16.

Ioan. 2. **FERIA II.** in qua de eiectione prima ementium & vendentium in templo agitur, potest tractari parabola agri producentis frumentum, & inimici hominis nocte superfeminantis zizania, Matth. 13.

Infrā 7. **FERIA III.** in qua Christus suam doctrinam tuetur, & ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, potest edisseri parabola: Quis vestrum habens seruum arantem, aut pasce-

tem boues, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, & recumbe: quæ tota ad humilitatem, & submissionẽ animi cordibus nostris infigendam spectat: Luc. 17.

FERIA IIII. incurrit Euãgelium de cæco: Potest explicari parabola: Lucerna corporis tui, est oculus: De qua Matth. 6. & Luc. 11.

FERIA V. in ciuitate Naim suscitatur adulescens filius viduæ: cui applicari potest parabola hominis negotiatoris querentis bonas margaritas: quam enarrat Matth. cap. 13.

FERIA VI. traditur suscitatio Lazari: Et potest explicari parabola thesauri in agro absconditi: de qua Matth. cap. 13.

SABBATO Dominus ait: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris: potest illo die explicari illa parabola: Nũquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne, vt super candelabrum ponatur? quæ Marc. cap. 4. inter parabolas ponit.

DOMINICA V. Quadragesimæ, vbi Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico; quare non creditis mihi? posset aptari parabola: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo; ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tra-

Ioan. 4. & seq.

Infrā 8.

Supra 6. & seq. Matth. 14. Mar. 6. Luc. 9.

Ioan. 2.

Infrā 7.

Ioan. 9. & seq.

Luc. 7.

Ioan. 11. et seq.

Supra 8.

Matth. 5. Luc. 8.

Ioan. 8.

dat

dat te ministro, &c. Quæ habetur Matth. 5. & Luc. 12.

Supra 7. **FERIA II.** vbi Christus minatur discessum a Iudæis, posset explicari parabola, Homo quidam nobilis abiit in regionẽ longinquam accipere sibi regnũ, & reuertit.

Luc. 19. **FERIA III.** in qua agitur de aduentu Christi in templum, vt proficisceretur in Iudæam, & se ipsum ostentaret, apte congrueret parabola, siue prouerbiũ illud apud Ioannem: Amẽ amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro: Nemo enim se debet ingerere, sed expectare vocatiõnem.

Ioan. 7. **FERIA IIII.** in qua agitur de aduentu Christi in festo die solenni Enceniorum, vbi Christo obicitur: Quousque animam nostrã tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam: posset legi illo die parabolicum illud, quod ponitur apud Ioannem: Ego sum Pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.

Ibidem. **FERIA V.** habetur Euãgelium conuersionis peccatricis in domo Pharisæi: quod inclusam habet egregiam parabolã: Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.

Ibidem. **FERIA VI.** Collegunt Pontifices, & Pharisei conciliũ aduersus Iesum, & reliq. posset adaptari parabola vocatorum ad nuptias, & nolentium venire, sed potius in seruos vocantes sciuentium. Matth. 22.

Ibidem. **SABBATO**, atque Dominica sequenti, vbi de aduentu Christi in die Palmarum agitur, & Christus magno applausu excipitur, posset non incommodè tractari parabola virginum, & longa, & difficilis, Matth. 25. atq; ibi de præparatione, & cõfessione præuia aliquid tractari ad excipiendum Christum in Eucharistia.

Ibidem. **FERIA II.** vbi mentio fit de cœna, qua exceptus est Christus in Bethania, & Martha ministrabat, & Lazarus discumbebat, & Maria ungebat Dominum: posset egregie tractari parabola illa: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: Luc. 14.

Ibidem. **FERIA III.** posset eadem parabola de cœna magna suauiter applicari Sacramento Eucharistiæ, vt auditores disponat ad dignam, & fructuosam participationem Corporis Christi.

Ibidem. **FERIA IIII.** posset iterum explicari parabola thesauri absconditi in agro, ad explicandos thesauros; siue fructus, quos dignè communicantes percipiunt.

FERIA VI. Collegunt Pontifices, & Pharisei conciliũ aduersus Iesum, & reliq. posset adaptari parabola vocatorum ad nuptias, & nolentium venire, sed potius in seruos vocantes sciuentium. Matth. 22.

SABBATO, atque Dominica sequenti, vbi de aduentu Christi in die Palmarum agitur, & Christus magno applausu excipitur, posset non incommodè tractari parabola virginum, & longa, & difficilis, Matth. 25. atq; ibi de præparatione, & cõfessione præuia aliquid tractari ad excipiendum Christum in Eucharistia.

FERIA II. vbi mentio fit de cœna, qua exceptus est Christus in Bethania, & Martha ministrabat, & Lazarus discumbebat, & Maria ungebat Dominum: posset egregie tractari parabola illa: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos: Luc. 14.

FERIA III. posset eadem parabola de cœna magna suauiter applicari Sacramento Eucharistiæ, vt auditores disponat ad dignam, & fructuosam participationem Corporis Christi.

FERIA IIII. posset iterum explicari parabola thesauri absconditi in agro, ad explicandos thesauros; siue fructus, quos dignè communicantes percipiunt.

Ioan. 11.

Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. Ioan. 12.

Ibidem. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Matth. 23.

IN

IN Die Passionis Domini, siue illa in die Iouis, siue Veneris pro concione explanetur, potest adduci parabola illa: Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Ioannis 12.

IN Die Resurrectionis Domini, ad gaudium Christi resurgentis explicandum potest adduci illud parabolicum Ioannis: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Ioann. 16.

FERIA II. Paschæ, vbi discipuli rogant Dominum: Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit, & inclinata est iam dies; potest adduci parabola volentis edificare, aut Regis sturi committere bellum aduersus alium Regem: quæ parabola ad perseverantiam adhortatur, quæ summè necessaria est his, qui in gratiam cum Christo redeunt: Et habetur Luc. 14.

FERIA III. Paschæ, in qua finis de more imponi solet concionibus Quadragesimæ, potest explicari illud Matthæi Evangelium: Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui

profert de thesauro suo noua, & vetera. Et illud quo Dominus conclusit sermonem in monte: Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui edificauit domum suam super petram: & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & reliq. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui edificauit domum suam super arenam. Quæ conclusio parabolica commoda est ad imprimendum cordibus auditorum studium bonorum operum: quod vnum finis est omnis doctrinæ, & prædicationis, & exhortationis.

QVONIAM verò nonnulli incidunt festiui dies in Quadragesima, difficile non erit parabolas congruas illis adaptare: Vt in die Annuntiationis, & Incarnationis Filij Dei, posset exponi illud: Simile est regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. In die B. Matthiæ potest explicari parabola grani sinapis: quod minimum quidè est omnibus seminibus, cum autem creuerit, maius est omnibus oleis, &c. quod etiam Euangelio suo congruit, vbi parulis reuelantur mysteria regni cælorum. In die B. Gregorij, parabola talentorum. In die S. Iosephi, parabola thesauri absconditi in agro: nam cum ille sortitus est in coniugem B. Virginem, magnum thesaurum inuenit. In die S. Benedicti, qui magno precandi munere donatus fuit à Deo, potest adduci parabola: Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Phariseus, & alter Publicanus: vt intelligant qui religionem eius profitentur, & reliqui omnes religiosi, quanta cum animi submissione atque modestia fundendæ sint ad

Suprà 7.

Luc. 6.

Finis omnis doctrinæ, ac prædicationis quis sit.

Matth. 22.

Suprà 13.

Mar. 4.

Luc. 13.

Matth. 11.

Infrà 25.

Suprà 13.

Luc. 13.

Deum

Matth. 24.
Luc. 12.

3
Quæ specie parabolæ habere videantur.

Ibidem, & Matth. 5.

Ibidem, & Marc. 4. & Luc. 8.

Matth. 7. & Luc. 11. Matth. 7. et Luc. 6.

Ioan. 12.

Deum preces, & laudes in tēplis decantandæ, vt dona quæcunq; à Deo impetrare valeant. In die B. Thomæ Aquinatis potest applicari parabola: *Quis, putas, est fidelis seruus & prudēs, quem constituit dominus suus super familiam suam. Non sum ignarus hæc posse accommodari alijs modis, & fortè aptioribus: propterea nemini prescribimus: occasionem tantum damus sapienti.*


Neq; quisquam miretur quædam esse, quæ magis parabolicum aliquid habeant, quàm parabola sint, vt ab initio huius libri notauimus: in hac tamen accommodatione illius subtilis accommodationis rationem habendam non putauimus. Sed vt impleremus dies Quadragesimæ, quicquid verè parabolicum est, aut illi proximè, adducendum merito esse existimauimus: vt sunt illa: *Esto consentiens aduersario tuo: Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio: Lucerna corporis tui, est oculus: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, &c. Nisi granum frumētī*

cadens in terram mortuum fuerit: Mulier cum parit, tristitiam habet. Hæc enim, & alia his similia à quibusdā quidem habentur pro parabolis, ab alijs verò pro his, quæ parabolicum continent aliquid: & ideò cum verba Christi Euangelica sint, & apta ad docendum, non volumus ab eis recedendis hoc loco inter parabolas abstinere: et si aliter superius definerimus. Et hæc sunt quæ de Parabolis habui quæ dicerem: non dubito quin meliora, solidioraq; possint à viris doctis, & in Scripturis exercitatis proferri. Nos interim in Gazophylacium Domini duo æra minuta contulimus; alij opulentiores, & in Sacris literis magis instructi in medium adfererè diuitias, & thesauros sapientiæ suæ ad Euangelicarum parolarum ornamentum, & ad studiosorum vtilitatem; ope, ac munificentiâ Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre, & Spiritu sancto, omnis detur ab omni creatura honor, laus, gloria, gratiarum actio, atq; imperiū, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Infrà 16.

Luc. 21.

LIBRI SEPTIMI FINIS.



XTUM



INDEX

INDEX SENTENTIARUM NOTABILIUM SCRIPTURÆ SACRÆ, QUÆ IN HOC SEPTIMO TOMO EXPLICANTUR.

Ex Genesi.

- C**ap. 3. Terram comedes cunctis diebus vite. pag. 59. nu. 7.
Cap. 4. Septuplum ultio sumetur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. pag. 86. num. 3.
Cap. 26. Isaac sevit in terra Canaan, & inuenit centuplum. pag. 28. nu. 10.
Cap. 27. Det tibi Deus de rore caeli, & de pinguedine terra. pag. 49. nu. 9.

Ex tertio libro Regum.

- Cap. 20. Non gloriatur accinctus æque ac discinctus. pag. 140. nu. 4.

Ex libro Iob.

- Cap. 3. Qui expectant mortem, & nō venit, quasi effodiētes thesaurū. pag. 69. nu. 12.
Cap. 38. Ingressus es thesauros niuis, &c. pag. 64. nu. 4.

Ex Psalmis.

- Psal. 17. Precinxisti me virtute ad bellum. pag. 140. num. 4.
Psal. 18. Delicta quis intelliget. pag. 341. nu. 24.
Psal. 22. Misericordia eius subsequetur me. pag. 218. num. 6.
Psal. 26. Protexit me in abscondito tabernaculi sui. pag. 67. nu. 5.
Psal. 41. Abyssus abyssum inuocat. pag. 215. num. 1.

- Psal. 44. Adducentur Regi virgines post eam. pag. 321. nu. 2.
Psal. 58. Et misericordia eius praeueniet me. pag. 218. nu. 6.
Psal. 73. Operatus est salutem in medio terræ. pag. 344. nu. 7.
Psal. 77. Spiritus vadens, & non rediens. pag. 88. nu. 7.
Psal. 90. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. pag. 34. nu. 5.
Psal. 134. Qui producit ventos de thesauris suis. pag. 65. nu. 4.

Ex Ecclesiaste.

- Cap. 6. Inijce pedem tuum in cōpedes eius. pag. 122. nu. 14.

Ex libro Sapientiae.

- Cap. 7. Infinitus thesaurus est hominibus, pag. 67. nu. 10.

Ex Ecclesiastico.

- Cap. 7. Non iteres verbum in oratione tua. pag. 248. nu. 5.
Cap. 9. Melior est canis viuus leone mortuo. pag. 196. num. 16.
Cap. 14. In bonis illius alter luxuriabitur. pag. 211. num. 12.
Cap. 15. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum. pag. 49. nu. 9.

Ex Isaia.

- Cap. 1. Vinum tuum mistum est aqua. pag. 298. num. 12.

I N D E X.

- Cap. 4. Erit germen Domini in magnificētia. pag. 54. num. 9.
 Cap. 5. Vineā facta est dilecto meo in cornu filio olei. pag. 155. num. 6.
 Ego plantavi te vineam electam. pag. 295. num. 2.
 Cap. 6. Auditū audietis, & non intelligetis. pag. 4. nu. 10. & 12.
 Cap. 61. Gaudens gaudebo in Domino, &c. pag. 74. nu. 10.
 Cap. 65. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. pag. 215. nu. 19.

Ex Hieremia.

- Cap. 13. Seminabo domum Israël, & domū Iuda semine baminum, &c. pag. 39. nu. 5.
 Cap. 22. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. pag. 35. nu. 6.
 Cap. 24. Ficus bonas, bonas valde; ficus malas, malas valde. pag. 157. nu. 12.

Ex Ezechiele.

- Cap. 26. In delicijs paradisi Dei fuisti, &c. pag. 75. num. 11.
 Cap. 45. Viginti sceli, & viginti sceli, & quindecim sceli, mnā faciunt. pag. 285. num. 5.

Ex Matthæo.

- Cap. 6. Adveniat regnū tuum. pag. 47. nu. 3.
 Cap. 8. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c. pag. 239. num. 1.
 Cap. 13. Ut videntes non videant, & audietes non intelligant. pag. 4. nu. 10. & 12.
 Vobis datum est nosse mysteria regni Dei. pag. 16. nu. 16.
 Exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. pag. 26. nu. 3.
 Ut impleretur quod dictum est per Prophetam, Aperit in parabolis. pag. 62. & 63. nu. 11. & 12.
 Cap. 18. Non dico tibi septies, sed usque septuagies, &c. pag. 85. nu. 2.
 Cap. 24. Due molentes in mola, una relinquetur, &c. pag. 59. nu. 4.
 Cap. ult. Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. pag. 133. num. 4.

Ex Marco.

- Cap. 4. Habenti dabitur, & abundabit, &c. pag. 15. nu. 11.
 Nunquid venit lucerna, ut sub modio ponatur. pag. 17. nu. 17.

Ex Luca.

- Cap. 8. Ut videntes non videant, &c. pag. 4. nu. 10. & 12.
 Cap. 12. Quis me constituit iudicem super vos. pag. 131. nu. 1. & seq.
 Vendite quæ possidetis, & date eleemosynā. pag. 138. nu. 14.
 Sint lumbi vestri præcincti, &c. pag. 322. num. 3.
 Cap. 13. Nuntiantes illis de Galileis, quorum sanguinem Pilatus miscuit. pag. 153. nu. 1. & sequentib.
 Cap. 17. Dicite, Serui inutiles sumus. pag. 353. num. 9.
 Cap. 22. Caute ab omni avaritia. pag. 134.

Ex Ioanne.

- Cap. 10. Non rapiet eas quisquam de manu mea, &c. pag. 109. nu. 10.

Ex Epistolis Pauli.

1. Cor. 5. Modicum fermentum totam massā corrumpit. pag. 58. nu. 4.
 1. ad Timot. 5. Cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt. pag. 211. nu. 12.
 2. ad Timot. 2. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, &c. pag. 29. nu. 11.

Ex Epistola Iacobi.

- Cap. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis. pag. 30. num. 14.

Ex Epistolis Ioannis.

1. Ioann. 2. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. pag. 40. nu. 6.
 1. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem, nō pro illo dico. ut roget quis. pag. 129. nu. 9.

Ex Apocalypsi.

- Cap. 3. Facta est habitatio omnis volueris immunde. pag. 33. num. 4.

I N D E X R E R V M, Q V A E in hoc Parabolarum volumine continentur.

Prior numerus tractatum indicat, posterior numerum, qui est in margine cuiusvis tractatus demonstrat.

A

- A B R A H A M** dives in Deum, tract. 18. num. 12.
A B V L E N S I S probās Iudeos nō cognovisse Christū, refellit, tract. 36. n. 14.
A C C V B I T V S primos eligere, & in accubitibus primis sedere, diversa sunt, tract. 22. num. 2.
A C H A B scelus quod fuērit, tract. 36. nu. 13.
A C H A M furzū cui simile, tract. 39. nu. 11.
 Acham imitatores qui, ibid.
A C T I O vnde fiat secundum Philosophum, tract. 25. nu. 4.
 Actio gratiarum quæ Deo ingrata, tract. 30. nu. 14.
 Actio gratiarū quale op^o sit, tract. 32. nu. 8.
 Actio gratiarum perpetua in quo consistat, tract. 32. num. 22.
A D A G I V M cur ita dictū, tract. 1. nu. 14.
A D A M assimilatur homini descendenti in Hiericho, & incidenti in latrones, tract. 16. nu. 11.
 Adam in primo conuiuij loco sedere voluit, tract. 22. nu. 7.
 Quomodo sit in nouissimū detrusus, ibid.
 Adæ filiorū quid propriū, tract. 41. nu. 13.
Æ N I G M A vnde, & quid sit, tract. 1. nu. 14.
A F F A B V L A T I O quid sit, tract. 3. nu. 4.
A F F E C T V S immodicus quantū noceat, tract. 37. nu. 18.
A G E R vnde nomen sumpserit, tract. 18. num. 8.
 Cur fodiat, & stercoretur, tract. 21. n. 10.
A G N I nuptiæ quæ sint, tract. 22. nu. 6.
 Agni nuptiarum felicitas, ibid.
 In Agni nuptijs quis primum teneat locum, ibid.
 Agni quos denotent, tract. 40. nu. 11.
A G R I C O L Æ veri locantis vineam quod sit officium, tract. 36. nu. 27.
A G R I C V L T V R A quàm sit iusta

- ac debita, tract. 23. nu. 13.
A L E X A N D R I Magni celebrē dictum, tract. 29. nu. 5.
A L L E G O R I Æ à parabola discrimē, tract. 1. nu. 13.
 Quomodo allegoria, anagogia, & tropologia inter se distinguantur, ibid.
 Allegoriæ vsus in sacra Scriptura qualis sit, ibidem.
 Allegoria elegans Lucæ 10. est, ibid.
 Vera allegoria quid, & quotuplex, nu. 14.
 Quomodo differat à parabola, nu. 13.
 Allegoria Scripturarum propria quæ sit, tract. 3. nu. 11.
A L T I L I A cur ita dicatur, tract. 37. nu. 5.
 Altilia quid mysticè, num. 17.
A M I C O R V M fidelium raritas, & quæ causa, tract. 17. nu. 2.
 Amici honesti rari, ibid.
 Qui amicos prodiderunt, ibid.
 Amico quid præstandum, tract. 17. nu. 4.
 Amici dilectio & salutatio, si inimicū odio habeas, nullius erit momenti, tract. 23. num. 4.
 Veri amici qui, tract. 22. nu. 10.
A M I C I T I A humana qualis, tract. 17. n. 2.
 Quantū refrixerit amicitia, tract. 17. nu. 3.
 Amicitia proprium quid, tract. 17. nu. 5.
A M O R I S proprium, tract. 18. nu. 16.
 Proprij amoris damnum, tract. 36. nu. 32.
 Verus amor quomodo probetur, tract. 41. num. 12.
A N G E L I cur à Christo messores tritici dicantur, tract. 6. nu. 15.
 Angeli per volucres cæli significantur, tract. 8. nu. 9.
 Angeli ut exeant & separēt malos de medio iustorum, tract. 12. nu. 6.
 Angeli cur alati describatur, tract. 19. n. 5.
 Angelis cur tribuitur nonagenarius numerus, tract. 25. nu. 6.
 Angeli cur Christi amici & vicini, tract. 25. nu. 13.

Cur de bono nostro delectantur, tract. 25. num. 14.
 Angelorum gaudium duplex, tract. 25. num. 17.
 Quare Angelis fit gaudiū supra vno peccatore pœnitentiā agēte, tract. 26. nu. 7.
 Angeli cur Christo iudici assisēt, & quomodo, tract. 40. nu. 8.
ANIMAS Sanctorum Deus repetit, tract. 18. nu. 12.
 Impiorum verò dæmones, ibid.
 A quo non repetitur anima, ibid.
 Gaudiū de cōuersione animæ, de cuius salute desperabatur, cur maius, quā si d̄ ea fuisset aliq̄d spes, tract. 25. nu. 21. & 22.
 Anima nostra quomodo Deo poterit fructificari, tract. 36. nu. 34.
 Ad animarum spirituales negotiationē qui vocantur, tract. 39. nu. 6.
 Anima rationis particeps secūdum essentiam equalis in omnibus hominibus, at in perfectione accidentali inæqualis, num. 8.
 Anima rationalis nihil per successionem acquirit sicut corpus, ibid.
 Vnde gradus perfectionis animæ defumēdus est, ibid.
 Captus animæ capacitatem corporis sequitur, num. 9.
ANNULI quis vsus, & quid significet, tract. 28. nu. 10.
ANTICHRISTVS vnde conabitur in cœlum ascendere, tract. 40. nu. 7.
ANTIGONI Regis Macedonum acutē dictum, tract. 17. nu. 13.
ANTIPHONA quid, tract. 33. nu. 10.
ANTISTITES Ecclesiæ quales se debent agnoscere, tract. 20. nu. 3.
ARBITRIVM, De libero arbitrio quid senserint quidā heretici, tract. 16. nu. 13.
 Liberi arbitrij subiectio Deo, aut superiori, præclarum opus, tract. 27. num. 6.
 Quæ cum libero arbitrio bona nobis accesserint, tract. 27. nu. 7.
 Liberi arbitrij vis, tract. 39. nu. 14.
ARIETES quos denotent, tract. 40. nu. 11.
ARISTIPPI philosophi superbum dictum, tract. 22. nu. 11.
ARROGANTIA quantum malū, tract. 32. nu. 18.
ARTES quæ discendæ, tract. 33. nu. 12.
APIS proprium quid, tract. 30. nu. 11.
APOLOGVS quid sit, & in quo dif-

ferat à parabola, tract. 1. nu. 11.
 Cur tam familiariter auctores profani apologis vtantur, ibid.
 Quare Christus apologis minimè sit vsus, ibid.
 Apologis prophetæ vsi non sunt, ibid.
 Apologus elegans in lib. Iudicum repetitur, tract. 1. nu. 12.
 Elegans apologus Demosthenis, tract. 2. num. 4.
APOSTOLI quo fuerint Prophetis beatiores, tract. 2. nu. 13.
 Apostolis cur datū sit, nosse mysteria regni cœlorū, cæteris non itēm, num. 16.
 Apostoli, eorumq; sectatores quomodo fuerint granum sinapis, vtq; creuerint in arborem magnam, tract. 8. nu. 10.
 Apostoli quā sint Ecclesiæ vtilēs & salutare, num. 11.
 Apostoli quales erāt in oculis suis, nu. 10.
 Apostoli totū mundum conuerterunt ad fidem, & nos nec reliquias Gentium cōuertere possumus, tract. 9. nu. 8.
 Apostoli quem habebant thesaurū in vasis fictilibus, tract. 10. nu. 14.
 Apostoli nuntiarunt excusationes nolentium venire ad cœnam, tract. 23. nu. 15.
 Apostolorum quanta charitas, tract. 23. num. 16.
 Apostoli quas acceperint minas, tract. 34. num. 22.
AUARITIE effectus qui sint, tract. 18. num. 5.
 Auaritiæ vitiū quā latè pateat, tract. 18. n. 7.
 Auaritiæ crudelitas, tract. 18. nu. 8.
AVARORVM inopia quanta sit, tract. 5. nu. 5.
 Auari superflua retinentes quo sensu dicantur raptores, tract. 18. nu. 8.
 Auari misera conditio, tract. 23. nu. 12. & tract. 27. nu. 17.
 Auarorum ingenium, tract. 41. nu. 13.
AUDITORES legis qui non sint iusti apud Deum, tract. 35. nu. 13.
AVGVSTI in templum Hierosolymitanum pietas, tract. 21. nu. 2.

B

BAPTISMI & Pœnitentiæ diuersa conditio, tract. 25. nu. 1.
 Lapsis post baptismum locum esse pœnitentiæ ostenditur, & hæreses circa hoc confutantur, tract. 25. nu. 1.
 Baptismi status qualis, tract. 25. nu. 1.

In Baptismo cur oleo siue Chrismate vngi soleamus in vertice, tract. 38. nu. 26.
BATVS quid, tract. 29. nu. 8.
BEATITVDO quid, tract. 23. nu. 10.
 Gustus beatorum qualis, tract. 23. nu. 10.
 Beatorū gaudiū duplex, tract. 25. nu. 17.
 Beatus quis viuens, tract. 38. nu. 2.
 Beatus non vtitur phantasmatis ad cognitionem illarum rerum, quarum habet species infusas, nu. 29.
 In beatis non redundat visio Dei ab intellectu in sefus, sed resultat gaudiū, ibid.
BELLORVM difficultates, tract. 29. num. 5.
 Belli neruus pecunia, tract. 29. nu. 6.
BENEDICTIO vnde sit, tract. 41. num. 10.
BENEFICENTIE diuinæ magnitudo, tract. 33. nu. 15.
 Benefaciendum quibus, tract. 41. nu. 9.
BENIAMIN quid significet, tract. 40. nu. 12.
BENIGNITATIS argumenta, tract. 28. nu. 8.
BODII hæretici oscitantia, tract. 38. num. 20.
BONA terrę quibus nascuntur tantummodò, tract. 18. nu. 10.
 Fortunæ bona quare non bona, ibid.
 Bona quę non sunt appellanda, ibid.
 Per bona temporalia qualiter Deum offendamus, tract. 23. nu. 12.
 Bona huius seculi nunquam satiant, quæcumque sint, tract. 27. nu. 17.
 Bonis quæ non appetimus, priuari nō dolet, nu. 19.
 Bona Domini sui quis dissipet, tract. 29. num. 11.
 Bona quæ facimus, qua ratione magna facere valeamus, tract. 30. num. 11.
 De bonis quæ facimus quatenus cogitandum, tract. 32. nu. 11.
BONITAS diuina in electos quanta, tract. 41. nu. 7.
BONI desiderium quid conferat, tract. 29. nu. 9.
 Qualis bonorū à malis secretio, tract. 40. nu. 11.
 Huius separationis duplex conditio, & in quibus figuretur, ibid.
BRACHIVM quid mysticè, tract. 25. num. 10.
BRVTA vti ratione, quidam Philosophi putauerunt, tract. 1. nu. 11.

C

CADVS quid, tractatu 29. num. 8.
CAIETANI sensus de pari numero seruandorum & damnandorū reijcitur, tract. 38. nu. 12.
 Perperam Caietanus tollit verbum Sponsæ, de Euangelio de decem virginibus, tract. 38. nu. 15.
 Eius differentia soluitur, ibid. & nu. 16.
CALVMNIATORVM pœna, tract. 29. nu. 3.
CANIS viuus melior est leone mortuo, quid significet, tract. 25. nu. 16.
CARNI sola lex Christi frænum adhibet, tract. 38. nu. 4.
CASTITAS sobrietatis indiuidua comes, tract. 19. nu. 6.
CENTENARII numeri perfectio, tract. 29. num. 21.
CERÆ in Veteri Testamento non fuit vsus, tract. 38. nu. 3.
CHARITAS fermento optimè assimilatur, tract. 9. nu. 9.
 Mirabiles eius virtutes, ibid.
 Charitas turri comparatur, & profequitur comparatio, tract. 24. nu. 9.
 Charitatis effectus, tract. 28. nu. 10.
 Currū Charitatis qui sunt equi trahētes, tract. 37. nu. 18.
 Charitatis proprium quid, tract. 38. nu. 17.
 Charitas probatorum signum, tract. 38. num. 23.
 Carentes charitate, veste nuptiali carent, tract. 37. nu. 22.
 Hæc à quo donetur, & cui, nu. 24.
 Varij eius vsus, nu. 23.
 Quare dicatur vestis duplicata, nu. 23.
 Qualem reddat habentem, ibid.
CHRISTVS Dominus cur in parabolis loqueretur, vti ab auditoribus nō intelligeretur, tract. 2. num. 14.
 Christus dominus quomodo in sanctis Veteris Testamēti adumbratus sit, tract. 3. num. 5.
 Christus cur vilium potius, quàm corporum nobilium similitudines vsurpauit, num. 7.
 Christus quomodo furi comparetur, nu. 8.
 Cur Christus de vna eademque re plures interdum parabolas fecerit, nu. 9.
 Cur Christus paucas admodum parabolas explicauerit, & quas, nu. 10.

I N D E X.

Quæ nam Christus de se ipso propheta-
rum vaticinia Euangelio mādari volue-
rit, num. 10.
Qua ratione Christus regnum suum sibi
comparauit, tract. 4. nu. 5.
Quare Christus clamabat, Qui habet aures
audiendi audiat, ibid.
Christus qualis prædicator, nu. 11.
Christus ille est qui seminat semen suum,
tract. 4. nu. 12.
Christus quare dicitur exire seminare, ibi.
Olim Christ⁹ quomodo feminabat, nu. 13.
Christus cur sit Verbum regni, semen, &
feminator, nu. 14.
Christus seminat⁹ in corde humano quid
speretur, nu. 14.
Quomodo Christus dicatur dormire &
exurgere, tract. 7. nu. 8.
Christi in aduersarios mira benignitas,
tract. 8. nu. 3.
Christus quā similis grano sinapis in vir-
tute & ramis, & c. nu. 9.
Arbor Christus quā superet omnia ole-
ra, num. 9.
Christus cur sit varia nomina fortitus, & c.
tract. 9. nu. 2.
Christus quā rectè fermētum vocetur,
nu. 7.
Gratiæ Christi virtutes, nu. 9.
Christus dicitur inuenisse thesaurum in
agro suo, tract. 10. nu. 7.
Christus quare sit thesaurus absconditus
in agro, & quibus, & in quo agro, num.
10. & 11.
Quanta charitas Christi in nos, nu. 9.
Christum qui habet, quā sit diues, nu. 10.
Christus thesaurus verus quib⁹ fuerit abs-
conditus, & qui possit inuenire, nu. 11.
Inuentum thesaurum, Christum scilicet,
cui homo abscondat, & quibus, nu. 13.
Quæ bona vendenda pro emendo thesau-
ro Christo inuento, nu. 13.
Quas pretiosas margaritas Christus inue-
nerit, tract. 11. nu. 1.
Christus est mercator quærens bonas mar-
garitas, nu. 7.
Cur Christus quærat bonas margaritas,
nu. 9. & 10.
Christus quā pretiosam margaritam in-
uenerit, num. 12.
Christus vt vēdidit omnia quæ habuit, vt
emeret margaritam, nu. 13.
Christus pretiosa margarita est cuiq; com-
paranda, nu. 15. & 16.

Christo omnes proprietates lapidum pre-
tiosorum conueniunt, nu. 16.
Christus margarita si teritur, quam vim
habeat, nu. 17.
Christus margarita quos ornet ac deco-
ret, ibid.
Christum margaritam respicientium homi-
num sunt genera quatuor, nu. 18.
Christum margaritam vbi gestare debeat-
mus, nu. 22.
Christi humilitas sagenæ missæ in mare cō-
paratur, tract. 12. nu. 6.
Christi prædicationis seu piscationis di-
uinæ suauitas, ibid.
Christ⁹ cur interrogabat qd̄ sciebat, nu. 9.
Christus leo de tribu Iuda, prostratis, & hu-
milibus libenter parcat, tract. 13. nu. 9.
Christus cur se ostium nominauerit, & est
ostiarus Ecclesiæ, tract. 14. nu. 4. & 5.
Christus quibus & quomodo ostium in
Ecclesia aperiat, tract. 14. nu. 5.
Christus cur nominatim proprias oues no-
minat, nu. 8.
Vnde educat Christus oues, & vt ante
eas vadit, ibid.
Christus cur in parabola boni pastoris ob-
curè locutus sit Phariseis, nu. 11.
Christi sapientia qualis, tract. 14. nu. 11.
Cur Christus ostium ouium sit, & quomo-
do, ibid. & nu. 13. & 19.
Quomodo si pastor ouium, & ostium ef-
se possit, nu. 12.
Christi officia quæ sunt, ibid.
Quomodo sit Chrus ostiū pastorū, nu. 12.
Venire ante Christum quid sit, nu. 15.
Christus portas, scilicet ad salutē aperuit
nobis, nu. 17.
Christus cur se bis ostiū appellauerit, nu. 18.
Ad Christū quomodo sit intrādum, nu. 19.
Qui per Christum ingreditur, quæ pasqua
inueniat, nu. 20.
Christus quam vitam venit daturus oui-
bus suis, num. 20.
Christus qua occasione se dixerit pastore
bonum, & vnde sit, & quā conuenien-
ter, tract. 15. nu. 1. & 2.
A quib. cognomētis Chrs abstinerit, ibid.
Christus pastor bonus duplici nomine, &
quā aptè illi titul⁹ cōueniat, nu. 2. 3. & 5.
Christi pastoris epitheta, ibid.
Quos per se Christus cōmendauerit, ibid.
Christi pastoris excellentia in quibus fue-
rit adumbrata, nu. 3.
Christus cur se persequentes aliquando

fugerit,

I N D E X.

fugerit, & verè pastor est, num. 9.
Christus cur se bonum pastorem ingemi-
net, nu. 13.
Vt cognoscat oues suas, & ipsæ eum cog-
noscant, ibid.
Christum qui dicantur nescire, ibid.
Quā sæpe Christus suū cum Patre com-
merciū annumerauit, nu. 13.
Opera Christi charissima fuerūt Patri, nu. 15.
Quā verò Christus ob mortem pro no-
bis susceptā diligatur à Patre, ibid.
Christus vt animam posuerit, vt iterum eā
sumeret, ibid. & nu. 16. & 17.
Christus vt sponte mortē susceperit, nu. 16.
Christi doctrina quā sit veteri congrua.
tract. 16. nu. 6.
Christi beneficia in hominem numeran-
tur, tract. 16. nu. 20.
Christi in nos charitas quanta, tract. 17.
nu. 5.
Christus qualis amicus, ibid.
Christi in homines quā mira dignatio,
ibid.
Christus qualis iudex, tract. 18. nu. 1.
Christi pietas spiritualis quæ, nu. 7.
Christus cur sæpe eadem monita, & consi-
lia inculcet, nu. 13.
Christus quibus regnum promittat, tract.
18. nu. 14.
Christi discipulorum duo genera, nu. 15.
Christus quibus suadet vèdere quæ possi-
dent, nu. 15.
Christi nuptiæ quæ sint, tract. 19. nu. 10.
Quomodo Christus veniat à nuptijs, ibid.
Quare Christus Dominus seruis suis mi-
nistrabit in Cælo, & quid eis ministra-
bit, tract. 19. nu. 11.
Quomodo Christus accinget se, & faciet
seruos suos discumbere, ibid.
Christus quando fodit, & stercorauit cœ-
vineā synagogam Iudeorum, tract. 21.
nu. 10.
Quando Christus fructum quærit de vi-
nea animæ nostræ, tract. 21. nu. 13.
Christus salubriter obseruat eos qui se ob-
seruant, tract. 22. nu. 1.
Christus quale symbolum soluerit Phari-
sæo se inuitanti, nu. 2.
Christus ab omni adulandi specie quā
fuerit alienus, nu. 2.
Christi grauitas, & modestia, nu. 3.
Christi documētum de vltimo loco eligen-
do quò spectet, nu. 4.
Christo quā grāta humilitas, nu. 19.

Christi prædicationis fructus in domo Pha-
risæi, tract. 23. nu. 7.
Christus qualis seruus, nu. 11.
Christus libenter cur in Galilæa versaretur,
nu. 15.
Proprium Christi quid, nu. 16.
Christus qualis homo sit, nu. 18.
Christi in Apostolos & matrem odiū san-
ctum, tract. 24. nu. 2.
Christi discipulatus duplex, tract. 24.
nu. 3.
Christus qualiter cōtra nos venit, & cū de-
cem millibus, & quando cū viginti mil-
libus, tract. 24. nu. 15.
Christi, tum hominis, tum Dei, quid, tract.
25. nu. 1.
Christus potuit, & debuit, cum peccatori-
bus ambulare, & manducare cum illis,
tract. 25. nu. 4.
Quā sæpe de hoc se excusauerit Chri-
stus, nu. 5.
Quos iustos non venerit vocare Christus,
ibid.
Quantum Christus vt nos inueniret postu-
lauerit, nu. 9.
Quando inuenit Christus oues errantes,
ibid.
In quos humeros hanc ouem imposuerit,
nu. 10.
Christus portans nos, quid nos doceat, nu.
10.
Quot modis portet nos, ibid.
Aliter portat iustos, aliter peccatores, nu.
10.
Qui nam sint Christi scabellum, ibid.
Christi passio qua ratione ei iucunda ex-
tit, tract. 25. num. 11.
Quantum Christus gaudeat de peccatorū
conuersione, nu. 13.
Cur Christus peccatorem ouem suam vo-
cet, ibid.
Christi humanitas quibus mulieribus adū-
brata, tract. 26. nu. 4.
Christus quando inuenit drachmam per-
ditam, nu. 7.
Christus vitulus nuncupatur, tract. 28. nu.
10.
Per Christum quantum nobis commodi
venerit, ibid.
Christi diuitiæ incomparabiles, tract. 29.
nu. 2.
Christi dispensatores qui sint, nu. 3.
Dicta Christi ironica quæ, nu. 13.
Vtiles Christo quādo simus, tract. 30. nu. 8.

Et qua-

Et quare nos appellet seruos inuitiles, n. 9.
 Christus in cœlo à beatis variè participatur, tract. 33. nu. 24.
 Christi regnum quando inceperit, tract. 34. nu. 2.
 Huius regni ab alijs diuersa cōditio, ibid.
 Regnum Christi spirituale quomodo innotescat, nu. 3.
 Christi nobilitatis insignia, nu. 8.
 Christus cur dicatur regnū accipere, & nō comparare, nu. 10.
 Et cur sibi, & nō alijs accipere, ibid.
 Christus qua ratione administret regnū suum, id est, Ecclesiam, ibid.
 Pro quibus, & sibi regnum accepit Christus, ibid.
 Quando regnet in nos Christus, & quando regnemus nos, nu. 11.
 Quando Christus regnabit super nos, nu. 25.
 Christi hostes qui nobis debellandi, ibid.
 Christi in respōsis sapientia, tract. 35. nu. 1.
 Christi suavis increpandi ratio, nu. 9.
 Christi qui soli vicerint, ibid.
 Christus vt venisset ad Iudæos, nu. 12.
 Pro quibus Christus in Cruce pendens orauit secund. Aug. tract. 36. nu. 14.
 Quibus se patefecerit Christus, ibid.
 Quomodo aliorum sanguine Christus fuerit inquinatus, nu. 15.
 Qua ratione Christus cum Iudæis suis defensoribus videatur egisse, nu. 21.
 Christus super quos cadat, & conterat, nu. 26.
 Christus cur dicatur lapis cadens, nu. 26.
 Christi iudicis irreuocabilis sentētia, ibid.
 Christus quomodo à nobis comprehendatur, eiiciatur, & occidatur, nu. 31.
 Quanta nobis parauerit Christus, nu. 17.
 Christi conuiuium qui censeantur indigni, tract. 37. nu. 23.
 Christum induere iuxta Apstolum quid sit, nu. 24.
 Quanta sit Christi sponsi mora, & cur tardare videatur, tract. 38. nu. 18.
 Christus quem dicatur cognoscere, & quē ignorare, nu. 23.
 Quam longanimis sit Christus, tract. 39. nu. 5.
 Eiusdem in nos amor professus, nu. 5.
 Christus in primo aduētū venit iudicandus, in secūdo veniet iudicaturus, tract. 40. nu. 4.
 Christi benignitas quanta, nu. 5.

Christus cur morti proximus mentionem fecit diei iudicij, nu. 5.
 Christus duplici titulo gloriam habet, n. 8.
 Super quam sedem Christus sedebit in iudicio, nu. 9.
 Stet cur nunc Christus, ibid.
 Oues qui sint Christi, nu. 11.
 Qui verò hœdi, ibid.
 Christi triplex nomen, tract. 41. nu. 4.
 Cur se Regem vocet, ibid.
 Quare Christus in die iudicij primū iustos benedicet, ibid.
 Cur Christus sententiam iudicij rationibus confirmabit, ibid.
 Christi iudicis modestia, nu. 8.
 Christi onera qualia sint, nu. 8.
 Christi qui fratres minimi, nu. 9.
 Christi humilitas, & charitas, ibid.
 A Christo discedere quid, nu. 10.
 Sententiæ Christi iudicis in reprobos quatuor conditiones, ibid.
 Christus qua ratione esuriuit, nu. 11.
 Christi in pauperes sollicitudo, nu. 12.
 Vno Christi verbo quot errores confutentur, nu. 16.
 Qua ratione Christum iudicem nobis conciliare valeamus, nu. 17.
 Quomodo nobis sit Christo ministrandū, nu. 19.
C H R I S T I A N I Boni vita in quo fixa est, tract. 19. nu. 9.
 Apud Christianos quis locus vt dignior affectari, & eligi consueuerit, tract. 22. nu. 3.
 Quales Christiani præ infidelibus sint, tract. 20. nu. 8.
 Christiani cur virgines dicantur, tract. 38. nu. 14.
 Eorum qui prudentes, qui fatui, ibid.
 Quam lampadem gestēt in manibus, ibid.
 Christianorum vita quid sit, nu. 15.
C H O R V S quid, tract. 28. nu. 12.
 Chorus in scripturis, nu. 12.
C I C H A R Hebræis quid, tract. 39. nu. 4.
C I V I T A T I cui interitus paretur, cui verò salus, tract. 31. nu. 6.
C L A V D I qui sint cur ad cœnam magnam vocentur, tract. 23. nu. 16.
C L E O P A T R A, Aegypti Regina, vna cœna centies mille festertium abfuit, tract. 11. nu. 3.
C L E R I C O R V M bona quorū sint, tract. 16. nu. 8.

Clericorum manus cur vngantur, ibid.
 Quomodo diuitiarum possessio in clericis damnetur a Chrysoft. tract. 24. nu. 17.
 Clericus quid sit, ibid.
 Qui clerici ex Hieronymo sola decimarū oblatione debeant esse contenti, tract. 24. nu. 17.
 Cœli optimum quid, tract. 23. nu. 18.
 Cœli abundantia qualis sit, tract. 14. n. 20.
 In cœlum quis peccet, tract. 28. nu. 5.
C O E N A Græcis vnde dicta, tract. 23. nu. 10.
 Cœna recta quæ olim Romanis, ibid.
 Cœna dubia eisdem quæ, ibid.
 Cœna magna cur fuit dicta, ibid.
 Cœna cœlestis qualis, ibid.
 Ad cœnam magnam cur multi, & nō omnes inuitantur, nu. 11.
C O G N I T I O N E M sui cum quis amittit, plura mala perpetratur, tract. 13. nu. 12.
C O L L V M nostrum quid, tract. 28. nu. 7.
C O N C I O N A T O R E S quid in dicendo debeant obseruare, tract. 2. n. 5.
 Concionatores veriquales sint, tract. 4. n. 12.
 Concionatores quomodo debeant exire seminare exemplo Christi, ibid.
 Concinator semen verbi Dei suum debet facere dupliciter, nu. 15.
 Concionatores quomodo debeant semen verbi Dei seminare, ibid.
 Concinator nesciente crescit semē verbi Dei, tract. 7. nu. 8.
 Malo exemplo concinatorum semen verbi Dei redditur inefficax, tract. 8. nu. 2.
 Concionatores exemplo Christi bonas margaritas debent querere, tract. 11. nu. 13.
 Concionatores quales esse debeant, tract. 12. nu. 9.
 Concionatores tantum docentes, & non facientes, quibus assimilentur, tract. 14. nu. 10.
 Factis quandiu concionatores prædicaturi sunt, ibid.
 Concionatores canes Ecclesiæ sunt, tract. 14. nu. 5.
 Concinatoribus quid sibi persuadendū est, tract. 15. nu. 18.
 Concionatores vt mittantur ad barbaras nationes, tract. 23. nu. 20.
 Concinatorum officium, tract. 36. n. 12.
 Qui concionatores vinum aqua misceant, ibid.

Quid vitandum concinatoribus, ibid.
C O N F E S S I O qualis nos reddat, tract. 30. nu. 9.
 In confessione quis tantum modò accusatus, tract. 28. nu. 5.
 In cōfessione quæ accusata, tract. 32. n. 14.
C O N F I D E N T I A nimia de se ipso fugienda, tract. 32. nu. 1.
C O N S C I E N T I A E bonæ periculum grande, tract. 30. nu. 14.
 Conscientiæ securitas vnde oriatur, tract. 27. nu. 13.
C O N S I L I A Euangelica qualia vincula, tract. 16. nu. 15.
 Consilium quid, tract. 29. nu. 9.
S V B C O N S T A N T I O Imperatore quāta fuerit Fidei in constantia, tract. 31. nu. 15.
C O N V I V I A diuitibus exhibita quomodo Deo grata, tract. 23. nu. 3.
 In ultimo conuiuij loco quando sederit Christus, tract. 22. nu. 7.
 Quando ei dictum fuerit, Amice ascende superius, ibid.
 Veri amici qui, tract. 22. nu. 10.
 Quibus dicat Christus, Amice ascende superius, nu. 12.
 In conuiuium Eucharistiæ, orationis, Sacrae scripturæ, quomodo nouissimus locus ambiendus, tract. 22. nu. 14. 15. 16.
 Vltimus conuiuij locus multis rationibus nobis desertur, nu. 19.
 Ad conuiuium vocare ambitiose quātum reprehendatur, tract. 23. nu. 1.
 Magnum conuiuium omnibus qua hora fuit factum, nu. 11.
 Qui fuerunt primi ad id admisi, ibid.
 Ad hoc conuiuium inuitatis quando seruus dixit, vt venirent, ibid.
 Quando dictum est in conuiuium omnia esse parata, ibid.
 Qui se excusarūt ne ad id veniret, tract. 23. nu. 12.
C O R D A hominum quomodo bonum fructū ferant, tract. 4. n. 11.
 Cur in eis parum fructificet semen verbi Dei, ibid.
 Cor peccatorum omnium sedes, tract. 32. nu. 14.
C O R P V S nostrum dupliciter præcingi potest, tract. 19. nu. 6.
C O R V S qualis mensura, tract. 29. n. 8.
C R A T E S Thebanus proiecit aurū in mare, & cur, tract. 19. nu. 6.

Creaturæ cur hominem satiare non valeant, tract. 27. nu. 13.
CR V X magna quæ, & quomodo toleranda, tract. 24. nu. 3.
 Baiulare Crucem suam quid, ibid.
 Crucem quando post Christum baiulemus, ibid.
 Quando post Satanam, ibid.
CVPIDITATIBVS proprijs obistere quorum sit, tract. 24. nu. 7.
 Cupiditatis vis quanta, tract. 31. numer. 6.
CVRIOSITAS cui comparetur, tract. 23. nu. 13.
 Qui sint eius serui, ibid.
B. CYPRIANI ad lumbos accingendos elegans exhortatio, tract. 19. n. 10.
D
DAMASCVS quid, tract. 24. numer. 16.
 Quid representet turris quæ est contra Damascum, ibid.
DAMNATOS quantum cruciabit beatitudinis appetitus nunquam explendus, tract. 38. nu. 2.
DAVID quid fecit post remissionem peccati, tract. 28. nu. 7.
DEBILES vocantur ad cœnam magnam, & qui sint, tract. 23. nu. 16.
DEBITORES Domini qui, tract. 29. nu. 22.
 Mali debitoris conditio, tract. 36. numer. 11.
DEBITVM quo iure alteri remittendum non sit, tract. 13. nu. 13.
DELA'TORES quatenus audiendi, tract. 29. nu. 5.
DENARIVS vnde dictus, tract. 26. nu. 2.
 Denarius diurnus quid, & vnde dictus, tract. 33. nu. 8.
 Denarius quare diurnus appellatur, n. 24.
 In denario numero cur fideles designentur, tract. 38. nu. 11.
DESIDERIVM quod non impletur, quantum cruciat, tract. 38. numer. 2.
DEVS Optimus Maximus nulli suam gratiam denegat, tract. 4. nu. 10.
 Cur Deus in terris sterilibus, id est, peccatoribus, seminat, nu. 11.
 Deus qualis agricola, ibid.
 Dinarum personarum attributa, & causæ,

tract. 4. nu. 15.
 Deus vti possit fermentare homines, si velint, tract. 9. nu. 10.
 Dei erga nos bonitatis argumētum, tract. 12. nu. 12.
 Dei duo tantum sunt domicilia, tract. 14. nu. 4.
 Dei erga Ecclesiam providentia, numer. 17.
 In Deo quomodo nos vnum sumus, tract. 15. nu. 13.
 Deo gratissima est cura salutis animæ, num. 15.
 Deus sanctorum animas repetit, tract. 18. nu. 12.
 Quatenus Deus dederit animam homini, ibid.
 Deus quando, & qua ratione pulset, tract. 19. nu. 10.
 Quas ianuas pulset, ibid.
 Ei confestim aperiendum, ibid.
 Dei sapientia in puniendis delictis, tract. 21. nu. 3.
 Quem fructum à nobis Deus querat, numer. 13.
 Efus Dei quam dulcis & suavis, tract. 23. nu. 10.
 Quale opus Dei cœna cœlestis, tract. 23. nu. 10.
 Cœnet cum Deo quis, & Deus cum illo, tract. 23. nu. 23.
 Deo appropinquare, & ab eo recedere quid, tract. 25. nu. 2.
 Deus quomodo non videat peccatores, nu. 9.
 Quando nos querat Deus, ibid.
 Dei erga nos amor, qualis, nu. 13.
 Dei bonitas eleganti similitudine ostenditur, tract. 26. nu. 11.
 Deus cur homo dicatur, tract. 27. numer. 4.
 Dei diuitiæ quæ, nu. 7.
 Deo seruire, quam liberum esse, præstâtius, num. 8.
 Quare Deus hominem in libertate relinquit, nu. 8.
 Cur Deus faciem suam ab homine auertit, nu. 9.
 Deus infinite distat à creaturis, numer. 11.
 Qui Deum derelinquant, num. 13.
 Deus ad se venientes quo oculo respiciat, tract. 28. nu. 6.
 Quanta Dei cum his misericordia, ibid.

Cuius miseræ solus Deus misereatur, ibid.
 Deus quam pronus ad clementiam, nu. 7.
 Occursus Dei quid, ibid.
 Quomodo dicatur Deus cadere super colulum peccatoris, ibid.
 Deus quando nobiscum maducet, & nos cum Deo, tract. 28. nu. 10.
 Dei patris in nos charitas, ibid.
 Deus cur roget nos, & qua ratione, numer. 13.
 Mandatum Dei nunquam præterire quid, ibid.
 Qui nos Deo deferant, tract. 29. nu. 4.
 Bona Dei a nobis quatenus dissipentur, nu. 5.
 Deus quibus modis vocet nos, ibid.
 Deo quibus de rebus reddenda ratio, nu. 5.
 Deus nouit corda, nu. 18.
 Deo seruiamus quando, tract. 30. numer. 6.
 Quam habebit Deus gratiam seruis suis, nu. 7.
 Deus quem habeat pro filio, pro utili, & pro iusto, ibid.
 Deo inutiles fumus multis modis, numer. 11.
 Qua ratione Deo vtilis esse poterimus, ibid.
 Deum quomodo possimus nobis constituere debitorem, ibid.
 Deum cur multi non timeant, tract. 31. nu. 6.
 Deus cui assistet liberator in die mala, tract. 41. nu. 12.
 Deus neminem reueretur aut timet, tract. 31. nu. 8.
 Deus iudex timere quatenus dicatur, numer. 11.
 Cur Deus non semper hic puniat delinquentes, nu. 12.
 Quem censum à nobis Deus requirat, tract. 32. nu. 22.
 Dei iudicium quis vsurpet, nu. 23.
 Deus quid consideret in donis sibi oblatis, tract. 33. nu. 2.
 Dei erga Ecclesiam mira semper providentia, nu. 18.
 Quomodo Deus secundum condignum, & secundum iustitiam remuneret, nu. 29.
 Dona sua cur Deus nobis tribuat, tract. 34. nu. 13.
 In quibus nos præcedat, nu. 24.

Cur Deus iubet, vt seruos nos appellemus, ipse vero filios vocat, tract. 35. nu. 3.
 Qualis Dei accessus ad nos, nu. 5.
 Cur Deus nobis præcipit, ibid.
 Vineam suam quando Deus plantauit, nu. 6.
 Dei longanimitate quidam male vtuntur, tract. 36. nu. 8.
 Quos fructus à nobis Deus requirat, numer. 10.
 Beneficijs punit male facta Deus, numer. 13.
 Benignitas Dei in peccatores, nu. 21.
 Dijs quibus sacrificemus, nu. 30.
 Dei erga homines singularis providentia, tract. 37. nu. 1.
 Deus dicitur Rex, cum punit, assimilatur vero homini Regi, cum vocat ad nuptias, nu. 19.
 Deus qualis princeps, ibid.
 Dei puniendi ratio nobis occulta, ibid.
 Dei sapientia quanta, nu. 22.
 Ministri Dei qui, nu. 27.
 Ad Deum videndum non admittuntur vlli sensus, tract. 38. nu. 8.
 Cognoscendi & ignorandi voces quomodo Deo tribuantur, nu. 23.
 Dei providentia in donorum largitione qualis, tract. 39. nu. 8.
 Cum Deus aliquid dare disponit, prius donat capacitatem, nu. 9.
 Quomodo Deus rationem nobiscum ponat, nu. 12.
 Proprium Dei quid, tract. 4. nu. 4.
 Opus Dei peregrinum, & ab eo alienum, ibid.
DIES quot horis antiquitus constabat, tract. 33. nu. 7.
 Diei pondus, & æstus qui portent, numer. 38.
 Dies extrema cur semper nobis metuenda.
DIFFIDENTIA nimia de Deo fugienda, tract. 32. nu. 1.
DIGNITATIS gradus quam periculosus, tract. 29. nu. 5.
DELICTVM temporale æterno supplicio puniri quam sit iustum, tract. 41. nu. 17.
DILIGENTIA quid conferat, tract. 19. nu. 5.
 Quibus moueamur ad diligentiam adhibendam, & curandam, ibid.

Quid faciendum, vt eam possideamus, nu. 5.
DISPENSATOR fidelis quis, & prudens, tract. 20. nu. 3.
 Eiusdem quinq; conditiones, nu. 4.
 Iniqui dispensatoris quanta astutia, tract. 29. nu. 2.
 Infidelis dispensatoris duplex poena, nu. 17.
 Dei dispensatores qui, nu. 18.
DISTANTIAE triplex ratio, tract. 27. nu. 11.
DIVITES spinæ quæ pungat, tract. 5. nu. 5.
 Diuitis sollicitudines, & curæ, tract. 18. nu. 8.
 Diuitis avari quis consiliarius, ibid.
 Diues avarus qualis secund. Basiliu, ibid.
 Diues avarus cur inanimis, & bellua, nu. 10.
 Diues in Deum qui, nu. 12.
 Diuites quomodo opibus suis vti debeant, nu. 15.
DIVITIÆ cur fallaces dicantur à Domino, tract. 5. nu. 5.
 Quorum sunt diuitiæ quæ reconduntur, tract. 18. nu. 8.
 In diuitijs nulla quies, nu. 11.
 Diuitiæ quam sint insufficiens panis homini, nu. 11.
 Diuitiæ terrenæ omnes pereunt, nu. 12.
 Diuitiæ temporales vti à tergo gestandæ, tract. 19. nu. 6.
 Fructus diuitiarum quis, tract. 23. n. 12.
 Diuitiæ vnde descenderint, tract. 29. nu. 12.
 Diuitiarum abundantia cur vitæ obfit, tract. 18. nu. 7.
DIVERSORIVM vnde dicatur, tract. 16. nu. 16.
DOCTORES sancti dum Ecclesiam defendunt, in ramis arboris, sinapis, id est, Christi, nidificant, tract. 8. nu. 9.
 Noui Testamenti Doctores, quid facere debent, tract. 29. n. 16.
DAEMONIS filij qui, tract. 41. numer. 10.
 Diabolus quid sonet, ibid.
 Qui sint Angeli, & diaboli, ibid.
 Dæmones volucris cæli assimilantur in Euangelio, tract. 5. nu. 4.
 Dæmonis inuidia in eos qui audiunt verbum Dei admiranda, ibid.

Dæmon cur tentet ac tribulet, nu. 4.
 Dæmonis fermentum quam sit efficax, tract. 9. nu. 10.
 Dæmones diuini cur dicantur, tract. 14. nu. 8.
 Dæmon verè lupus rapax, & dispergens oues, tract. 15. nu. 8.
 Dæmones latrones cur dicti, tract. 16. nu. 11.
 Dæmones qui tantum euadant, ibid.
 Diabolus quare fur, tract. 19. nu. 13.
 Quando veniat vt fur, ibid.
 A quibus partu pendatur, ibid.
 Dæmonis vnde perditio, tract. 26. nu. 7.
 Dæmoni quod sit gaudium, ibid.
 Magnus dæmonis laqueus quis, tract. 27. nu. 11.
 Diabolus cuius in regione peccati, numer. 14.
 Quos Imperatores diabolus miserit ad pascendos porcos, nu. 15.
 Nihil dæmon inuidet peccatori, nu. 17.
 Dæmon quem trahat peccatorem, tract. 28. nu. 7.
 Dæmones cur diaboli dicantur, tract. 29. nu. 4.
 Dæmonis inuidiæ, & conatus, nu. 22.
 Dæmonis prudentia quæ nobis imitanda, nu. 23.
 Dæmon vermi ex mori frondibus victi- tanti similis tract. 30. nu. 1.
 Qui nam ad desperationem soleant esse propensi, tract. 32. nu. 1.
 Dæmonis actus, nu. 8.
 Dæmon quem solum vincit, nu. 14.
DOGMA TA falsa à veris quomodo discernenda, tract. 6. n. 9.
DOMINI voluntatem quis cognoscit, tract. 20. nu. 8.
 Ad voluntatem Domini faciendam quæ preparatio, ibid.
 Domini voluntatem nesciens cur vapulet, ibid.
 Sciens, & non faciens, vapulat plagis multis, ibid.
 Quis voluntatem Domini non agnoscit, ibid.
 Duobus Dominis seruire quid, tract. 24. nu. 16.
DONA Dei qua ratione conseruantur, tract. 17. nu. 13.
 A Deo quid petendum, ibid.
 De quibus donis nulla sit reddenda ratio, tract. 39. nu. 9.

De quocunque dono gratiæ agenda, ibid.
 Quæ dona minima sint, nu. 9.
 Dona quomodo augeantur in nobis, numer. 22.
 Eius qui minoribus donis bene vtitur premium, nu. 23.
DORMITET quis, tract. 38. nu. 6.
 Dormiat quis, ibid. & nu. 18. 16.
DRA CHMA quid mysticè, tract. 26. nu. 1.
 Drachma quæ vox, & quid eius pretium, num. 2.
 Drachma in quo differat à talento, & mina, tract. 34. nu. 5.
E
ECCLESIA quid nobis conferat, tract. 14. nu. 5.
 Ecclesia ouile ouium Christi est, ibid.
 Vt quis intrèt in Ecclesiam, quid debeat præstare, nu. 13.
 Erga Ecclesiam magna est Dei prouidentia, nu. 17.
 Quomodo pat. Ecclesiæ ostium intrandum est, nu. 19.
 Duplex salus introentium in Ecclesiam, ibid.
 In Ecclesia qui sint fures, nu. 20.
 Ecclesiæ vnitas qualis, tract. 15. numer. 14.
 Ecclesia in arca Noe præfigurata, tract. 14. nu. 4.
 Ecclesiæ hospitalitas, tract. 16. nu. 16.
 Ecclesiæ bona quorum sint, tract. 20. nu. 4.
 Ecclesiæ vineæ post Christum quis custos, tract. 21. nu. 13.
 Primum locum in Ecclesia ambientium quatuor genera, tract. 22. n. 12.
 Honoratio in Ecclesia quis, nu. 13.
 In Ecclesia qui serui sint, qui principes, ibid.
 Ecclesiæ compellendi vis efficax, tract. 23. nu. 16.
 Ecclesiæ primitiæ erga Dominicam coenam pietatis ardor, ibid.
 Ecclesia cur modò possessiones habeat, tract. 34. nu. 17.
 Ecclesia quantum ad eam accedentibus, proficiat, tract. 25. nu. 11.
 Ecclesia quàm pulchrè viduam representet, tract. 31. nu. 9.
 Ecclesiæ ante Abraham cum ea quæ post

eum fuit comparatio, tract. 33. numer. 17.
 Quid est quod Dei Ecclesia, quantum uis malis agitata, nunquam fuerit extincta, tract. 36. nu. 6.
 Vineæ Ecclesiæ Catholicæ qui sint agricolæ, sepes, torcular, turris, & reliqua, num. 27.
 Ecclesia militans Regnum Cælorum, tract. 37. nu. 9.
 Ecclesia Christi sponsa, nu. 2.
 In Ecclesia quinque bona ad meritum exerceantur, tract. 39. nu. 7.
E GENTIBVS quo studio benefaciendam, tract. 18. nu. 15.
E L E A Z A R sub elephantino cæso succumbens superbiorum typus, tract. 32. nu. 9.
E L E E M O S Y N A cui detur potissimum, tract. 29. nu. 13.
E L E C T I de quo vitio plerumque tententur, tract. 32. nu. 11.
 Electio ad gloriam propter opera, & post opera fit, tract. 37. nu. 28.
 Electorum congregatio vnde fiat, tract. 40. nu. 7.
 Electi cur filij dextere vocantur, nu. 12.
 Electorum quid proprium, nu. 18.
 Electorum quantum decus, tract. 41. numer. 5.
 Electorum felicitas, ibid.
 Electorum ius ad regnum æternum, ibid.
 Cur fuerit illis præparatum, ibid.
 Qui tantum ob importunitatem eleemosynam faciunt, quid assequantur, tract. 17. nu. 4.
 Eleemosyna cui danda, nu. 14.
 Ab eleemosynis faciendis qui se excusant, non recipiendi, tract. 23. numer. 22.
E P I C V R V S hominis sumum bonum in voluptate constituit, tract. 18. nu. 12.
E P I P A R A B O L A quid sit, tract. 3. nu. 4.
 Epiparabola parabolæ zizaniorum, tract. 6. nu. 1.
 Episcopi, vide verbo Concionator.
 Episcopi à Samaritano Euangelij arguuntur, tract. 16. nu. 8.
 Episcopi tempore Augustini litibus Christianorum dirimendis vacare solebant, tract. 18. nu. 1.

Modò Episcopi ciuilibus causis, & criminalibus implicantur, & cur, numer. 2.
 Si Episcopi domini sint, quæ sequantur incommoda, tract. 20. nu. 3.
 Episcopatus turri comparatur, tract. 24. nu. 12.
 Episcopus quare collum sit, & turris eburnea, & Libani, ibid.
 Vbera Episcopi cur sint sicut turris, & quæ nam sint hæc vbera, ibid.
 Qui Episcopi turrim Babylonicam, in Dominicam restituant, nu. 13.
 Turris Episcopatus quibus sumptibus edificanda sit, ibid.
 Qui Episcopi similes Phaetontis, ibid.
 Quid Episcopi promittant in consecratione sua, ibid.
 Episcopi quàm debeant esse benigni cum subditis, tract. 29. nu. 16.
 Quales se agnoscere, & gerere debent, tract. 29. nu. 16.
 Otiosi Episcopi qui, tract. 33. nu. 12.
 Episcopi nomen quid sonet, nu. 19.
 Episcopi sui officij immemores puniuntur, tract. 35. nu. 14. 15.
 E. P. V. L. A. R. I. quid, tract. 18. numer. 10.
 E. R. A. S. M. V. S. quid de Franciscana familia malè dixit, tract. 41. numer. 13.
 E. R. V. B. E. S. C. A. T. spiritualiter quis, tract. 29. nu. 5.
 E. V. A. N. G. E. L. I. V. M. quid doceat, & suadeat, tract. 22. nu. 9.
 Euangelium hominis inuitantis ad cœnam cur infra octauam corporis Christi in Ecclesia legi consuevit, tract. 23. nu. 21.
 Charissima & coniunctissima quæq; Euangelij gratia posthabenda sunt, tract. 24. nu. 2.
 Euangelij prædicationis effectus, tract. 26. nu. 7.
 E. V. C. H. A. R. I. S. T. I. A. E. cœna cur recta & magna, tract. 23. nu. 18.
 Quomodò in Eucharistiæ sumptione vitimus locus quærendus, tract. 22. n. 14.
 Sacrum Eucharistiæ conuiuium cœna dicitur duplici ratione, tract. 23. nu. 10.
 Eucharistiæ cœna qua hora sit, nu. 19.
 Eucharistiæ cœnæ apparatus, ibid.
 Eucharistiæ sumptionis quomodò sit diuina obligatio, ibid.

In hac cœna omnia parata, ibid.
 Nullum temporale impedimentum debet nos retardare ad hanc cœnam non accedere, nu. 20.
 Eucharistiæ sumptio non paratis quid proficit, nu. 21.
 Eucharistiæ sumptio initium gloriæ, tract. 28. nu. 10.
 E. V. C. H. I. T. A. E. hæretici vnde dicti, tract. 31. nu. 2.
 E. V. G. E. quid, tract. 39. nu. 14.
 E. Z. E. C. H. I. A. S. Rex suas virtutes enumerauit, tract. 32. nu. 11.
 E. X. C. V. S. A. T. I. O. quæ non recipiatur, tract. 23. nu. 12. 13.
 Excusantis se à cœna Eucharistica ob suam indignitatem soluitur obiectio, tract. 23. nu. 22.

F
 F. A. B. V. L. A. pro historia ferè nunquam accipitur, tract. 1. nu. 12.
 Fabula pro re ficta, & excogitata comunitè usurpatur, ibid.
 Per fabulas doctas & indoctas quid Petrus in epistola sua secunda intelligat, ibid.
 Fabula à fando dicta, ibid.
 Quid sit fabula, nu. 14.
 F. A. C. T. O. R. V. M. vis, tract. 23. numer. 12.
 F. O. E. N. E. R. A. R. I. quibus olim concessum, tract. 39. nu. 4.
 F. O. E. N. V. S. turpissimum quod, tract. 17. n. 3.
 F. A. M. E. S. quæ & quotuplex malos opprimat, tract. 27. nu. 13.
 F. A. S. C. I. C. V. L. I. quid significant in Euangelio, tract. 6. nu. 15.
 F. A. T. V. I. qui sint, & dicantur, tract. 38. nu. 16.
 F. E. R. M. E. N. T. V. M. vnde dicatur, & quid sit, tract. 9. nu. 3.
 Fermenti variæ virtutes, ibid.
 In fermento sceminam iacere, quid apud Plautum, nu. 3.
 Fermentum accipitur in bonam & in malam partem, nu. 4.
 Quid fermentum Phariseorum, & Sadduceorum in Euangelio intelligatur, numer. 4.
 Per vetus fermentum à Paulo intelligitur peccatum, seu peccator, ibid.
 Variæ de fermento sunt Patrum interpretationes, nu. 6.

Quomodò quis possit, & ipse fieri fermentum, nu. 7.
 Fermentum Dei, & demonis, nu. 10.
 Fermentum cur in panibus hostiæ pacifice, nu. 9.
 F. I. C. T. I. O. aut res ficta quid conducatur ad docendam veritatem, tract. 1. nu. 9.
 Fictio quando sit mendacium, ibid.
 Quæ in sacra Scriptura fictiones sunt, cur parabolarum, non fabularum nomine veniant, nu. 12.
 F. I. C. V. L. I. N. E. A. quid, & quomodò succidatur, tract. 21. nu. 13.
 F. I. C. V. S. tripliciter accipitur, tract. 21. nu. 5.
 Fici arboris ingenium, ibid.
 Ficus quando fructificet, nu. 7.
 Ficus ferax quorum sit hieroglyphicum, nu. 8.
 Ficus proprietates, quibus applicentur, nu. 11.
 Ficus quæ appellantur fatuæ, cui vsui sint, ibid.
 F. I. D. E. L. E. S. etsi serui, sunt tamen filij Dei, tract. 20. nu. 3.
 Fidelis in quo fidem suam seruet, tract. 20. nu. 4.
 Cur grauius fidelis quam infidelis peccet, nu. 8.
 F. I. D. E. S. pascitur, & crescit doctrinis, tract. 41. nu. 18.
 Fides vt sit granum sinapis, tract. 8. numer. 11.
 Fidei semen dupliciter dicitur minimū, ibid.
 Fidei quanta vis, & quæ natura, ibid.
 Quis semen Fidei dicitur in Euangelio seminare in agro suo, nu. 12.
 Rami arboris Fidei quomodò excreuerint, & qui in eis nidificent, numer. 13.
 Fidei vnitas qualis sit, tract. 12. numer. 11.
 Fides implicita quæ fuerit ante Christum, tract. 14. nu. 19.
 Fidei adherentes quam vitam habeant, & abundantius habeant, nu. 20.
 Fides sine operibus qualis, tract. 19. numer. 8.
 Fides quibus non est habenda, tract. 24. nu. 2.
 Fides quid operetur, tract. 28. numer. 9.

Fidei humanæ, vel diuinæ apud nos paucitas vel imparitas quanta sit, tract. 31. nu. 15.
 Fidei Catholicæ inconstantia sub Constantio Imperatore, ibid.
 Humanæ Fidei defectus quantus inter homines, & vnde hoc proueniat, ibid.
 Fides quid, tract. 33. nu. 20.
 Fidei Christianæ conditiones, tract. 34. numer. 15.
 Fidei nostræ lampas quomodò accendatur, tract. 38. nu. 14.
 Sola Fides sine operibus non sufficit, tract. 41. nu. 6.
 F. I. D. V. C. I. A. quanta ad Deum accendendum, tract. 17. nu. 11.
 F. I. L. I. I. parua ætatis non sunt ad religionem compellendi, tract. 24. numer. 10.
 Filius prodigus quis, tract. 28. nu. 5.
 Quare filij huius seculi prudentiores sint filijs lucis, tract. 29. nu. 9.
 Et quæ hæc prudentia, ibid.
 Et in quibus rebus, & quare, nu. 10.
 Filij huius seculi qui, ibid.
 Filij lucis qui, ibid.
 Filiorum & seruorum operantium ratio diuersa, tract. 35. nu. 2.
 F. L. O. R. E. S. nostri quales debeant esse, tract. 21. nu. 11.
 F. O. D. I. A. N. T. qui, tract. 29. nu. 5.
 F. O. E. M. I. N. I. V. M. genus pro neutro poni solet in Scriptura, tract. 36. n. 20.
 F. O. R. T. V. N. A. E. quis ponat mensam, tract. 27. nu. 19.
 F. R. A. N. G. I. aliud est quam conteri, secundum Philosophum, tract. 36. nu. 26.
 F. R. A. T. R. V. M. odia qualia sint, tract. 28. nu. 13.
 Fratris infamia fugienda, tract. 32. numer. 2.
 F. V. R. I. S. à mercenario discrimen, tract. 15. nu. 12.
 Fur quis, tract. 20. nu. 4.
 F. V. R. O. R. furorum omnium nouissimus quis, tract. 22. nu. 18.

G
 G. A. V. D. I. V. M. duplex, secundum Theologos, tract. 25. nu. 17.
 Intrare in gaudium, quid, tract. 39. numer. 15.
 G. E. N. T. E. S. quomodò sepes, & vnde dici possint, tract. 23. nu. 16.

I N D E X.

Gentes quomodò compellantur intrare ad fidem Christi, ibid.
 Gentium vocatio vbi figurata, tract. 38. nu. 14.
 Gentilis populi delineatio, ibid.
 Inter Gentiles qui boni, qui verò mali, & cur boni, & mali fuerint inuitati ad nuptias, tract. 37. nu. 21.
 GLORIA inanis quid Basilio, tract. 32. nu. 9.
 GRATIAE Dei, & Christo qui faciunt iniuriam, tract. 16. numer. 13.
 Gratia diuina quid præstet in nobis, tract. 16. nu. 14.
 Duplex gratia, præueniens, & subsequens, tract. 28. nu. 6.
 Eodem gradu gratiæ cur vnus magis acquirat quàm alius, tract. 34. nu. 18.
 Gratia iustificans secundum quam mensuram detur, tract. 39. nu. 9.
 Gratia gratis datæ quatenus dentur, ibid. Ante præuenientem gratiam nullum meritum datur, ibid.
 Gratia diuinæ vis, tract. 39. nu. 14.
 Gratia non in vacuum accipienda, tract. 39. nu. 20.
 Gratia, meritum, hæreditas & merces minime pugnant, tract. 41. nu. 5.
 D. GREGORII celebre respòsum, tract. 32. nu. 9.
 Magnus Gregorius quare seruum seruum Dei se nominabat, tract. 20. n. 3.
 GREGIS Dominici cura qualis habenda, tract. 16. nu. 18.
 GVSTVS verus quibus communicetur, tract. 25. nu. 9.

H

HABERE in infinitiuo apud Græcos quid, tract. 23. nu. 5.
 Habitus infusi nõ fiunt Phisice per actus, sed meritorie, secus verò habitus acquiriti, tract. 39. nu. 10.
 Mali habitus restât ad huc relicto peccato, tract. 27. nu. 11.
 HEBRAEI propositiuo comparatiuũ vsurpant, tract. 20. nu. 9.
 HAEDI quorum sint figura, tract. 40. nu. 11.
 Hædorum vitia, ibid.
 HAEREDITAS, meritum, gratia, merces, minime pugnant, tract. 41. numer. 5.

Quæ melior & maior hæreditas, tract. 18. nu. 5.
 Hæreditatis humanæ quid proprium, ibid.
 HAERES qui testatorẽ occidit, à iure hæreditatis cadit, tract. 36. n. 13.
 HAERESIS assimilatur spinis, tract. 5. nu. 5.
 Ad hæresim quæ disponant, tract. 14. nu. 17.
 HAERETICI cur zizaniæ assimilantur, & vnde nascantur, tract. 6. nu. 6.
 Hereticorum leuitas, & inconstantia, ibid.
 Hereticorum mira insania, ibid.
 Heretici an statim eradicandi, & cremandi, tract. 6. nu. 12.
 Quo sèu Chrysostomus hereticos dixit esse tolerandos, tract. 6. nu. 15.
 Cur Augustinus de hereticis statim coërcendis sententiam mutauerit, ibid.
 Ecclesia quomodò puniat hereticos, ibid.
 Hæresis qualem nobis Christum proferat, tract. 7. nu. 11.
 Hereticorũ doctrina quàm rectè vocetur fermentum, tract. 9. nu. 4.
 Heretici mali pisces, tract. 12. nu. 8.
 Heretici falluntur putantes meritũ non esse in nostris operibus, tract. 30. numer. 13.
 Hæreticorum nostri temporis de veste nuptiali multiplex refellitur intelligentia, tract. 37. nu. 24.
 Hereticorum cœna qualis, tract. 27. numer. 19.
 Hereticorum cœcitas vnde orta, tract. 22. nu. 16.
 Hæretici quales sint, tract. 14. nu. 17.
 Hæreticus verè lupus, tract. 13. nu. 8.
 HELIOGABALVS Romani Imperij monstrum, tract. 33. nu. 11.
 HIERICHO à sanguine ibi fundi solito dicta est Adommim, tract. 16. nu. 1.
 Hiericho significat Liniã, & qui dicantur in Hiericho descendere, tract. 16. nu. 11.
 HIEROGLYPHICA A Egyptiorum à quo sunt inuenta, & ad quem finem, tract. 2. nu. 2.
 HIRCI quos denotent, tract. 40. nu. 11.
 HOMO quæ ratione natura malus sit, tract. 17. nu. 12.

I N D E X.

Ad quem occurrant homines ferè semper in suis difficultatibus, tract. 18. nu. 1.
 Homines mundani quid diligant, ibid.
 Homo vnde suum nomen accepit, tract. 18. nu. 8.
 Hominum quærelæ vnde, ibid.
 Hominum ditescendi studium, tract. 18. nu. 15.
 Hominum iudicium stultum, & temerarium, tract. 21. nu. 2.
 Homo corrigitur in parabola habentis arborem fici, ibid.
 Hominis quæ sit propria pœna, tract. 22. nu. 7.
 Hominis imperfecti apertum ingenium, tract. 22. nu. 18.
 Homo homini quid præstat, tract. 25. nu. 4.
 Quid opus fuit, vt homo saluus fieret, tract. 25. nu. 19.
 Post Adæ peccatum hominis infelix conditio describitur, tract. 26. numer. 11.
 Hominis hæreditas duplex, tract. 27. numer. 6.
 Homo in quo Dei similis, ibid.
 Extraneum homini quid, tract. 27. numer. 11.
 Exis homo quàm insolubiliter demoni sit subiectus, tract. 27. nu. 15.
 Post remissionem peccati quid debeat facere homo, tract. 28. nu. 7.
 Quæ homines vehementer concupiscant, tract. 27. nu. 13.
 De quorum hominum salute lætandum nobis est summopere, tract. 28. numer. 14.
 Qui hominem non reueretur, qualis sit, tract. 31. nu. 6.
 Veteris hominis sepultura, tract. 29. numer. 5.
 Hominis infidelitas, & inconstantia, tract. 32. nu. 3.
 Cur homo à seipso facilius frequentius quæ decipiatur, ibid.
 Qualis homo derelictus à Deo, tract. 32. nu. 3.
 Vita seu prosperitas hominis qualis, tract. 32. nu. 9.
 Proprium hominis quid, tract. 34. numer. 13.
 Pusilli animi homines quæ tentationes inuadant, tract. 34. nu. 20.

Hominum duo genera Deum crucifigentium, tract. 36. nu. 13.
 Homines ad iudicandum de alijs proni, tract. 36. nu. 16.
 Hominis bona propria quæ, tract. 29. nu. 17.
 Hominum commune vitium, tract. 36. nu. 17.
 Cur homo non potest omnia naturalia intelligere in hac vita, tract. 38. numer. 5.
 Hominis supplicium proprium quod, tract. 4. nu. 5.
 Eius præmium proprium quod, ibid.
 HONORIS appetitus immoderatus nocuus, tract. 19. nu. 6.
 Honoris ambitio quantũ timenda, tract. 23. nu. 13.
 HORA prima, tertia, sexta, & nona, quæ fuerint, tract. 33. nu. 18.
 Hora vndecima quæ fuerit, ibid. numer. 19.
 HOSPITALITAS quæ reprehensione digna, tract. 23. nu. 1.
 HOSTES spirituales aduersus, quibus armis dimicandum, tract. 19. numer. 4.
 HVMANAE naturæ improba conditio, tract. 32. nu. 19.
 HVMILIATIO est initium iustificationis, tract. 13. nu. 9.
 Humiliatio, quantalibet sit, non nocet, tract. 22. nu. 12.
 Humilitas quàm Christo grata, tract. 22. nu. 19.
 Domus nostra humiliatione seruanda, ibid.
 Humiles ad cœnam magnam vocantur, tract. 23. nu. 16.
 Humilitatis vis, tract. 30. nu. 11.
 Quales nos reddat, ibid.
 Christianæ Philosophiæ fastigium, humilitas, ibid.
 Qui humiles exaltati sint, ibid.
 Humilitatis laus, ibid.
 Qua ratione comparari potuit, ibid.
 Humilitatis fructus quantus, tract. 30. nu. 14.
 Sine humiliatione nemo Deo acceptus, tract. 32. nu. 3.
 Humilitatis virtus quanta, tract. 32. numer. 12. 17.
 Quis se humiliet, tract. 32. numer. 17.

I N D E X.

Humilitatis septem regulæ, nu. 19. 20. & tract. 32. nu. 19. 20.
 Humilis omnia à Deo esse recognoscit, tract. 32. nu. 27.
 Humilitas vas est ad dona Dei recipienda, tract. 39. nu. 8.
HIERONYMVS qualiter de clericis loquatur, tract. 24. num. 17.
 Hieronymi interpretandę Scripturę aurea regula, tract. 38. nu. 8.

I

IANITOR Ecclesię quis, tract. 20. nu. 6.
LBIVNIVM verum quod sit, tract. 22. nu. 11.
 Quid ire in ignem æternũ, tract. 41. n. 10.
IGNORANTIA crassa pro sciẽtia in Scriptura habetur, tract. 36. num. 13.
IMPIORVM ingenium, tract. 29. nu. 18.
IMPORTVNITAS quantũ valeat apud omnes, tract. 17. nu. 2.
 Quantum valeat importunitas, tract. 31. nu. 7.
INDIGNVM esse, peius est, quàm non dignum, tract. 37. nu. 20.
INIQVITAS stulta est, tract. 36. numer. 14.
INCARNATIONIS mysterium qualiter cœna magna dicatur quã fecit homo quidam, tract. 23. nu. 10.
 Incarnatio Christi quàm excellens opus, tract. 25. nu. 19.
INFAMIA quid, tract. 29. nu. 3.
 Vnde oritur, ibid.
IN INFERNŌ nulla est redemptio, tract. 13. nu. 19.
 Inferni pœna qualis, & quanta, tract. 37. nu. 27.
INFIDELIS dicitur in Euãgelio terra secus viam, tract. 5. nu. 3.
 Infideles quare damnabuntur, tract. 40. nu. 3.
INGRATITVDO quid operetur in habentẽ illã, & cui aduersetur, tract. 13. nu. 19.
INIVRIA non tantũ septuagies septies, sed semper remittenda est, tract. 13. nu. 2.
 Iniuria ex præcepto dimittenda est, & ex corde, tract. 13. nu. 13. & 20.
INNOCENTIAE status cur excedat statum pœnitentię, tract. 25. nu. 18.

INSATVRABILIA tria explicantur, tract. 27. num. 18.
 Et quartum in saturabile quod nõ dicitur sufficit, ibid.
INVIDI proprium quid, tract. 25. numer. 3.
IOANNES Baptista qua ratione venit in via iustitię, tract. 22. n. 12.
 Ioannes Baptista quando primum locum quãdovltimũ tenuit in conuiuio, tract. 22. nu. 10.
 Ioannis Apostoli benignitas in peccatoribus, tract. 29. nu. 16.
IOB diues in Deum, tract. 18. numer. 12.
 Iob mira innocentia, tract. 25. nu. 18.
 Iob de se loquens magnificẽ coronatur, tract. 32. nu. 11.
IOSAPHA T quid significet, tract. 40. nu. 7.
IOVINIANVS parẽ gloriã cõiugatis & virginibus futuram falso putauit, tract. 33. nu. 24.
ISAIÆ patruelis quis, cuius canticum canit, tract. 36. nu. 5.
ISRAEL vinea quorũ typus sit, tract. 21. nu. 11.
 Israëlitici populi qui fuerint primi Duce, & pædagogi, tract. 36. nu. 12.
IVDAEAM cur Prophetę virginem appellent, tract. 38. nu. 3.
 Iudæorum cœcitas qualis, tract. 14. numer. 11.
 Iudæi de religione maximẽ gloriabatur, tract. 16. nu. 3.
 Vestium vsus qualis apud Iudæos, tract. 19. nu. 4.
 Iudæorum inhumanitas qualis, tract. 16. nu. 3.
 Boni Iudæi vita in quo sita erat olim, tract. 19. nu. 9.
 Iudæi Iesum qualem habuerint, tract. 21. nu. 10.
 Iudæi, quis Deus esset colendus, & viam iustitię cognoscebant, tract. 23. numer. 16.
 Iudæi quot milla Leuitarum præter laicos alebant, tract. 24. nu. 17.
 Stantes orare solēbant Iudæi, tract. 32. nu. 7.
 Iudæi triplicẽ decimam soluebant, tract. 32. nu. 11.
 Qui Iudæi cum gentibus nouissima hora vocati sunt, tract. 33. num. 35.

I N D E X.

Rudis & stulta de regno Christi Iudæorum opinio, tract. 34. nu. 2.
 Iudæi cur Christi ciues & fratres dicantur, num. 14.
 Cur Christum odio habuerunt, ibid.
 Iudæi quando dixerint per legationem nolle, vt Christus super eos regnaret, nu. 15.
 Principum Iudæorum in Christum malignitas, nu. 15.
 Iudæorum supplicium ob incredulitatẽ, num. 24.
 Iudæis qui erant infames, tract. 35. nu. 10.
 Iudæorum in Christũ ingratitude, tract. 36. num. 1.
 Iudæos Christum cognouisse vnde colligi possit, tract. 36. nu. 13.
 Populus Iudæorum quomodo in Christi mortem consenserit, nu. 13.
 Iudæi quando Christum à vinea eiecerint, tract. 36. nu. 15.
 Iudæorum Mesiã interfectientium punitio, tract. 36. nu. 18.
 Iudæi ædificantes Christũ lapidem quomodo reprobarint, tract. 36. nu. 19.
 Quale sit regnum Dei à Iudæis auferendum, ablatumve, tract. 36. nu. 22. & 23.
 Iudæorum infortunia, ibid.
 Duplici contritione contriti Iudæi, tract. 36. nu. 26.
 Cur Iudæi inuitati ad nuptias venire noluerunt, tract. 37. nu. 15.
IVDICIS boni officium, tract. 29. n. 2.
 Boni iudicis munus quale, tract. 29. nu. 5.
 Iniqui iudices quales apud nos sint, tract. 31. nu. 7.
 Nemo in propria causa bonus iudex, tract. 32. nu. 25.
IN IVDICIVM vocari qui ceseatur idonei, tract. 29. nu. 5.
 Temerarium iudicium graue peccatum, tract. 32. num. 5.
 Iudicium de aliorum factis & de nostris quale ferre debeamus, tract. 32. nu. 11.
 Dies iudicij imparatos multos offendet, tract. 38. nu. 1.
 Iudicij finalis signa quæ, tract. 38. nu. 19.
 Vniuersale iudicium futurum esse, de fide est, & pbatur, tract. 40. nu. 4. & seq.
 Iudicij vniuersalis diem velle coniectare quàm sit inane, tract. 40. nu. 6.
 Quo in loco generale iudicium fiet, tract. 40. num. 7.
 Iudicium quale debeat esse, tract. 40. n. 9.

Quæ iudicium præcedent, tract. 40. n. 10.
 Dies iudicij quibus tristis, ibid.
 Quæ tria opera summę virtutis & potentia Christi fiet in iudicio, tract. 40. n. 11.
 In iudicio qui non separabuntur, ibid.
 Iudicium vniuersale vocali sermone est pronuntiandum, sensibile q; futurum, tract. 41. nu. 1.
 Iudicium generale quamdiu durabit secundum quosdam, ibid.
 In die iudicij de quibus reddenda ratio, tract. 41. nu. 11.
IVLIANI Apostatę dogma de abdicatione rerũ confutatur, tract. 24. n. 17.
IVMENTVM vnde dictum, tract. 16. num. 16.
IVSTIFICATIONIS duplex genus, tract. 28. nu. 8.
 Impium iustificare, maius quã pium seruare, tract. 25. nu. 19.
IVSTITIÆ falsę ingenium quale, tract. 25. num. 3.
 Iustitia Pharisaica qualis, tract. 32. nu. 5.
 Iustitia quantum distat à peccato, tract. 27. nu. 11.
 Imputatiue iustitię ratio est ponenda, tract. 41. nu. 15.
 Iustitię duæ partes, tract. 32. nu. 11.
IVSTORVM hominum zelus aliquando non laudabilis, tract. 6. nu. 12.
 Iusti vnde ad virtutẽ confirmantur, tract. 9. nu. 7.
 Iusti & pij homines, sunt velut lapides cœlestis Hierusalem, tract. 10. nu. 7.
 Vt sint thesauri absconditi, ibid.
 Iusti sunt mercatores quærentes bonas margaritas, tract. 11. num. 7. & 15.
 Iusti qualem vitam agent in cœlo, & vt piscibus comparentur, tract. 12. nu. 6.
 Iusti & iniusti parem rationem moriendi sortiuntur, & quare, tract. 21. nu. 3.
 Iustorum & Sanctorum iustitia & sanctitas vnde pendeat, tract. 22. nu. 11.
 Iusti & perfecti cur Christi amici & vicini, tract. 25. nu. 13.
 Qui iusti nõ indigent pœnitentiã, & quare, tract. 25. nu. 15.
 Iusti in drachma descriptio, tract. 26. nu. 5.
 Iustus diuitias temporales parui facit, tract. 28. nu. 4.
 Iusti pretium, tract. 26. nu. 5.
 Iustorum quid proprium, tract. 32. n. 12.
 Iustus cur in sua iustitia minimẽ fidere debeat, num. 20.

I N D E X.

Iustus cur se habere potest pro iusto, & pro peccatore, tract. 3 2. nu. 25.
Iusti cur à Deo Patre benedicentur, tract. 41. nu. 5.
Iusti regnū duplici nomine possidebunt, ibid.
Regnum iustis quatenus paratum sit, ibi.

L

LABORANTES inæqualiter quo iure æqualem mercedem recipiant, tract. 33. nu. 27. & ostendit elegātibus similitudinibus.
LAMPADES quid, tract. 38. nu. 19.
Quorum lampades extinguitur, tract. 38 num. 20.
LATRO quis, tract. 20. nu. 4.
DLAVENTII sermo ad Decium vox fuit verè diuitis, tract. 18. nu. 8.
LAUS in ore proprio vilescit, tract. 22 num. 9.
LEONE mortuo melior est canis vivus, quid significet, tract. 25. nu. 16.
Leonis mira proprietates, tract. 13. num. 9.
LEONTINI agri mira fecunditas, tract. 4. num. 10.
LEX naturæ quid præscribat, tract. 41. num. 7.
Legis peritus Christum tentans cur mittitur ad Legem, tract. 16. nu. 5.
Legisperitus què sibi proximum putaverit, & vt voluerit se iustificare, ibid.
Lex à Deo cur data, tract. 16. nu. 14.
Lex vnde dicatur, ibid.
LIA figura humanitatis Christi, tract. 26. num. 4.
LIBERI arbitrij pulchra descriptio & comparatio, tract. 7. nu. 9.
Liberum arbitrium vt fructificet, quàm egeat diuina gratia & auxilio, ibid.
Quanta sit in nostro opere libertas, tract. 39. num. 9.
LIBIDO quantum formidanda prælati, tract. 20. nu. 3.
LOCVLI seruandæ pecuniæ deputati veterascunt, tract. 18. nu. 16.
Locum optimum quomodo semper valeat quis occupare, tract. 22. nu. 10.
In vltimo loco iam occupato quomodo quis possit sedere, tract. 22. nu. 11.
Quis frustra in loco humili sedet, tract. 22. num. 11.
Locus nouissimus in oratione & Eucha-

ristiæ conuiuio quomodo ambiendus, tract. 22. num. 14.
Primum locum quis tenebit in sacre Scripturæ conuiuio, tract. 22. nu. 16.
LOLIVM quid sit, & quomodo in frumentum conuertatur, tract. 6. nu. 4.
LVCERNAS non habere ardentes, quid, tract. 19. nu. 8.
Lucernæ tenendæ in manibus quæ nam sint, ibid.
Lucernæ quare sint ardentes, & in manibus gestandæ, ibid.
Gestare lucernas ardentes quid secundū Bernard. ibid.
Lucerna prædicationis Apostolicæ quæ, & quomodo ardeat, ibid.
Lucernæ variæ acceptiones, ibid.
Interdum serui Dei abutuntur lucernis ardentibus, ibid.
LVCIFER primum obtinere locum in nuptijs Agni quomodo affectauerit, tract. 22. nu. 6.
LVCRM minus tutum quod, tract. 39. num. 4.
LVMBIS succincti qui nam sint, tract. 19. nu. 8.
Lumbare quid mysticè, tract. 36. nu. 1.
Lumbos accingere quid, tract. 19. num. 6.
Lumbi & renes in quo differunt, tract. 19. nu. 5.
Lumbi quid, ibid.
IN LVPIS qui designetur, tract. 24. num. 13.
LVXVS quid, tract. 27. nu. 12.
Eius mala, ibid.
LVTHERI dogma, quod iustus in quolibet opere peccet, impugnatur, tract. 30. nu. 14.
Lutherus se quintum Euāgelistam dicit, tract. 32. nu. 10.

M

MALEDICTIO vnde sit, tract. 41. num. 20.
MALVM summum in quo sit, tract. 23. num. 17.
Malorum omnium quæ causa, tract. 31. num. 11.
Malorum conditio, tract. 36. nu. 13.
Malus quis, tract. 39. nu. 9.
Malorum bona opera illis irremunerata, quibus profint, tract. 39. nu. 21.
MAMMONA iniquum dicitur tripliciter, tract. 29. nu. 12.

I N D E X.

Mammona iniquitatis quid, tract. 29. n. 16.
MANICHÆI de anterioribus Prophetis blasphemia, tract. 14. nu. 15.
Manichæus hæreticus dixit se Christi Apostolum, tract. 32. nu. 10.
MANVS pilosus quis habeat, tract. 40. nu. 11.
MMARGARITARVM varia sunt genera, tract. 11. nu. 2.
Margaritæ regnum cælorum assimilant, tract. 11. nu. 1.
Quomodo capiatur, & quid sint, & cur vnicuius nomine nūcupetur, tract. 11. nu. 3.
Quomodo generentur, ibid.
Margaritæ efficiens materia, forma & finis, tract. 11. num. 5.
Margaritæ vocabulum quàm latè pateat, ibid.
Margaritarum conchæ tympana nominantur, tract. 11. nu. 3.
Bonæ margaritæ quæ sint in Euangelio, tract. 11. nu. 9.
Margaritæ quæ meliores & optime, ibid.
Margaritæ & gemmæ quibus conueniatur & aptentur, tract. 11. nu. 10. vsque ad 20.
MARIA Virgo quàm pretiosa sit margaritæ, tract. 11. nu. 12.
Maria Virgo assimilatur mulieri, quæ abscondit fermentū in farinæ satis tribus, tract. 9. nu. 7.
Maria Virgo in vltimo conuiuij loco quādo sedit, & quando in primo, tract. 22. num. 10.
MATTHÆVS duplicem missionem seruorum describens quomodo non differat à Marco & Luca triplicem enarrantibus, tract. 36. nu. 11.
MEDICI officium quod sit, tract. 16. num. 8.
MENANDRI dictum, tract. 29. nu. 2. & 12.
MENDICANTIVM vita quos deceat, tract. 24. nu. 17.
MENTIS bonæ indicium, tract. 32. nu. 11.
MMERCATVRA quando illicita, tract. 23. nu. 13.
MMERCENARIJ boni qui, tract. 28. num. 4.
Mercenarius quis sit, & quis iustus, tract. 15. nu. 5.
Mercenarius vilis quis, tract. 33. num. 21.
MMERCES annua quæ, tract. 33. nu. 8.
DEMERITIS nostris, vt nostris,

non possumus gloriari, tract. 30. nu. 10.
Quando merita nostra recensere possumus, tract. 32. nu. 21.
Propter meritum operari licet, tract. 33. num. 20.
Nullus mereri potest post hanc vitam, tract. 37. nu. 27.
Quid vnus alteri mereri potest, tract. 37. num. 20.
Ratio meriti vbi consistat, tract. 40. n. 14.
Meritum & gratia, hæreditas & merces, minimè pugnant, tract. 11. nu. 1.
Merita nostra vnde potissimum oriatur, tract. 41. num. 10.
Ad meritum quæ necessario concurrant, tract. 40. nu. 14.
METAPHORÆ aliter ab oratoribus, aliter ab Scriptura vsurpantur, tract. 1. nu. 15.
MINA in quo differat à talēto & drachma, tract. 34. nu. 5.
Mina quid, ibid.
Minam in sudario reponere, quid, tract. 34. nu. 20.
Minam creditam quando Dominus exigit cum vsura, tract. 34. nu. 22.
MMISERIA quæ digna videatur misericordia, tract. 28. nu. 6.
Qui miseriam dissimulat, exufflat misericordiam, tract. 32. nu. 27.
MMISERICORDIAM qui nō seruat cum proximo, iuste traditur tortoribus, tract. 13. nu. 13.
Misericordia quàm Deo sit grata, tract. 16. nu. 10.
Misericordiæ vis, tract. 28. nu. 6.
Quàm fructuosa misericordia in proximum, tract. 29. nu. 1.
Misericordiæ in proximum quāta sit obligatio, tract. 40. nu. 3.
Opera misericordiæ corporalia quàm necessaria proximo sint, tract. 41. nu. 7.
Cur de his operibus, & non alijs homines iudicandi, ibid.
Diuina misericordia digni qui, tract. 41. num. 9.
Opera misericordiæ quō loco sint apud Deum, tract. 41. nu. 11.
De his cur instituat sermo in die iudicij, tract. 41. nu. 15.
MODESTIA quantū bonum, tract. 32. num. 11.
MONTANVS hæretic⁹ in se Spiritū sanctum descendisse dixit, tract. 32. n. 10.

I N D E X.

MORIBVNDI candelam cur manibus teneant, tract. 37. nu. 26.
 Morietis manibus candela apponi cur soleat, tract. 19. nu. 8.
 Mortis nuntij qui nam, tract. 29. num. 5.
 Hora mortis tremenda, tract. 37. nu. 27.
 Post mortem non erit locus mercimonijs, tract. 37. nu. 20.
 Neque Sanctorum erit communicatio, ibid.
 Similia sunt quæ in cuiusvis morte accidunt his quæ in extrema die contingunt, tract. 37. nu. 25.
 Mors proprie quid, tract. 41. nu. 27.
 Quid mors secunda, ibid.
MORTIFICATIONIS fructus, tract. 33. nu. 16.
MORVUS rubens quid, tract. 30. num. 1.
MORVS quanta charitas, tract. 23. num. 16.
MOTIO diuina quibus modis fiat, tract. 36. nu. 30.
MVLIERES prostibule quæ, tract. 16. nu. 16.
 Mulieris quanta cupiditas diuitiarum, tract. 26. nu. 3.
 Mulieris ingenium, ibid.
MVNDI amatorum miser status, tract. 23. nu. 12.
MYSTERIVM quid sit, tract. 4. num. 4.

N

NATVRA humana de genere Dei est, tract. 37. nu. 10.
 Natura humana quam arctè Verbo vnita sit, tract. 37. nu. 11.
 Natura humana Verbi dignitate ornata, tract. 37. nu. 12.
 Naturæ humanæ ornatus tanquam Sponsæ, tract. 37. nu. 12.
QVÆ NAVIS securè portu teneat, quæ secus, tract. 32. nu. 18.
NECESSITAS quæ felix habenda, tract. 17. nu. 4.
NEGLIGENTIBVS Dei gratiâ quotuplex supplicium sit, tract. 34. nu. 20. & 25.
NEGOTIATIO quam sit iusta, tract. 23. nu. 13.
 Negotiatio quibus cum tuta, & licita sit, tract. 39. nu. 4.
 Negotia quæ fiat illicita, tract. 38. nu. 2.

NOBILITAS quid secundum Philosophum, tract. 34. nu. 8.
 Respondere per verbum **NOLVO**, contumaciæ & irreuerentiæ vox est, tract. 35. num. 7.
NOX in quor partes olim diuidebatur, tract. 19. nu. 11.
NVMERI in parabolis assumpti quid significant, tract. 38. nu. 12.
NVMVLARII mysticè quid, tract. 39. num. 20.
NVPTIÆ Christi quæ, tract. 19. nu. 10.
 Et quomodo à nuptijs veniat, ibid.
 Nuptiæ quid, tract. 37. nu. 5.
 Quales nuptiæ humanitatis, cum Verbo, tract. 37. nu. 8.
 Eorundem sponsalia, conditiones, rati habitio, consummatio, causæ, bona, tract. 37. nu. 9. 10. & 11.
 Quod sit discrimen inter nuptias, & inter nuptias Verbi cum humana natura, tract. 37. nu. 12.
 In his nuptijs quantus sit honor, tract. 37. num. 14.
 Harum nuptiarum Christiani cur dicatur filij, ibid.
 Inuitati ad nuptias cur neglexerit venire, tract. 37. nu. 18.
 Antiqui nuptiarum ritus, tract. 38. num. 2.
 Mos gestandi faces in nuptijs qua ratione introductus, ibid.

O

OBLATIONIS elegans descriptio, tract. 17. nu. 13.
 Oblatio vituli quam grata Deo, ibid.
 Quæ oblatio non grata Deo, tract. 33. num. 12.
ODIVM suffocat proximum, tract. 13. num. 12.
 Odio habere aliquem, multis modis dicitur, tract. 14. nu. 2.
OECONOMVS, & villicus quid differant, tract. 29. nu. 2.
OLEI effectus, tract. 16. nu. 14.
 Olei tantum in Veteri Testamento fuit vsus, non ceræ & sepi, tract. 38. nu. 3.
 Oleum accipere in vasis, quid, tract. 38. num. 17.
 Qui oleum in vasis accipiant, tract. 38. ibid.
 Oleum mysticè quid, tract. 38. nu. 19.
 Oleum vendentes qui, tract. 38. nu. 4.

I N D E X.

OMISSIO ut talis non recipit magis & minus, cū sit priuatio, tract. 39. nu. 7.
OPERA bona vnde proficiantur, tract. 19. nu. 8.
 Mala opera vnde proficiantur, tract. 21. num. 11.
 Opera bona qualiter mereantur vitam æternam, tract. 23. nu. 6.
 De opere bono non detrahendum, tract. 25. num. 13.
 De bonis operibus gloriari quatenus nobis liceat, tract. 30. nu. 11.
 Opera bona quæ agimus, quatenus nostra sint, tract. 30. nu. 14.
 Bonorum operum quæ fecimus obliuio, & certis thesauris, ibid.
 De bonis operibus non iactare nos debemus, ibid.
 Propria bona opera enumerare quando & quomodo liceat, tract. 32. nu. 8. & 11.
 Bonorum operum iactabundi quibus similes, tract. 32. nu. 11.
 Bonorum operum vilitas ex se ipsis, tract. 32. nu. 12.
OPERARIORVM tria genera, tract. 32. nu. 2.
 Quibus amplior merces debeat, ibid.
 Operarij Evangelici in quo minus laborant, tract. 33. nu. 26.
OPPOSITA maxima quæ, tract. 32. nu. 6.
ORANDVM cur semper, tract. 31. num. 2.
 Ad orandum quæ inuitent, ibid.
 Orandi studium frequens qui non putat sibi necessarium, errat, ibid.
 Orandi difficultas vnde, ibid.
 Orare semper quis dicatur, tract. 31. nu. 2. & 3.
 Orandum quamdiu, tract. 31. nu. 3.
 Orare quomodo non desinat qui semper benefacit, tract. 31. nu. 4.
ORATIO breuis penetrat cælos, quomodo intelligendum, tract. 31. nu. 5.
 Oratio quam necessaria ad destructionem inimicorum Ecclesiæ, tract. 31. nu. 10.
 Oratio nostra cur statim non exaudiatur à Deo, tract. 17. nu. 9.
 Orationis in conuiuio quomodo nouissimus locus ambiendus, tract. 22. nu. 15.
 Orandi studium vnde sit, tract. 31. num. 13. & 14.
 Oratio quid sit, tract. 32. nu. 6.
 Orationis effectus, tract. 32. nu. 7.

OSCVLVM in Scripturis quid, tract. 28. nu. 7.
OSTIVM boni pastoris Spiritus sanctus aperit, tract. 14. nu. 10.
OVILE Christi quando fiat vnum, & qui ab illo excludendi, tract. 15. nu. 14.
OYES quæ nam audiant vocem Christi, tract. 14. nu. 8.
 Oves quomodo Christum sequuntur, & vocem eius sciunt, ibid.
 Oves Christi alienum non sequuntur, ibid.
 Oves Christi quomodo illius propriæ dicantur, tract. 14. nu. 10.
 Oves Christi pastorem suum cur sequantur, & non alienum, quamquæ vocem agnoscant pastoris, ibid.
 Oibus ut intrandum per ostium Ecclesiæ, tract. 4. nu. 19.
 Oves cur multæ pereant, tract. 15. nu. 10.
 Quis vox in Scripturis quam late pateat, ibid.
 Oves Christi quæ non pereant in æternum, tract. 15. nu. 10.
 Oves Christum pastorem quando agnoscunt, tract. 15. nu. 13.
 Quis perdita à pastore quomodo inueniatur, tract. 25. nu. 9.
 Oves quorum sint typus & figura, tract. 40. num. 11.
 Cuius virtutes, ibid.
 Oves propriè quos denotent, ibid.
 Oves à dextris statuere quid, tract. 40. num. 12.
OTIOSVS quis, tract. 33. nu. 12.
 Otiosorum excusatio qualis, tract. 39. nu. 19.
 Otij pernicies, tract. 33. nu. 12.

P

PARABOLA significat collationem, vel comparisonem, à verbo Græco, non à Latino, tract. 1. nu. 1.
 Parabola minus late patet quam similitudo, num. 2.
 Parabola nunquam in Euangelio sumitur nisi inducendo personam ratione præditam, aut negotium ratione cōfectum, num. 2.
 Pro similitudine frequenter in Scriptura vsurpatur, nu. 3.
 Interdum in malâ partem accipitur, nu. 4.
 Fieri in parabolam idem est, ac fieri in derisum, ibid.
 Tradere in parabolam idem est, ac tradere in exemplum, ibid.

INDEX.

Vsurpatur etiam pro obscura narratione, & eleganti, siue pro ænigmate, etiam si ne vlla comparatione, nu. 5.
 Tres parabola acceptiones, seu significatus, per analogiam deducuntur, nu. 6.
 Parabolæ quomodo definiantur, ibid.
 Quas condiciones requirat, vt veram essentiam parabolæ retineat, ibid.
 Humanæ parabolæ à diuinis qui differat, num. 48.
 Ab historia quomodo distinguatur, nu. 9.
 In quo ab exemplo, nu. 10.
 In quo ab apologo, num. 11.
 In quo ab allegoria, nu. 13.
 Sensus literalis parabolæ quis, nu. 13.
 Parabola Samaritani, quam elegantem allegoriam contineat, ibid.
 In quo à prouerbio, num. 14.
 Vbi cum prouerbio in sacra Scriptura cõfundatur, num. 15.
 In quo discrepet à metaphora, num. 16.
 Parabolis cur Christus vsus sit, quinque fructus assignantur, tract. 2. nu. 1. 4. & seq. vsque ad 18.
 Parabolis cur Syri, & Palestini frequenter vtentur, nu. 2. & 3.
 Quot fuerint parabolæ Salomonis, nu. 2.
 Parabola quam varium præstet vsum auditoribus, ibid.
 Quomodo parabola doceat, cum ea ad tegenda mysteria regni cœlorum Christus vtetur, num. 3.
 Maiorem vim oblectandi habet, quã metaphora, nu. 4.
 Qualis parabolarum doctrina, nu. 5.
 Triplici ex capite præcipue parabolarum obscuritas pendet, tract. 3. nu. 1. & seq.
 Quæ ratio sit ad venandum sensum germanum, & literalem in parabolis, tract. 3. nu. 1. & sequent.
 Parabolæ sensus ex quo loco deducendus, cum pro parabolæ, & epiparabolæ deficiunt, tract. 3. nu. 3.
 Parabolarum verba singula adaptare, & accommodare ad rem ipsam spirituale, & intentam, nimium curandum est, ibid.
 Parabola hædorum & ouium, iuxta quæ sensum à Domino proposita sit, Matthæ. 25. num. 6.
 Parabola talentorum exponitur, tract. 39. per totum.
 Quid doceat hæc parabola, nu. 1.
 Hæc parabola in quo differat à parabola minarum, nu. 2.

Ad parabolarum intelligentiam quatuor rerum cognitio maximè conducatur, nu. 7.
 Parabolarum varia documenta, nu. 8.
 Vnde nam Patres quam nobis tradiderunt parabolarum intelligentiam, & interpretationem hauserint, nu. 10.
 Parabolæ non omnes eodem modo concludunt, & quare, ibid.
 In parabolis quid obseruandum sit Evangelicis, nu. 11.
 Parabola feminantis exponitur, tract. 4. & 5. per totum.
 Quo die hæc parabola à Christo Domino dicta sit, nu. 3.
 Cur ad hanc parabolam dicendam Christus è domo secus mare exierit, scaphamq; ascenderit, num. 3.
 Quis sit huius parabolæ scopus, & institutum, num. 4.
 Duplex velum est parabolarum, ibid.
 Qua occasione proposita sit parabola feminantis, nu. 7.
 Cortex huius parabolæ, nu. 6.
 Fructus, seu medulla parabolæ feminantis, tract. 4. nu. 1. 2.
 Finis parabolæ feminantis à Christo intus in illa, tract. 5. nu. 2.
 Vtilitas parabolæ feminantis, tract. 6. nu. 1.
 Parabola zizaniorum exponitur, tract. 6.
 Vtilitas huius parabolæ, num. 1.
 Quid amplius hæc parabola contineat supra parabolam feminantis, ibid.
 Finis illius, & quibus cum alijs parabolis conueniat, nu. 2.
 Cortex huius parabolæ, nu. 3.
 Parabola feminis iacti, & crescentis dum homo nescit, apud Marc. cap. 4. exponitur, tract. 7. per totum.
 Cortex huius parabolæ, & scopus, nu. 4. & 5.
 Variæ applicationes huius parabolæ, nu. 1. 2.
 Quorum tentationi hæc parabola occurrit, nu. 3.
 Parabola sinapis exponitur, cur sumpta ab agricultura, & quod tēdat, tract. 8. nu. 1.
 Quo tempore Christus hanc parabolam proposuit, nu. 2.
 Cortex parabolæ huius, num. 3.
 Varij sensus illius, nu. 8. vsq; ad 12.
 Parabola fermenti exponitur, tract. 9.
 Illius scopus quis, & vnde venandus, nu. 1. & 2.
 In quo differat à parabola priori de sinapi, num. 2.

Vnde

INDEX.

Vnde sit sumpta hæc parabola, ibid.
 Parabola thesauri absconditi in agro explicatur, tract. 10.
 Verè parabola est, non similitudo tantum, num. 1.
 Quò sine sit dicta, & quis eius cortex, nu. 3. & 4.
 Parabola negotiatoris quærentis bonas margaritas exponitur, tract. 11.
 Quò spectet hæc parabola, nu. 1.
 Quæ sit eius medulla, seu fructus multiplex, num. 14.
 Parabola sagenæ missæ in mare exponitur, tract. 12.
 Quæ sit huius parabolæ series, quique scopus, & sensus, & quæ differentia à parabola zizaniorum, nu. 1. vsq; ad 6.
 Parabola Regis ponentis rationem cum seruis suis exponitur, tract. 13.
 Parabola talentorum in quo differat à parabola boni, & mali dispensatoris, tr. 39. n. 3.
 Sensus historicus huius parabolæ, nu. 4.
 Parabola ouium & hædorum explicatur, tract. 14. per totum.
 Quæ in hac parabola proposita sunt, parabolica esse multis ostēditur, nu. 1.
 Quò tendat, nu. 2.
 Hæc parabola late patet, nu. 3.
 Parabolæ Regis ponentis cum seruis rationem optinet, nu. 4.
 Parabola veri pastoris per ostium intrantibus, & de ouibus, exponitur, tr. 14. & 15.
 Scopus huius parabolæ quis sit, nu. 1.
 Quis cortex, nu. 4.
 Hæc parabola qui cohæreat cum precedentibus, num. 2.
 Quæ occasione hanc parabolam de bono pastore Christus sibi applicuerit, tract. 17. num. 1.
 Parabola hominis descendētis ab Hierusalem in Hierico exponitur, tract. 16.
 Hæc non est historia, sed propriè parabola, num. 2.
 Parabola quid requirat, & quæ sit aptior ad docendum, nu. 2.
 Parabola hominis descendētis ab Hierico procerum, num. 3.
 Quis sensus literalis, nu. 9.
 Fructus parabolæ hominis descendētis, &c. tract. 17. nu. 19.
 Parabola amici accommodatõ petentis tres planes exponitur, tract. 17. per totum.
 Quò tendat hæc parabola, tract. 17. nu. 1.
 Quis sensus literalis, ibid. nu. 2.

Hæc parabola quomodo à Bernardo, & Augustino exponatur, tract. 17. nu. 8.
 Quæ parabolæ dissimiliter concludant, tract. 17. nu. 10.
 Parabola hominis diuitis, cuius ager vberes fructus afferebat, exponitur, tract. 18. per totum.
 Quid Deus hac parabola doceat, tr. 18. n. 1.
 Intentum Christi in ea, tract. 18. nu. 13.
 Parabola Sint lumbi vestri præcincti, explicatur, tract. 19. per totum.
 Hanc similitudinem esse parabolam qui ostendant, tract. 19. nu. 1.
 Quibus parabolis idem Christus docere studuerit, tract. 19. nu. 2.
 Cortex parabolæ huius proponitur, n. 3.
 Parabola Quis putas est fidelis dispensator, tract. 12. per totum.
 Propositæ parabolæ occasio, tract. 20. n. 1.
 Ad quos potissimum pertinet, ibid.
 Quò spectet, ibid.
 Sensus literalis eius, ibid.
 Cui sit similis hæc parabola, tract. 20. n. 2.
 Parabola fidelis dispensatoris, in quo differat à parabola Sint lumbi vestri, &c. nu. 6.
 Parabolæ habentis arborem ficu, explanatio, tract. 21. per totum.
 Vnde pendeat eius intelligentia, ibid.
 Parabola ouium, & hædorum amplius explicatur, tract. 41.
 Parabola habētis arborem ficu, ad omnes, tã veteris quã nouæ legis spectat, tract. 21. num. 2.
 Parabola habentis arborem ficu quæ documenta præbeat nobis, tract. 21. nu. 14.
 Parabola Cui inuitatus fueris ad nuptias, exponitur, tract. 22. per totum.
 Vnde fuerit assumpta hæc parabola, tract. 22. nu. 1.
 Ad quid instituta, ibid.
 Cortex parabolæ de inuitato ad nuptias, tract. 22. nu. 3.
 Eiusdem moralis sensus, nu. 5.
 Parabola de nuptijs quomodo ad alias nuptias, & cõuiuia possit accommodari, tract. 22. nu. 12.
 Parabola Homo quidam fecit cœnam magnam, exponitur, tract. 23. per totum.
 Scopus parabolæ, tract. 23. nu. 1.
 Verus & proprius parabolæ sensus, tract. 23. num. 8.
 Sensus spiritualis eiusdem, tract. 23. numero 12.

KK Para-

I N D E X.

Parabolæ inuitantis ad cœnam medulla, tract. 27. nu. 23. Parabolæ volentis turrim ædificare explatur, tract. 24. per totum. Scopus parabolæ, nu. 1. Huius parabolæ sensus literalis, tract. 24. num. 5. Applicatio huius parabolæ, tract. 24. nu. 6. Parabolæ Regis volentis cõmittere bellũ cum aliõ Rege, quorũ tendat explicatur, tract. 24. nu. 14. & 15. Parabolæ falsi ad quid inducã post parabolam Regis volentis committere bellum, tract. 24. nu. 18. Parabolæ pastoris habentis centum oves exponitur, tract. 25. per totum. Quoties hæc parabolæ proposita fuit, tract. 25. nu. 1. Ad quem finẽ alibi, & ad quem hic fuerit inducã, ibid. Cortex parabolæ pastoris, tract. 25. nu. 7. Parabolæ mulieris decem drachmas habentis exponitur, tract. 26. per totum. Finis huius parabolæ, tract. 26. nu. 1. Parabolæ hominis habentis duos filios, tract. 27. exponitur. Qualis sit hæc parabolæ, nu. 1. Quõ tendat, nu. 2. Quid differat à duabus præcedentibus, ibid. Quæ parabolæ simul cum hac allegoricũ possint recipere sensum, ibid. Sensus literalis huius parabolæ, nu. 3. Parabolæ de villico iniquitatis exponitur, tract. 29. per totum. Quid de ea veteres Patres senserint, nu. 1. Quõ tendat proposita parabolæ, ibid. Applicatio parabolæ villici iniquitatis, nu. 2. Parabolæ de villico quid nos doceat, nu. 20. Parabolæ de habente seruum arantem, tract. 30. per totum explicatur. Scopus parabolæ, nu. 1. 2. & 3. Fructus parabolæ, nu. 7. Qua ratione hac parabolæ de habente seruum, & hæretici abutantur, nu. 9. Parabolæ de habente seruum, & elegans allegoria. Parabolæ iudicis iniqui explicatur, tract. 31. per totum. Cur Dñs instituit hæc parabolam, nu. 1. Præsens parabolæ qualis patitur diffinitates, nu. 6.

Parabolæ iudicis allegoria, nu. 7. 8. 9. 10. 11. & seq. Parabolæ Pharisei & Publicani expenditur, tract. 32. per totum. Huius parabolæ argumentum, nu. 2. Præcipuus sensus huius parabolæ, nu. 6. Parabolæ Pharisei & Publicani ad quos possit accommodari, nu. 9. In parabolis nonnunquam inueniri allegorias, ibid. Parabolæ vineæ, & operariorum exponitur, tract. 33. per totum. Quæ tria parabolam aliquam reddant, difficile, nu. 2. Propositum huius parabolæ, nu. 2. Sensus literalis huius parabolæ, nu. 6. Parabolæ operariorum spiritualis sensus, nu. 16. Parabolæ Homo quidam nobilis, tract. 34. per totum. Parabolæ huius scopus, nu. 1. Quid Christus doceat in hac parabolæ, nu. 4. Multum est discrimen, inter hæc, & talentorum parabolam, ibid. Parabolæ de duobus filiis in vineam missis explicatur, tract. 35. Finis huius parabolæ, nu. 1. Parabolæ cortex, nu. 2. Parabolæ vineæ circumdata sepe, tract. 36. Huius scopus, nu. 1. Parabolæ vineæ agricolis locatæ, moralis intelligentia, nu. 3. Parabolæ Regis, qui fecit nuptias filio suo, exponitur, tract. 37. Quõ spectet hæc parabolæ, nu. 1. Quam aptè hæc parabolæ cum parabolæ vineæ circumdata sepe conueniat, nu. 3. Hæc parabolæ ab illa Lucæ 14. de cœna magna multum differit, nu. 4. Cortex parabolæ, ibid. Parabolæ decem virginũ explicatur, tract. 38. Quõ tendat, nu. 1. Huius parabolæ literalis sensus, nu. 2. Præsens parabolæ vnde obscura, & difficilis, nu. 7. Diuersi sensus huius proponuntur, & referuntur, nu. 8. & 9. Verus eiusdem sensus, nu. 10. P A R E N T E S quomodo præcipiuntur ad hæc haberi, tract. 24. nu. 2. P A S C H A, nostrum quomodo celebrandum, tract. 24. nu. 2. P A S T O R V M huius quomodo sit, tract. 6. nu. 1.

I N D E X.

Pastoris, & furis quod discrimẽ, tr. 14. n. 4. Pastores Syria, oves præcedebant ad pacua, ibid. Pastores qua via legitima ad oves Christi intrent, nu. 5. Quomodo intrant per ostium, vel nõ intrant, nu. 6. & 7. Parabolæ hæc quibus rectè accommodetur, nu. 9. In quo differat à prioribus parabolis, ibi. Quibus hæc parabolæ inseruiet, tr. 15. n. 13. Boni pastoris nomine qui veniant in Euãgelio, tract. 14. nu. 10. Boni pastoris officium quale sit, ibid. Boni pastoris ostium quomodo Spiritus sanctus aperiat, ibid. Fidelis cuiusq; pastoris oves cur proprie dicantur illius, ibid. Bonus pastor vt vocet oves Christi nominatim, ibid. Qualis pastor sit medicus, vtq; vadat ante oves, ibid. Quid sit proprium pastorum, nu. 11. Pastor in quibus se Christo pastori summo conformabit, nu. 14. Pastoris vocabulum quid denotet, & quis sit bonus pastor, quandoq; illi liceat pro ouibus mori, tract. 15. nu. 3. & 4. Quomodo bonus pastor animam suã ponat pro ouibus, nu. 5. Pastor duobus modis dicitur, nu. 8. Boni pastoris typus quis fuerit, ibid. Pastores, vt cognoscãt oves proprias exemplo Christi, tract. 15. nu. 13. Pastorum maior cura quæ, teste Cypria, tract. 16. nu. 17. Quæ dogmata cognoscenda pastori, tract. 24. nu. 4. Qualis prudẽtia in pastore requiratur, ibi. Pastor spiritualis, qui gregem suum pacat, ibid. Secularis qualiter, &c. ibid. Pastor qualis debet esse pater famil. ibid. Officiũ pastoris quã periculosũ, tr. 20. n. 7. Pastores quid cauere debeãt, tr. 23. n. 17. Quomodo pastor inueniet perditam ouem, tract. 25. nu. 9. Pastorum quid proprium, nu. 17. Malorum pastorum mores, nu. 24. Pastorum spiritualiũ officium, tr. 41. n. 19. P A T E R F A M I L I A S cur iratus fuerit in inuitatos ad cœnam, qui se excusant, tract. 25. nu. 16. P A T I E N T I Æ necessitas, tract. 5. nu. 7.

Patientiæ fructus vberimus, nu. 10. Patientiæ vis quanta, nu. 17. B. P A V L V S assentandi vitium quãtũ abhorruerit, tract. 22. nu. 2. Paulus qualem se agnoscebat, & prædicabat, num. 7. D. Paul. in quib' operib' gloriabatur, n. 11. D. Paul. suas virtutes enumeravit, nu. 11. P A V P E R T A S olim inuisa, post Christũ qualis reddita fuerit, tract. 20. nu. 3. Pauperes vocati ad cœnam qui nam sint, tract. 23. nu. 16. Pauperum studium & diligẽtia, tract. 23. nu. 2. Pauper quis, tract. 41. nu. 13. Pauperibus benefaciendum, tract. 41. n. 13. P A X ad quid apta, tract. 23. nu. 10. P E C C A T I originalis pœna quæ sit, & quæ actualis, tract. 41. nu. 2. Peccator cur in rhamno adumbretur in sacra Scriptura, tract. 1. nu. 12. Quales sint peccatores, & quomodo è vasis fictilibus vasa argentea fieri possint, tract. 4. nu. 11. Peccatores cur differat Deus punire vsq; in diem iudicij, tract. 6. nu. 14. Peccatores cur Deus toleret, nu. 15. Quos peccatores sustineat Ecclesia, ibid. Peccatorum vita per mortẽ cur interdum Domino volente abruptatur, tract. 7. nu. 14. Peccatorum vita quã rectè vocetur fermentum, tract. 9. nu. 4. Peccatores etiam pertinent ad Ecclesiã, tract. 12. nu. 6. Peccata semel dimissa non redeunt, tract. 13. nu. 17. Quibus maximè peccatis antiqua peccata redeant, nu. 19. Venialia peccata cur ipsa sola redeant, & per mortale reuocentur, ibid. Peccatores portas quinq; ad sui perditio nem excogitant, tract. 14. num. 17. In his portis, veluti in porticibus, qui iacent peccatores, ibid. Peccati voluptas api comparatur, tract. 16. nu. 13. Peccatoris anima vt fodiatur, ac stercoretur tanquam terra, tract. 21. nu. 3. Cũ à peccatoribus longè sit salus, quomodo appropinquant ad Iesum, tract. 25. num. 20. Quare peccatores ad Iesum veniant, & quomodo, ibid.

I N D E X.

Qua ratione peccator cum Deo possit coniungi, ibid.
 Cur peccatores ad audiendum Iesum dicuntur appropinquare, & quo animo multi eorum accesserint, tract. 25. nu. 3
 Cum peccatoribus communicare quādo vitiosum sit, & quando laudabile, tract. 25. nu. 3.
 Versari cum peccatoribus tātūm quis debeat, tract. 25. nu. 4.
 Quomodo maius est gaudiū de vno peccatore conuerso, quā de 99. iustis, tract. 25. nu. 16.
 Peccatores qua ratione distēt à Deo, n. 11.
 Peccantium duo genera, ibid.
 Ex fragilitate peccantes quales sint, elegāti comparatione ostenditur, ibid.
 Quales verò ex malitia, ibid.
 Peccatum quomodo totam dissipet substantiam, ibid.
 Peccati abyssus quanta, nu. 1.
 Quid inuēt peccatoris reditum ad Deū, num. 2.
 Vnde peccator resipiscere incipiat, nu. 3.
 Peccator semper esurit, tract. 28. nu. 5.
 Peccare coram Deo, quid, ibid.
 Peccatoris confusio quanta, ibid.
 Peccata sunt velut scorpiones, & serpentes, nu. 12.
 Peccata fateantur quando, nu. 3.
 Peccatores Deo quatenus ignoti, tract. 32. num. 21.
 Peccati pondus quantum, nu. 12.
 Peccator humilis cur oculos in cœlū nō leuet, nu. 14.
 Peccans malitiosē quid faciat, ibid.
 PELAGIANI bona opera sine Dei gratia fieri putabant, tract. 39. num. 16
 Pelagiani quantum sibi arrogent, tract. 24. nu. 9.
 AD PERFECTIōNIS statū agrediendum quid opus sit, tract. 24. num. 15.
 PERSEVERANTIA sola coronatur, tract. 24. nu. 19.
 Perseuerantia non nostrum, sed Dei est opus, nu. 14.
 PERSECVTIONES quos pariānt effectus, tract. 15. nu. 9.
 IN PETITIONE quid obseruandum, tract. 17. nu. 13.
 B. PETRVS cur an vsq; septies fratri peccanti remittendum sit, Christum interrogauerit, tract. 13. nu. 1.

Petrus duplicem personam gerebat, nu. 4
 PHARISÆI cur fures, & latrones, & mercenarij, tract. 14. vide verbo scribē, nu. 16. & tract. 15. nu. 12.
 Pharisei quē solum sibi proximum putabant, tract. 16. nu. 3.
 Quare Pharisei Iesum deriserint, nu. 18.
 Phariseorum superbia, tract. 32. nu. 1.
 Phariseorū cōscientia parabolarum Christi sēpe erat interpēs, nu. 2.
 Pharisei, cur relicto Christo abierūt, nu. 3
 Pharisei primò contra seipos tulerunt sententiam, nu. 17.
 PHILAVTIÆ proprium quid, tract. 32. nu. 23.
 PHILIPPI Regis Macedonum factū, tract. 32. nu. 7.
 PHYLACTERIAS cur gestare Iudæis à Dño præciperetur, tract. 2. nu. 1.
 PILATVS cur miscuerit Galilæorum sanguinē cū sacrificijs eorū, tract. 21. n. 1.
 PISCATIONI prædicatio Christi assimilatur, tract. 12. nu. 6.
 Pisces spirituales in quod littus, & vasa exponendi, ibid.
 Mali pisces qui foras mittendi, ibid.
 Piscium malorum proprietates, quæ sint à nobis cauendæ, & inducendæ bonorum, num. 7.
 PISTORES quandiu non fuerint apud Romanos, tract. 9. nu. 4.
 PLANTAS, & stirpes vti ratione quidā Philosophi putauerunt, tract. n. nu. 11.
 PŒNITENTIÆ status, cur à statu innocentie excedatur, tract. 25. nu. 18.
 Qui nō indigent pœnitētia, tract. 25. nu. 15.
 Pœnitentiæ status qualis, ibid.
 Pœnitentiæ fructus, tract. 26. nu. 7.
 Pœnitentia quid sit, nu. 2.
 Humana pœnitentia non sufficit ad iustificationis gratiā nisi ex Dei misericordia, & acceptatione, tract. 28. nu. 6.
 Post mortem non datur pœnitentiæ locus, num. 5.
 Pœnitentium quid proprium, nu. 14.
 Qui pœnitentes oculos leuabant in cœlum, ibid.
 Pœnitentia infructuosa quando, nu. 22.
 PONTIFICI quantum libido forā midanda, tract. 20. nu. 3.
 PORCOS qui pascant, tract. 27. nu. 15.
 POSITIVVM pro comparatiuo ponere, frequens Hebraismus in sacra Scriptura, tract. 25. nu. 14.

I N D E X.

POTENTIÆ Dei triplex est genus, tract. 9. nu. 7.
 PRÆCEPTA Dei qualia vincula, tract. 16. nu. 15.
 PRÆLATVS qui fidelis sit, tract. 20. num. 4.
 PRÆMIA quibus indies accrescant, tract. 40. nu. 5.
 PRANDIVM quale sit, ad quod inuitatur Christianus, & à quo, & qua ratione paratum sit, tract. 20. nu. 16.
 PRIMITIÆ nostræ Deo debite quænam, tract. 20. nu. 15.
 PRINCEPS, tam secularis, quā Ecclesiasticus, quomodo præceptum de humilitate seruabit, tract. 22. nu. 12.
 Principes, tam seculares, quā Ecclesiastici, quemadmodū ius cogēdi habeāt, tract. 23. nu. 16.
 Principes tenebrarum qui, nu. 11.
 Principes vnde ferē vxores accipiāt, n. 12
 PRŒDIGI summa infelicitas & miseriam, tract. 27. nu. 17.
 PROFABVLATIO quid sit, tract. 3. num. 4.
 PROPARABOLA quid sit, tract. 3. nu. 4.
 PROVERBIVM quid, tract. 1. nu. 14. & 15.
 In quo differat à parabola, ibid.
 Vnde suum nomen accipiat, ibid.
 Prouerbio quā affinis est parabola, numero 15.
 Vbi nam in sacra Scriptura confundantur, ibid.
 PROVIDENTIA quid sit, tract. 29. nu. 9.
 Ordo diuinæ providentiæ, tract. 41. nu. 6.
 PROXIMI nostri qui nam sint, tract. 16. nu. 3.
 Proximi nomine qui censendi sunt, tract. 16. nu. 19.
 Nemo à defectu dilectionis proximi excusari potest, tract. 16. nu. 19.
 Quid Christo debeamus in proximo, tractu 16. nu. 20.
 Verus qui proximus, ibid.
 PRVDENTIA quid, tract. 29. nu. 9.
 Prudentia carnis, ibid.
 Prudentia spiritus quid, ibid.
 Partes prudētiæ secundū Philosoph. ibid.
 Prudentia vera quæ, nu. 11.
 PVDOR qui differat à timore, tr. 29. n. 11
 PVERI qua re maximē indigēt, tr. 27. n. 4

Pueri sine baptismo decedentes è vita, oviū, vel hædorum nomine censendi nō sunt, tract. 41. nu. 1.
 PVLCHRITVDO ad agendum nihil adfert, tract. 39. nu. 9.

Q

 QVO in loco nulla sit quies, tract. 18. nu. 10.
 QVINQVAGENARIVS numerus quid significet, tract. 29. nu. 2. & 21.

R

 RABBINIS sensus Scripturæ nō petendū, tract. 36. nu. 22.
 RACHEL figura fuit Christi humanitatis, tract. 26. nu. 4.
 RAPTOR quis, tract. 41. nu. 11.
 Alieni raptores quā damnabiles sint, tract. 23. nu. 13.
 RECONCILIATIONIS Verbum in quod nam sit, tract. 16. nu. 17.
 Recōciliatio nostra cū Deo, vnde, tract. 23. nu. 7.
 REDEMPTIONIS opus à quibus imis ad sūma pgressum est, tract. 8. n. 2.
 REGNVM Dei, vel cœlorū, quid sit, tract. 4. nu. 5.
 Impedimenta Regni Dei quæ nam sint, tract. 5. nu. 2.
 Quæ valeant ad introitum regni Dei, ibi.
 Via regni Dei quæ nam sit, nu. 3.
 Audiens verbum Regni, & nō intelligēs, quomodo pereat, ibid.
 Filij Regni sunt semen bonū, tract. 6. n. 5
 Regnum Dei, vel cœlorum, cur grano sinapis, fermento, margaritæ, decēq; virginibus assimilatur, tract. 7. nu. 4.
 Regni Dei varię acceptiones in sacra Scriptura, nu. 3.
 Quare Regnum Dei simile semēti, nu. 6.
 Regnum cœlorum simile est fermento, tract. 9. nu. 8.
 Regnum cœlorum simile est thesauro, tract. 10. nu. 5.
 Cur regnum cœlorum thesauro, & margaritæ sit simile, tract. 11. nu. 1.
 Quomodo regnum cœlorum simile sit homini quærenti bonas margaritas, tract. 11. nu. 8.
 Regnum cœlorum quinque sensibus comparatur, tract. 23. num. 10.
 Regnū cœl. cur cœnæ simile dicatur, ibi.
 Regni Dei fructū qui faciāt, tract. 36. n. 23

I N D E X.

Regnum Dei potissimum ubi consistat, num. 24.
 A quibus videatur ablatum, & quibus traditum, nu. 25.
 Quod regnum celorum simile sit decem virginibus, tract. 33. nu. 14.
 Regni celorum ianua quibus aperta, & quando claudatur, nu. 21. & 22.
RELIGIO vera in quo sita sit, tract. 16. nu. 9.
 Religiones quam ob causam turres dicantur, tract. 24. nu. 9.
 Religionum varietas in Ecclesia Dei admirabilis, ibid.
 Quomodo sint turres, ibid.
 Qui clypei pendunt ex turribus, ibid.
 Que armatura fortium in eis, ibid.
 Quibus sumptibus turris religionis construenda, ibid.
 Ad religionem ætate perfecta opus est, num. 10.
 Qui aliquem compellit ad religionem, quanto scelere se obstringat, ibid.
 Religionis turrim incipientes, & non confirmantes, quos patiantur illatores, nu. 11. & quando, ibid.
 Huius turris fundamentum, tract. 24. nu. 10.
RELIGIOSI in quo frequenter peccant, tract. 40. nu. 3.
RENUNTIET quis verè omnibus quæ possidet, tract. 24. nu. 16.
REPROBI unde confunduntur, tract. 41. nu. 5.
 Quare noluerunt esse cum Christo, nu. 10.
 Quare maledicti, ibid.
 Quo igne delectantur dum viuunt, ibid.
 Deiciuntur in ignem æternum, & quomodo, tract. 41. nu. 10.
 Reprobis nulla erit excusatio, ibid.
 Cur reprobi prius mittuntur in ignem æternum, quam iusti in cælum assumantur, num. 14.
RERV temporalium sollicitudo unde tract. 13. nu. 14.
 Res licitæ quando fiant illicitæ, tract. 23. nu. 12.
 Quas res non curemus, tract. 24. nu. 2.
RESPONSA diuina quæ, tract. 18. nu. 12.
RESVRGERE quid sit, tract. 23. nu. 11.
 In **RETE** Evangelicum quomodo spirituales pisces trahantur, tractatu 12. nu. 9.

R E X cur dicatur seruus communis, tract. 20. nu. 1.
R O M A N I quandiu piscatoribus vsi non sint, tract. 9. nu. 4.

S
SACERDOTVM munus, tract. 36. nu. 8.
 Sacerdotij Iudæorum, & Christi diuersa ratio, nu. 24.
SACERDOTIVM vetus quale fuerit, tract. 16. nu. 14.
SACCULI pecuniæ seruandæ deputati veterascunt, tract. 18. nu. 16.
SAGENA quid sit, tract. 26. nu. 7.
 Quid sit proprie, & unde dicta, tract. 12. nu. 1.
 Ex quibus sagena componitur, ibid.
 Sagena sæpe humanitati comparatur, numero 6.
 Sagena aptè representat prædicationem Evangelicam, nu. 7.
SAL quando sit bonum, tract. 24. numero 19.
 Quando inutile, ibid.
SALVTARIS scientia quæ, tract. 29. nu. 7.
 Triplex ordo eorum qui salutem consequuntur, tract. 28. nu. 4.
SAMARITANI parabola allegoriâ quàm elegantem contineat, tract. 13. nu. 13.
 Samaritani parabola exponitur, tract. 16.
SAMPSON sol. verus interpretatur, tract. 1. nu. 12.
SANCTI cur in oliuâ, ficu, & vite sint adumbrati, tract. 1. nu. 12.
 Quomodo fulgebunt sicut fol. in regno Dei, tract. 6. nu. 11.
 Quomodo in ramis Christi nidificauerint, tract. 3. nu. 9.
 Sancti viri quid omnibus maximè suadeant, tract. 12. nu. 1.
 Sancti viri nonnunquam cognatos suos inuitarunt, tract. 23. nu. 2.
 Sancti quomodo postulent vindictam de aduersario suo, tract. 31. nu. 12.
 De sanguine sanctorum effuso quando erit vltio, ibid.
 Sanctorum proprium quid, tract. 32. nu. 9.
 Qui sancti moribus se se bonæ vitæ meritis confirmant, nu. 11.
 Qui sancti peculiaribus locis vt patris colantur, tract. 34. nu. 19.

I N D E X.

Eorundem in suos cultores beneficia, ibid.
 Visitationes sanctorum quæ sint, tract. 37. nu. 26.
 Sapientia diuina mulieri abscondenti fermentum in farina. satis tribus comparatur, tract. 9. nu. 8.
 Sapientia huiusmodi quatenus splendeat, tract. 19. nu. 11.
 Quomodo non intrabit in animam maleuolam, tract. 23. nu. 3.
 Diuine sapientiæ proprium quid, tract. 41. nu. 5.
SATIETAS obscenæ voluptatis mater, tract. 13. nu. 11.
SCENOPEGIA unde dicta, tract. 8. nu. 7.
SCHISMATICI quid ab hæreticis distant, tract. 6. nu. 2.
 Inter zizania non ineptè computantur, ibid.
SCRIBÆ simul cum Phariseis verè erant fures, & cæci, tract. 13. n. 1. 2. 6.
 Scribis & Phariseis qui sint similes, tract. 12. nu. 6.
 Vide verbo Pharisei.
SCRIPTURÆ sensus historicus quid necessariò requirat, tract. 9. n. 7.
 Scriptura cur vilium corporum similitudines vsurparit, ibid.
 In Scriptura frequenter accipitur numerus certus pro incerto, tract. 9. nu. 5.
 Varietas sensuum Scripture quid arguat, num. 6.
 Scriptura diuina quæ verè sit thesaurus, tract. 10. nu. 14.
 Scripturæ quo spiritu legi desiderent, tract. 14. nu. 5.
 In Scriptura plus est animam ponere quæ dare, & quid illud significet, tract. 15. nu. 16.
 In Scripture conuiuio quis primū locum teneat, tract. 22. nu. 16.
 Scriptura solet humanos affectus Deo accommodare, tract. 36. n. 13.
 Quid significetur in Scriptura per diem, & horam, tract. 40. nu. 7.
SENECÆ acutum dictum de diuitijs, tract. 18. nu. 11.
SENTENTIAE humanæ rescindi solent, secus fit in diuinis, tract. 41. n. 12.
SEPIBVS quæ loca cingantur, tract. 23. nu. 16.
SEPI in Veteri Testamento non fuit vsus, tract. 38. nu. 3.

Quid sit, tract. 36. nu. 6.
SERVORVM varia genera, tract. 19. nu. 9.
 Seruus fidelis & prudens cur plures debeat habere lucernas ardentes in manibus, nu. 7. 8.
 Seruorum officium, tract. 19. nu. 10.
 Qui serui vulgo beati, tract. 20. nu. 2.
 Serui olim quaternos frumenti modios singulis mensibus accipiebant, ibid.
 Seruus unde dicatur, nu. 3.
 Seruus bonus quo premio dignus, numer. 4.
 Seruus malus quid secum cogitat, tract. 20. nu. 6.
 Qualiter conseruos percutiat, ibid.
 Seruorum superflua multitudo nostri temporis notatur, tract. 29. nu. 3.
 Quæ duo vitia extrema in seruos caueri debeant, nu. 2.
 Quis sit Dei seruus in agricultura, & pastura, nu. 6.
 Qui sint serui inutiles, tract. 30. nu. 10.
 Qui ex necessitate præcepti, & non ex charitate seruiant, ibid.
 De decem seruis cur tantum tres Domino rationem reddiderint, tract. 34. numer. 7.
 Seruorum, & filiorum sperantium ratio diuersa, tract. 35. nu. 2.
 Qui serui missi sint ad inuitandum homines, tract. 37. nu. 13.
 Qui serui missi sint primo loco, & secundo, nu. 14. & seqq.
 Bonus seruus quis, tract. 39. nu. 4.
 Magnos Dei seruos, vt plurimum, longam vitam degere, nu. 12.
 Serui fidelis secunda conscientia, nu. 13.
 Quis seruus laudandus, nu. 12.
 Eius premium, ibid.
 Quomodo in pauca sit fidelis, nu. 15.
 Quomodo super omnia bona est constituendus, ibid.
 Seruus fidelis in pauca quomodo æquè intret in gaudium Domini cum eo qui in multa fuit fidelis, nu. 15.
 Serui Dei de quibus gaudebunt, ibid.
 Inutilis seruus quis, tract. 39. nu. 24.
SERVITVS quæ nam sit Deo grata, tract. 20. nu. 3.
SEXVS vterque hominum, & mulierum aptus est Regno Dei, tract. 9. nu. 12.
SILIQVA dupliciter sumitur, tract. 27. nu. 16.

I N D E X.

Qualis sit cibus, ibid.
 Siliquis scientiæ seculares comparantur, ibid.
 Misera peccati conditio siliquæ proprietate signata, ibid.
SIMILITVDO latius patet quam parabola, tract. 11. nu. 2.
 Rem eandem inuoluit, & explicat, nu. 6.
 Similitudinū Regni Cælorum in quē modum accipiendę sint, tract. 3. nu. 8.
 Similitudinē, aut comparationū duplex, est in Scriptura applicatio, tract. 9. nu. 2.
SINAPIS granum minimum esse inter semina, quomodo verum sit, tract. 8. nu. 4.
 Sinapi varię quantitates ex Caietano. n. 5.
 Sinapis vox, natura, virtutes, nu. 6.
 Grano sinapis qui meritō comparentur, nu. 9. & seqq.
SOBRIETATIS castitas indiuidua comes, tract. 19. nu. 6.
SORS quorum tutior apud Deū, tract. 20. nu. 9.
 De forte hominum sapientis celebre dictum, ibid.
SPARTAM suam colere, quid, tract. 35. nu. 8.
SPE quid in nobis operetur, tract. 28. nu. 10.
SPIRITVS sancti consolatio assimilatur pinguedini terræ, tract. 7. nu. 9.
 Spiritus bonus quis, tract. 17. nu. 13.
SPIRITVALIBVS plus quā in tēporalibus remittere possumus, tract. 29. nu. 7.
STABVLVM vnde dicatur, tract. 16. nu. 16.
 Quid mysticē significet, ibid.
STABVLARIVS quid sit, secundū Irenæum, tract. 16. nu. 18.
STOLA prima quid, tract. 29. nu. 9.
 Olim quid erat, nu. 10.
STVDIVM Sacræ Scripturæ quid requirat, tract. 22. nu. 17.
STVLTVS quā sit similis Lunæ, tract. 16. nu. 11.
 Quis sit stultus, tract. 18. nu. 11.
 Quis meritō dicatur stultus, tract. 26. numer. 11.
 Stultorum qualis conditio secundū Philosophum, tract. 27. nu. 8.
SVBSTANTIA vnde dicta, tract. 27. nu. 5.
SVGILLARE quid, & quomodo

propriè & metaphoricè sigilletur, tract. 31. nu. 11.
 In nouissimo sigillare quid, ibid.
SVPERBIAE proprium quid, tract. 32. nu. 7.
 Cur omnibus vitijs perniciosior, eiusque species, nu. 9.
 Superborū in Deum duplex indignatio, tract. 23. nu. 16.
 Superbi quare separati ab alijs hominibus, tract. 32. nu. 2.
 Gratiarum actio superbi cur Deo ingrata, nu. 9.
 Superborum typus, nu. 9.
 Superbi qualiter sint raptores, & adulteri, nu. 11.
 Quomodo superbos præcedant publicani, tract. 35. nu. 10. & 11.
SVPLICIVM æternum cui imminet, tract. 21. nu. 5.
SYMBOLA Pythagoræ quō tenderent, tract. 1. nu. 12.
SYMPHONIA quid sit, tract. 28. nu. 12.
SYNAGOGA quando fructificauit, tract. 21. nu. 10.
 Synagogæ ficus qua securi fuerit præcisā, ibid.
SYNDERESIS quid sit, eius proprium, & qualis sit, tract. 29. nu. 5.

T

TABERNACVLVM quid ex Hieronymo, tract. 24. nu. 13.
 Tabernaculum vbi Scripturarum cœlestē significat mansionē, tract. 24. nu. 14.
TALENTVM, mina, drachma, in quo differant, tract. 34. nu. 5.
 Talenta quatenus tradi dicantur, tract. 39. nu. 9.
 Talēti Athici, & Hebręi differētia, & quid vnumquodque, tract. eodem. nu. 4.
 Cur vni plura, alteri pauciora talenta dentur, tract. eodem. nu. 7.
 Talentum auri, argenti, æris, ferri, & plumbi quid, tract. 39. nu. 7.
 Credita talenta qui duplicent, tract. 39. nu. 20.
 Creditum talentum quis abscondat in terram, tract. 39. nu. 11.
 Vt quis saluetur nō sunt necessaria multa talenta, tract. 39. nu. 11.
 Talentum in terra abscondere, quid, tract. 39. nu. 19.

I N D E X.

Talentorum plura genera, tract. 13. nu. 5.
TAVRI quid mysticè, tract. 37. numer. 17.
TEMPLI vsus proprius, tract. 32. numer. 6.
TEMPVS à Deo nobis concessum quanti æstimandum, tract. 34. nu. 13.
 Minus in tēporalibus, quā in spiritualibus remittere possumus, tract. 29. nu. 7.
TERRA cœlitus seminata, quam profērat herbam, tract. 7. nu. 10.
 Terra quibus opus habeat ad fructificandum, tract. 7. nu. 9.
 Terram quis occupet, tract. 21. nu. 13.
 Optimum terræ quid, tract. 23. nu. 18.
TESTAMENTI Noui quā Veteris melior conditio, tract. 35. nu. 3.
 Testamenti Veteris viri cur amplius laborauerint quā Noui Testamenti, tract. 33. nu. 26.
 Noui Testamenti quid proprium, tract. 33. nu. 15.
 Testamentum nouum cur præstet Veteri, tract. 12. nu. 9.
 Testamenti Veteris, & Noui mira inter se consensio, tract. 12. nu. 10.
THESAURI terreni duplex conditio, tract. 18. nu. 16.
 Thesaurus quid sit nomine, & re, quid etiam metaphoricè, tract. 10. nu. 4.
 Thesauri niuis, & gradinis apud Iob qui sint, tract. 10. nu. 4.
 Thesauri Dei dicunt loca cauernosa vnde ventos producit, ibid.
 An liceat, thesauro inuento in agro, agrum emere, ibid.
 Thesaurus cui restituendus, tract. 18. numer. 5.
 De inuento thesauro iura humana quid statuunt, ibid.
 Thesaurus ex quibus constet, tract. 10. nu. 7.
 Thesauri ab antiquis quomodo reponēbantur, tract. eodem. nu. 12.
 Thesaurus Christo assimilatus, tract. 10. nu. 10. 11. & 12.
THESAURIZANTES terrena, cœlestia ve, vbi cor habeant, tract. 18. nu. 16.
 Thesaurizare sibi, quid, tract. 18. nu. 12.
TIMORIS Domini quātus fructus, tract. 29. nu. 14.
 Quo in timore nos debeamus tenere constantē, ibid.

Timor quo differat à pudore, tract. 3. nu. 11.
TORCVLAR quid, tract. 36. nu. 6.
TRAGOEDIAE cur fabulæ sint appellatæ, tract. 1. nu. 12.
TRIBVLATIONIS effectus, & tentationis, tract. 9. nu. 9.
 Tentati, & afflicti felices magis, quā diuites, & prosperi homines nuncupati, ibid.
TRISTITIAE effectus, tract. 19. numer. 5.
TRITICVM quomodo in lolium conuertatur, tract. 6. nu. 4.
TVRRIS mysticè quid, tract. 24. nu. 8.
 Turris vnde dicatur, eius conditiones, & vsus, tract. 24. nu. 9.
 Turris Libani quid, tract. 24. nu. 12.
 Quid respectus turris contra Damascum, ibid.
 Turris in medio vineę quid, tract. 36. numer. 6.

V

VENIA à Deo qualiter petenda, tract. 32. nu. 16.
VERBI Dei in nobis sterilitas vnde proueniat, tract. 4. nu. 10.
 Verbi Dei semen crescit nesciente prædicatore, tract. 7. nu. 8.
 Verbi Dei semini herbescenti nocet peccatum, nu. 11.
 Verbi Dei semen malo exemplo Doctorum redditur inefficax, tract. 8. numer. 12.
 Verbi Dei effectus, tract. 19. nu. 8.
 Verbi Dei ad persuadendum quanta vis, tract. 23. nu. 16.
 Verbi Dei contemptores quomodo puniuntur, nu. 17.
 Verbum Dei audire volentis qualis mēs esse debeat, tract. 25. nu. 3.
 Verbi Dei cum humanitate matrimonium, tract. 37. nu. 9. & seqq.
 Eiusdem adumbratio, ibid.
 Diuini Verbi dignitas ipsam naturam humanæ deriuata, nu. 12.
 Dei Verbi species ac decor quantus, ibid.
VERITAS quā antiquior sit errore, & mendacio, tract. 6. nu. 9.
 Veritatis quanta vis, tract. 16. nu. 19.
VESTES nuptiales cur adhiberi solent, tract. 31. nu. 6.

I N D E X.

Vestis nuptialis quæ, & eius vsus, nu-
mer. 23.
Vestis nuptialis quid significet, ibid.
Cui, & à quo solo detur, ibid.
Varij eius vsus, ibid.
Vestis officia quæ sint, nu. 26.
IN VIA Dei non progredi quid, tract.
19. nu. 5.
Exitus viarum quid, tract. 37. nu-
mer. 5.
VIDVARVM officium, tract. 31.
num. 7.
Viduarum cur sæpè non audiuntur apud iu-
dicem, ibid.
VIGILIA quid, secundum Philoso-
phos, tract. 19. n. 10.
Vigilia spiritualis quid, ibid.
Vigiliæ primæ, & quartæ, non fit mentio
in Euangelio, nu. 11.
Inuigilantibus quid mali accidat, tract.
19. nu. 12.
Cur vigilandum, ibid.
Vigilans furi resistit, nu. 13.
Vigilet quis, tract. 38. nu. 24.
VILLA quid sit, tract. 23. nu. 12.
Villam qui emant mysticè, ibid.
Villicus, & œconomus differunt, tract.
29. nu. 2.
Improba villici conditio, ibid.
Vnde soleat à Domino suo male audire,
ibid.
VINCVLORVM vsus triplex,
tract. 16. nu. 15.
VINEAE custos quis, tract. 21. nu-
mer. 10.
In qua vinea fructus quæritur à Domi-
no, ibid.
Vinea mystice quid, tract. 33. nu. 4.
Vnde dicatur, quid significet, nu. 16.
Vinea nostra quæ nam sit, nu. 36.
Hæc vinea quomodo custodienda,
ibid.
Quomodo floreat, & virescat, ibid.
Quibus horis vinea eadem cuique co-
lenda, nu. 37.
Vinea Iudaica, & Euangelica in quibus
virtutibus propagatae sint, tract. 36.
num. 4.
Vineæ situs optimus, nu. 4.
Vinea Schorech cur sic dicta, ibid.
Vinea necessaria quæ, nu. 4. & 6.
Vineæ similitudo frequens in Scripturis,
num. 5.
Quæ vinea Iudæorum non retulit Deo

fructum quem debebat, ibid.
Quilibet sui ipsius vinitor est, nu. 33.
VINI proprium quid, tract. 16. nu-
mer. 14.
VIOLENTA quæ dicantur, tract. 6.
nu. 5.
VIR Iuda germen delectabile cur dica-
tur, tract. 36. nu. 5.
Virorum dignitates in vxores deriuantur,
tract. 37. nu. 2.
SI DECEM VIRGINES obuiâ
exierunt, cur dicitur, Exite obuiâ, tract.
38. nu. 5.
Cur decem Virgines sint introductæ in
Euangelio, & non plures, ibid.
Virgines quare dicantur fatuæ, & pruden-
tes, ibid.
Quare Virgines prudentes oleum nega-
runt fratribus, nu. 6.
Virgines fatuæ & sapientes quæ secun-
dum Augustinum, nu. 13.
Cur in virginum natalitijs Euangelium de
decem virginibus canatur, nu. 13.
Virgines paratæ quæ, & quomodo se para-
uerint, nu. 21.
VIRTUS sola defunctorum comes,
tract. 16. nu. 10.
Quæ virtus magna, & rara, tract. 32. nu-
mer. 27.
VITA Euangelica summus thesaurus
est, licet absconditus, faciensq; hominẽ
vere fortunatum, tract. 10. nu. 2.
Vita æterna cœna dicitur, tract. 23. nu-
mer. 10.
Vitæ Christianæ quod sit principium, tract.
29. nu. 22.
Vitam æternam qua ratione promereamur,
tract. 30. nu. 10.
Vita æterna quatenus diligenda, tract.
33. nu. 21.
Vita æterna quam aptè mercenario figu-
ratur, nu. 24.
Cû vita æterna sit gratia, quomodo labo-
ranti datur, nu. 28.
Vitæ æternæ felicitas cur nomine Regni
significetur, tract. 41. nu. 5.
Vitam æternam à regno minimè distin-
gui, nu. 13.
VITIS infructiferæ exitus, tract. 36.
num. 33.
VITVLVS saginatus quid mysticè,
tract. 28. nu. 9.
VNIONES quæ, & vnde dicantur,
tract. 11. nu. 3.

I N D E X.

Vniones vnde Lucianus designet, nu-
mer. 4.
VOCATI cur multi, & pauci electi,
tract. 23. nu. 8.
PERVOLVCRES cœli quid de-
notetur in Euangelio, tract. 8. nu. 9.
VOLUNTATIS diuinæ libertas
quanta, tract. 38. nu. 20.
VOLVPTAS qualem reddat homi-
nem, tract. 23. nu. 14.
Voluptates huius vitæ quales, tract. 27.
num. 13.
Et cur satiari non possint, ibid.
Finis voluptatum præsentium, tract. 27.
num. 19.

VNGI cur soleant extremè laboran-
tes, tract. 38. nu. 26.
VRBICI cuiusdam error de assidui-
tate orationis, tract. 32. nu. 8.
VVICLEFFI error de abdicatione
rerum confutatur, tract. 24. nu. 17.
VVLNERA alligare, iuxta spiritum
quid sit, tract. 16. nu. 14.

Z

PER ZIZANIA in Euangelio quid
intelligatur, tract. 6. nu. 2. & 6.
Zizanium vnde nascatur, & eius proprie-
tates, nu. 3.

F I N I S.

S E R I E S C H A R T A R V M.

†. †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z A^â
Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk. Omnes sunt Terniones, præter Ff & Gg,
quæ sunt Quaterniones.

M A D R I T I,

Apud Ludouicum Sanchez:

Anno M.D.XCVII.

